querunt docto. quid si cōmittens homicidium in ecclesia nō cō
misit sub spe immunitatis, vt defenderetur ab ecclesia, an talis
gaudeat immunitate ecclesie, quia ille text. in capitulo fina. vi-
debatur se fundare sub spe venie ibi, nisi ecclesia quaz requirat
ad hoc vt non gaudeat immunitate, quia sub spe immunitatis
cōmiserit homicidium, vbi alias non fuisset commissurus, ergo
cessante causa cessabit ⁊ iuris dispositio. capitulo translato de
constitutionibus. Hostiensis in dicto capitulo fina. tenuit con
trarium, scilicet quod talis etiam si non ea spe commiserit ho-
micidium in ecclesia, tamen non gaudebit immunitate tamen
monetur ipse, quia primo presumptio iuris ⁊ de iure erit con-
tra talem delinquentem in ecclesia. ar. in dicto capitulo finali.
preterea ⁊ secundo licet predicta ratio cesset, tamen non pro-
pter hoc cessant alie rationes ibi expresse, que videntur esse fi-
nales illus dispositionis. videtur tamē postea dicere idem ho-
stiē. ꝙ si posset constare, quod non ex proposito propter vete-
res inimicitias, sed ꝓpter nouiter exortas homicidiū in eccle-
sia cōmiserit, ꝙ tunc gaudebit immunitate, quasi presumet̄ iste
maleficium commisisse propter nouiter exortas inimicitias si-
ne deliberatione, ⁊ non sub spe immunitatis seu defensionis ec
clesie, non autem inimicitie ante contracte, ex quo prius nul-
lam habebat inimicitiam cum defenso, ⁊ cum hoc dicto cōmu
niter transeunt doctores in dicto capitulo fin. vt ibi refert Pa
nor. Sed illa consideratio Ho. vt distinguatur vtrum ex anti-
qua vel ex nouiter exorta inimicitia videat̄, ecōtra dicit. Pa-
normit. tamen dicit, quod non multum sibi placet, quia text. in
dicto capitulo finali, in sua decisione allegat duas rationes,
que satis videntur militare in casu nostro. Prima, quia in eo
quis debet puniri, in quo delinquit. Secunda, quia frustra ec-
clesie inuocat auxilium, qui delinquit in ecclesia, ⁊ per conse-
quens contra ecclesiam, ⁊ sic non debet reportare aliquid cō-
moduz ab ecclesia. Additur ⁊ Tertia ratio ibi, quia fecit se in
dignum priuilegio immunitatis ecclesie. he enim rationes se-
cundum eum vendicant sibi locum etiam in eo, qui non delin-
quit sub spe venie. Prima enim ratio de qua in dicto capitulo
finali, in principio, fuit potius impulsiua, quam finalis, ⁊ sic ea
cessante non debet cessare dispositio. l. prima. §. sexum. ff. de po
stulando trigesimasecunda questione prima. dicit dominus pre
supposito ꝙ illa ratio fuisset finalis tamen ex quo subsunt alie
rationes finales, ⁊ illarum quelibet per se sufficit, vna cessante
non cessat legis dispositio. §. affinitatis. institu. de nup. Quod
autem predicte due rationes per se sufficiant patet per capitu-
lū quia frustra de vsu. ⁊ in capitulo cum olim. de officio delega
ti vbi generaliter militant ille rationes. Prima, secunduz euz
potest esse, quod non suberat vetus inimicitia, ⁊ nihilominus
non commisisset delictum, si sciuisset se ab ecclesia non defen-
30 di. Nam in delictis presumit̄ malus animus. † vt in. c. j. de pre
sum. Ista opinio pa. vr̄ probabilior de iure, ⁊ magis sustentabi-
lis in disputādo tū in iudicādo nō esset recedēdū ab opi. Ho-
stien. que est suffulta omnium opinio. docto. dicit Panormit.
quid si non homicidiuz vel mutilationem commisit, sed alia de
licta; habet ne locum predictum capitulū in fine de immunita-
31 te ecclesiarum ; † Item sunt alij casus vltra predictos quatuor
supra nominatos in quibus fugiens malefactor ad ecclesiam
non gaudeat immunitate, sed quia materia istaruz duaruz que
stionum est satis connexa, ideo eas examinabo simul. ⁊ quod

illud capitulū finale locum habet in perpetrantibus in eccle-
sia etiam alia delicta quam homicidia vel mutilationes, ⁊ per
consequens possunt alij casus quam supra nominati, in quibus
fugiens ad ecclesiam non gaudet immunitate, sed possit extra-
hi, probatur q2 rationes illius capituli finalis sunt generales
⁊ vidētur militare in omni delicto enormi. Item videtur ꝙ per
idemnitatem rationis, extendatur etiam ad alios casus quam
ad casum ibi exceptum, quia non solum lex communis, sed etiā
32 casus † exceptus a lege extenditur per idemnitatem rationis
ad casum similē, vt not. glo. in. l. prima. C. de condi. indebi. ⁊
alia glo. Joan. an. in capitulo si postquam. de electionibus li-
bro sexto que dicit, quod tunc constitutio penalis nō dicitur ex
tendi quando trahitur ad alium casum, que comprehenditur
sub mente legis idest sub ratione legis, que est eius mens ⁊ ani
ma capitulo preterea. ⁊ capitulo intelligentia. de verborum si-
gnificatio. ad idem in capitulo cum dilecta. de confirmatio. vti
li vel inutili. ⁊ ad idem in simili quod not. Archidia. in capitu
lo vtinam. lxxvj. distinctione, vbi dicit quod quando constitu-
tio tendit ad vnum certum finem, non ligat transgressorez, dum
modo seruet finem ⁊ mentem legis. idem Panormit. in capi-
tulo cum omnes de constitutio. in capitulo primo de locatio. ⁊
hanc opinionez ad illud capitulū finale extendatur ad alia de-
licta enormia. puta ad sacrilegium commissum in ecclesia. te-
nuit glo. in capitulo frater supra eodem. in prima sui opinione.
Et idem videtur sentire Hostiē. in casu proximo, scilicet in fur
to commisso in ecclesia, ⁊ sic sacrile. in summa. eodem titulo, de
immuni. §. inquam versi. quid si committat per dictū capitulū
frater. ⁊ per nominationez illius captuli finalis, quia extendi-
33 tur ad cap. quando rapuit † in ecclesia, vel prope ecclesiam,
per text. in aucten. de manda. princi. in. §. quod si delinquētes,
vbi tex. dicit quod homicide, adulteri, ⁊ raptores virginum nō
gaudent immunitate. Sed respondet ad tex. in capitulo de ra
ptoribus trigesimasexta questione prima vbi ecclesia defendit
raptores sub immunitate, quod ille tex. debet intelligi quando
commisit raptum longe ab ecclesia, ⁊ postea fugit ad ecclesiaz,
vel aliter intelligit illum tex. de raptoribus. quando raptor vo
lebat contrahere matrimonium cum rapta, ⁊ tunc gaudebat
immunitate. auctentica vero intelligi, econtra, quando vole-
bat contrahere matrimoniuz, ideo non gaudet immunitate. di-
cit tamen ibi Hostien. quod opinio magistrorum est in contra-
riuz. Pet. ancha. in. d. c. inter alia tenuit standum esse illi au
cten. ⁊ dicto capitulo inter. ⁊ sic ius ciuile nō corrigitur in hoc
per ius canonicum, quare ex hoc expresse ius canonicum non
34 corrigit ciuile, debet enim vnum ius † suppleri per aliud. l. sed
⁊ si posteriores. ff. de legibus capitulo cuz expediat. de electio.
libro sexto non enim est bona consequentia secundum eum, cō-
stitutiones canonice enumerant aliquos casus, ⁊ non omnes,
de quibus facit materiam, lex ergo in non numeratis corrigit
legem. Sed per opinionem Petr. facit ille tex. in dicto capi-
tulo inter alia secundum Panormit. cum enim Papa in se
fundauerit super statu. canonuz vt ibi in principio tex. ergo nō
potest dici quod voluerit corrigere leges cum vna ⁊ eadem lex
non debuerit producere diuersos effectus. capitulo maiores.
de baptis. Prima vbicunq3 constitutio loquitur in materia iu
ris communis ⁊ aliquos casus excipit, non per hoc firmat re-
gulam in non numeratis contra ius commune antiquuz, immo
in casibus non exceptis suppletur a iure communi antiquo ca-
pitulo ad audientiam. de cleri. non residen. pro hoc glosa, ⁊
Barto. in. l. serui. ff. de vsucap. vbi notabiliter voluit quod si
vnum ius ponat regulam, ⁊ exceptionez aliquam alicuius ca-
sus ēt cū dictione taxatiua, puta tantum vel duntaxat non mi-
nus intelliguntur excepti in aliqua parte iuris. pro quo est tex.
iuncta glo. in capitulo quoniam frequenter, vt lite non conte-
stata facit etiam quia princeps secularis condendo immuni-
tatez ecclesie potuit excipere casus predictos, capitulo ad apo
stolice. de re iudica. libro sexto. capitulo significatum. de pre-
bendis. Et quamuis predicta opinio Petr. de anchara. vi-
deatur multum colorata, tamen non placet domino Panor-
mita. in dicto capitulo inter alia. Monetur primo, quia cum
tex. in dicta auctentica excipiat, ⁊ latrones, ⁊ raptores virgi-
num ⁊ non habeamus tex. expresse in contrarium in dicto ca-
pitulo de raptoribus. trigesimasexta questione prima. ergo im
possibile est dicere, quod tex. illius auctent. in illo corrigatur,
⁊ ꝙ tex. in. d. c. inter per illum suppleatur. Preterea ⁊ secun
do secundum eum cum simus in ecclesia secundum eum, ⁊ ani-
mam continentem, ⁊ ecclesiarum decorem ⁊ reuerentiam, ⁊ ea

non

non specifice disponat tam iure antiquo decretorum quam in nouo decretalium ponendo regulam et excipiendo aliquos casus vt in capitu. sicut antiquitus. et mirorum. c. frater. supra eod. in d. c. inter alia. et in c. fina. eo. titu. de imu. non est curandum de iure ciuili aliter disponente, vnde secundum eum non suppletur in hoc ius canonicum per ciuile presertim cum talis suppletio tenderet in ipsarum ecclesiarum detractionem. Ad hoc etiam allegat idem Panor. notabile dictum Innocē. c. j. de reb. eccle. non alie. vt patet in. l. iubemus. et in auc. hoc ius porrectum. C. de sac. sanc. eccle. tamen ex quo ius canonicum statuit super hoc minora requirendo standum est iuri canonico, nec fit suppletio per
35 ius ciuile, mouetur prin. Inno. quia statuta † ciuilia super rebus vel negotijs ecclesiasticis non ligant ecclesiam, si etiam ea acceptauerit. xcvj. distin. bene quidem. c. si. de rebus ecclesie non alie. Si ergo in casu illo non fit suppletio, in quo versatur vtilitas ecclesiarum, ergo fortius fieri non debet in casu nostro, vbi suppletio tenderet in diminutione honoris ecclesiarum, ideo non debet fieri sine exceptione casuum predictorum. C. de his qui ad eccle. confu. per totum, ergo per ius auc. non debet minui priuilegium Pape. idem et secundo cum tex. in. d. c. inter, dicat, quod quicunque grauia maleficia perpetrauerit confugiens ad ecclesiam non est extrahendus ab ea etc. ergo absurdum est dicere, quod ille tex. debeat suppleri per tex. illius auc. cum illud aucten. exceperit homicidas, adulteros, et raptores propter immanitatem et qualitatem delicti, et si Papa voluisset pariter adulteros et raptores virginum propter immanitatem tunc excepisset, sicut excepit publicos latrones, et depopulatores agrorum. c. ad audientiam. de decimis. et dum tex. se fundat ibi supra traditionibus legum antiquorum. C. de his qui ad eccle. confug. in quibus fit distinctio inter seruos et liberos, tamen non excipiuntur predicte persone excepte per illud auc. et idē sentit dominus Panor. in. d. c. inter. vt infra dicam secundum eum et presertim non procedit illa consideratio et opinio Pet. de ancha. tenendo opin. gl. in. l. ij. C. de his qui ad eccle. confug. et in. d. aucten. de manda. princi. in. §. neque voluit. ver. hoc. per tex. illius auctenti. pro quacunque causa sit reus ab ecclesia extrahendus et facit iste tex. quod postea in eo generaliter facit mentionem de delinquentibus. impossibile est enim secundum hoc quod vtrunque ius possit seruari, nam quod quilibet delinquens extrahatur ab ecclesia est aperte contra istum tex. et contra text. in. c. sicut. c. mirorum. et contra. c. frater. supra eodem. et. c. id constituimus. infra eo. et. c. inter. et. c. fi. eo. tit. in raptoribus est aperte contra dictum. c. de raptoribus. xxxvj. q. j. in homicidio est aperte
36 contra tex. in. c. fi. eo. tit. † Nam homicida solum extrahitur de ecclesia et non gaudet immunitate quando delictum cōmisit in ecclesia ex proposito. Secus ergo si non ex proposito vel extra ecclesiam, et per predicta reprobat dominus Pa. opinio. Butr. in. d. c. inter alia. q. iij. vbi videtur velle quod in grauibus delictis non gaudet fugiens ad ecclesiam immunitate, per tex. illius auc. secus secundum eum in leuibus. vt. l. ij. preallega. dominus tamen Pa. dicit ibi non credere, quod Butr. appensate posuerit illam opinionenem, sed recitauerit opinionē quorundam legistarum, qui fuerunt locuti in hac materia habito respectu ad ius ciuile, vbi dicitur quod lectura Butri. super tertio est valde corrupta, quia non publicauit eam in vita sua. quare dicit idem ibi Panor. impossibile est seruare vtrunque ius in hac materia et indubitanter dicit standum in iure canonico, et dispōni illius. c. inter cum suis casibus. c. fina. eo. tit. vt videlicet remaneat regula cum tribus casibus. infra excep. Cui addendus quartus de infidelibus, et quintus secundum Panor. in re
37 ligioso † vel clerico confugiente ad ecclesiam qui potest secundum eum extrahi et puniri pena afflictiua corporis causa disciplinae. Tamen hanc opinio. dominus Panor. supra reprobauit. Sextus casus quando de mandato Pape quia supra ius.
38 † Septimus in interfectore clerici. capi. nullus. supra nota. secundum intellectum vnum. hanc predictam opinionem finaliter tenuit glo. in. d. c. frater. supra eodem. et ibi Lau. et Archid. eandem tenuit glo. in. d. c. inter alia. et ibi sequitur Azo. et Innocentius. et idem Goffred. in sum. eodem titulo. §. sed queritur, quia sanctitas ignoscendi clericis et personis ecclesiasticis non delinquit. C. de episcopis et clericis. l. si quis in hoc genus. et est communis opinio canonistarum, et etiam fatetur Hostiensis in loco preallegato. Ad motiua supra inducta, pro contraria opinione potest responderi, quod licet rationes illius. c. fina. et capi. inter alia. de immunitate sunt generales, tamen ille text. per identitatis rationem non potest extendi ad alium casum, quam ibi expressum contra regulam iuris communiter positam in. d. capi. inter alia. vt in regula que a iure communi. de regulis iuris libro sexto. ideo restringi debet ad casum suum, et non extendi ad alium casum ibi non expressum, quia esset extēsio hominis non habentis potestatem legis condende. d. regula que a iure communi. pro hoc facit capi. constitutio. de regu
39 lis iuris. libro sexto. vbi constitutio † loquens de predicatoribus, et minoribus non habebit locum in alijs predicatoribus et mendicantibus, licet subesset ratio eadem nisi per identitatem rationis. tenuit Imol. in capitulo primo. de etate et qualitate libro sexto. talis constitutio exorbitans non extēdatur per identitatem rationis, et clarius in capitulo constitutio de electio. eodem libro. sibi vendicat. et quando constitutio specifice disponit de certo casu cum ratione, tunc non extendi ratio, sed tantum dispositio, ex quo constitutio est exorbitans, vt est constitutio illius. c. fina. ar. eorum que notātur in auctē. quas actiones. C. de sacrosanctis eccles. secundum eum. et idem ibi sequitur Zenze. qui ita intelligit glo. super verbo. Romana curia in clementi. auditor. de rescri. qui vult quod ille tex. tanquam exorbitans extendatur ad auditorem datum extra curiam, cum tamen ratio ibi expressa fortius concludat in auditore dato extra curiam quam in curia. hanc enim opinio. tenuit Ioan. an. in regula odia de regulis iuris libro sexto, licet tenuerit contrarium in. d. c. j. de etate et qualita. et sic fuit sibi cōtrarius in hoc articulo. vt refert Pa. in clementi. prima extra de electio. ad tex. illius auc. de māda. prin. potest responderi secundum dominum Car. floren. Primo concordando iura ciuilia cum iuribus allegatis, quod loquatur in alijs priuilegijs per que induceretur impunitas, que non inducitur per illud decre. inter alia scilicet in alia quam in afflictiua corporis vel extractionis ab immunitate, tamen ista opinio non placet Panormi. quia non apparet ibi de qua immunitate loquatur, ideo secundo potest aliter responderi secundum eum quod illa aucten. procedat de iure ciuili. Secus de iure canonico. vt in dicto capitu. inter. et capit. sicut supra eodem. et hanc opinio. tenuit glo. Cyn. et in dicta. l. presenti. et secundum dominum Panormit. videtur satis clare,
40 quod ius ciuile corrigatur, sed ne iurium † correctio inducatur potest dari alia tertia solutio, quod de iure ciuili scilicet antiquo non erat differentia inter ius ciuile et canonicum. vt patet C. de his qui ad ecclesias confug. per totum habito respectu ad illud ius quod loquitur ille text. in dicto capitulo inter alia, non ad eum quod allegat ius ciuile et canonicum, nec Papa curauit de iure aucte. tum quia ius illud videtur dubium. vt patet ex predictis, tum quia si imperator voluisset reuocare priuilegium, quod prius dederat ecclesie non potuisset, cum priuilegium illud fuerit in non subditum datum. iuxta ea que notantur in capitulo nouit de indi. Quinta fallentia, predicta regula secundum aliquos est in eo qui per industriam et insidias tractate interficit
41 † proximum suum capitu. j. de homici. vbi dicit tex. ad literam. si quis per industriam occiderit proximum suum, et per insidias ab altari meo euellas eum. mouentur et originaliter habentur verba predicta exo. vigesimoprimo. et Deutero. xix. et hanc opinio. tenuit glo. in dicto capitulo primo. de homi. Secutus est etiam ibi Abbas, et ibi refert Panormita. idem etiā tenuit priscianus vt refert Archi. in dicto capitulo sicut antiquitus. supra eodem. et hoc est specialiter introductum secundum eos in casu predicto propter atrocitatem casus, sicut diximus in publico latrone. idem videtur voluisse Butr. in dicto capitulo inter alia in sua determinatione quam supra allegaui. sed glo. in dicto capitulo sicut antiquitus. et ibi Archi. recitādo Innocen. et Goffre. tenuerunt contrariam sententiam. scilicet quod talis gaudeat immunitate. Idem tenuit Panormit. in. d. c. inter alia per capi. fina. eodem titulo. inducendo illum tex. per locum a speciali quod est bonum argumen. in iure nostro. vt legi. in capi. presenti. §. loca. de preben. libro sexto. tunc enim delinquens ex proposito non gaudet immunitate, quādo illud delictum commisit in ecclesia sub spe immunitatis. vt. d.
42 capi. fina. nam tunc, quia violauit sacramentum † committendo ibi delictum, non debet ab ecclesia defendi. et sic loquitur de homicidio ex proposito commisso in ecclesia, et ideo priuatur immunitate, quia commisit homicidium in ecclesia, ergo secus si extra ecclesiam etiam si ex proposito sub spe immunitatis. ita tenuit Panormit. etiam in. d. c. j. de homicid. vbi pro hac parte adducit dictum capitulum inter alia, vbi dicitur quod fugiens ad ecclesiam quantūcunque graue delictum commiserit non debet inde extrahi. Quo ad illud capi. j. extra de homici.

potest multipliciter responderi. vel primo ꝙ ille tex. loquat̃ ſ꞉ꝫ
antiq̃ iura vete. testa. ſm q̃ illa delicta nō gaudebāt imunitate
illa qua gaudebāt hodie. vel scd̃o pōt responderi intelligēdo
secunduꝫ limitationem dicti. c. fi. de immunita. ecclesia. videli
cet, quando homicidium esset commissum in ecclesia modo pre
dicto, scilicet ex proposito, vel per insidias. Tertio potest in-
43 telligi ille tex. ꝙ moriatur, id est deponatur, qꝛ depositio † est
mors ciuilis secunda questione septima. c. qꝛ ergo. vel. iiij. pōt
intelligi secundū Hostien. de incorrigibili, qui post depositio-
nem debet tradi curie seculari. vt not. in capitulo cum non ab
homine in fine. de iudicijs. Nota tertio ex isto tex. ibi ad eccle
siam quod fugiens ad ecclesiam gaudet hac immunitate, secus
ergo si ad passus predictos ad quos extēditur immunitas ad
quos potest quis procedi postquam confugit ad ecclesiam, ⁊
hoc maxime ad vsum exquisitum ne aliquo euentu necessi-
tudinis teneatur. Quod si qui ad ecclesiam non consecra-
44 tam confugerit † an gaudebit immunitate ecclesie. Solutio.
45 si in eadem diuina celebrantur clarum est, sed ecclesia † non-
dum consecrata non dicitur ecclesia, sed basilica. ⁊ vult text. in
certa glo. in. c. j. de religiosis domi. ⁊ not. in rubrica. de conse-
cra. ecclesie vel alta. Solu. dicenduꝫ id esse verum stricte sum-
pto vocabulo ꝓut sumitur, in hac materia appellatione eccle-
sie bene comprehenditur priuilegium collatum ecclesie, vnde
extenditur ad basilicam. d. capitulo fina. de immunitate eccle
sie. ⁊ capi. fina. de conse. eccle. ad idem facit. l. penultima. ff. de
re milita. vbi de proximo militandus gaudet priuilegio mili-
tum. ideo cum basilica sit irreuocabilis, ⁊ diuinis officijs de-
dicata, ⁊ de proximo consecranda gaudere debet priuilegio
ecclesiarum iam consecratarū. sed contra precedentem oppo-
nitur. Nam in ecclesia nondum consecrata non possunt diuina
officia celebrari. c. nullus. c. p̄sbiter. c. vnicuiqꝫ de ꝯsecr. di. j.
nisi de licētia episcopi. vt ibi. Solutio. dicunt doc. predictam
questionē esse intelligendā ſm ꝯtrium. deinde quero quid si ad
ecclesiā nōdū ꝯsecratā, ⁊ in qua nulla adhuc celebrātur officia
46 quis confugerit † an gaudebit immunitate. Solu. glo. j. in di-
cto capitulo ecclesie tenet quod non, ⁊ eandem opinionem te-
nuit Clemens Quartus, qui fuit optimus iurista. prout refert
Hostiensis in dicto capitulo ecclesie. ipse tamen ibi in hoc
tenuit contra. Nam secundum eum sufficit, quod locus sit dedi
catus Deo autoritate pontificis imponentis primarium lapi-
dem, cum postea non possit ad humanos vsus redire. de reli-
giosis domi. c. ad hec ⁊ text. illum in. d. c. ecclesie. dum dicit di
uina misteria celebrentur exponit celebrari possunt, nec multū
attenditur secundum eum celebratio. hanc etiam opinionem se
quutus est dominus Cardina. florentinus ibi, quia cum ista ma
teria sit fauorabilis, non est restringenda, sed laxanda. argu.
in capitulo odia. de regulis iuris libro sexto, cum etiaꝫ hac opi
nione transeunt alij docto. referendo hoc vt refert Panor. in
dicto capitulo ecclesie. pro qua facit secundū eum quia ille tex.
super quo se fundant tenentes, quia non se fundant super cele-
bratione, licet de ea faciāt mentionem in narratione, sed se fun
dāt super deputatione, quia si est deputata diuinis officijs ⁊ po
sita in dispositione debent restringere ⁊ ampliare dictum ad
metas seu limites ipsius rationis. l. cum pater. §. dulcissimis.
ff. de legatis secundo etiam contra verba vt ibi. ⁊. l. non dubiū.
C. de legibus. ⁊ in regu. fina. de regulis iuris. sepe enim in hac
narrratione plura ponuntur, quia ita accidunt, sed ratio legis
47 † est ipsa lex. vt in iuribus preallegatis, ⁊ hanc parteꝫ tenet do
mi. Panormi. ibi adducens pro ea. l. omnia la prima. C. de epi
sco. ⁊ cleri. hanc etiam opinio. tenet Joan. de lignano in cle-
mentina prima. de penitentia ⁊ remissione. post Guil. de mon-
te Laudunē. dicit tamen Panormit. ibi quod in hac materia
esset standum consuetudini, secunduꝫ ea que notat Innocen. in
capitulo inter alia. ⁊ quia optima legum interpres. c. cum dile
48 ctus. de consuetu. sed nunquid oratoria † que in domibus pri-
uatorum fiunt gaudeant priuilegio immunitatis. Solu. Goff.
in dicto. c. ecclesie ⁊ in summa eodem titulo. in. §. sed nunquid
oratorio dicit quod non. argumen. de consecratione distinctio-
ne prima. capitulo vnicuiqꝫ. ⁊ in aucten. de ecclesiasti. titu. §.
quis in sua domo. primo hoc facit, quia ista loca possunt reuo-
cari ⁊ reduci ad priores vsus auctoritate dominorum. vt notat
Innocen. in. c. inter dilectos. de donationi. secus dicit secun-
dum hoc, si auctoritate episcopi oratorium fuerit constructuꝫ.
vt tenuit Guil. de monte Laudu. dicta clementina prima. de
penitentia ⁊ remissio. ⁊ placet Panor. in. d. c. ecclesie, ⁊ alle-
gat̃ ad hoc. l. omnia. C. de episcopis ⁊ cleri. per quam. l. dicit ꝙ
hospitalia etiam gaudent priuilegio immunitatis, ⁊ idem tenet
hic Archidia. dicens, quod nec de hospitali, nec de domo re-
ligiosa quis extrahi debet. allegat in aucten. de ecclesia. tit. in
principio. ⁊ in. §. ad hoc. sed circa predicta quero vtrum eccle-
49 sia interdicta gaudeat hoc priuilegio. † Sol. Goffre. ⁊ vin. in
dicto capitulo inter. tenent ꝙ sic. argumen. predictorum. ⁊ fa-
cit secundum Panormit. ꝙ dicitur in clerico, vt licet sit suspē
sus interdictus, vel excommunicatus, retinet tamen priuilegiū
immunitatis ⁊ forum. c. additum. lxxxj. distinctione. not. in ca
pitu. at si clerici. in fine. de iudi. ⁊ hanc opinio. sequitur Ho-
stien. in. d. c. ecclesie dicens, quod Deus in cuius honorem da
50 tur immunitas non deliquit, ⁊ peccata † debent tenere suos
auctores. c. quesiuit. de his que fiunt a maiori parte capitu. Et
satis affligitur ecclesia in eo quod subtrahetur diuinuꝫ officiū,
vnde non debet afflictis afflictio dari capi. ex parte de cleric.
egrotan. capi. cum percussio. septima questione secunda. ⁊ re-
mittit ad summam eodem titulo. §. inquantum. versicu. sed nū-
quid hoc priuilegium. etiam Panormit. placet hec opinio. ⁊
eam sequuntur communiter docto. secundum eum, ⁊ maxime
Laudunus in dicta clemen. de pen. ⁊ ibi Cardina. florē. ⁊ Ar
chidia. in. c. vxor felicis. s̃. eo. sed q̄ro nunquid fugiens ad cor-
pus Christi quando portatur ad infirmum gaudeat immunita-
te, ac si fugeret ad ecclesiam. Solut. doc. ⁊ maxime Guili. de
mōt. tenēt ꝙ sic, licet secus sit in incarcerato, qui recipit cor-
pus Christi. vt not. in ca. fi. xiij. q. vltima. ⁊ ibi idem videtur
sentire glo. idem tenuit Hostien. in capitu. sane. de celebratio.
missa. ⁊ Pau. in cle. si domini. de relig. ⁊ vene. san. ⁊ Zenze.
⁊ Cardi. floren. in clementina prima. de peniten. ⁊ remissione.
51 Circa precedentia quero an palatium † episcopi gaudeat im-
munitate. Innocen. in capitu. fina. de immu. eccle. refert quos
dam tenere, ꝙ sic, per capitu. proximum. s̃. eodem ibi. vel do-
mo episcopi ⁊c. vbi videtur casus. idem tenuit per alium text.
Hostien. in dicto capi. inter alia. Alij vero intelligunt dictum
capitu. inter alia. ⁊ capi. proximum, cum domus episcopi est in
fra passus, qui deputantur ecclesie pro suo atrio ⁊ circuitu. de
quibus hic. ⁊ in capitulo sicut antiquitus. s̃. eodem. Nam do-
mus episcopi nō debet distare ab ecclesia. c. episcopus. xlj. di.
Hugo vero tenuit aliam ⁊ sic tertiam opinio. vt procedat ille
tex. quando in domo episcopi est capella. glo. vero in dicto ca
pitulo proximo tenet illam opinionem supra positam simplici-
ter, vt domus episcopi gaudeat immunitate, licet sit extra pas-
sus predictos. xl. vel circuitum, ⁊ hec opinio placet dn̄o Pa-
normi. in. d. capitulo ecclesie cū tex. in capi. ep̄s loquat̃ indi-
stincte. Nam videmus in simili secundum eum, quod familia
episcopi gaudet priuilegio fori, licet sit secularis. c. fina. cuꝫ ibi
nota. de officio archidiaco. Idem etiam post conclusioneꝫ no
stram tenet Cardina. floren. post Lauren. in clemen. prima. de
pe. se remittens ad notata per eum in capi. inter alia. in secū-
52 da questione. Quero quid de domo † canonici, vel alterius ec
clesie rectoris an gaudet immunitate. Solu. si habeat intra se
capellam dedicatam auctoritate episcopi, vel ipsa domus sit in
fra predictos passus gaudet immunitate, vt est tex. in capitu. si
quis. supra eodem. Quid si aliquis a iustitiario capiatur extra
cimiteriū vel ecclesiā ⁊ ducatur per ecclesiam ⁊ inde violenter
extrahatur, an dicatur violata immnnitas ecclesie. Solu. ar-
chi. capitu. sicut antiquitus supra eodem dicit ꝙ non, adducit
in argu. l. si quis. C. de edificijs priuat. in contrarium adduxit
istum tex. ⁊ capitulū si quis contumax. supra eodē. vbi tex. vti-
tur verbo quomodolibet quod est verum. Quarto not. in isto
53 textu ibi vel residentes hic videri casum quod fugientes † ad
ecclesiam tandiu gaudent immunitate, quamdiu resident in ec
clesia, hanc opinio. videtur sentire Lauren. in capitulo reum.
supra eodem. ⁊ huic opinioni videntur multum amicari iura
predicta, in quibus dicitur, quod prelati debēt fugientibus ad
ecclesiam impetrare securitatem quo ad vitam ⁊ membra, er-
go videtur, ꝙ si exeant dicta securitate non impetrata, ꝙ non
gaudent immunitate. Sed Panormit. in dicto capitu. inter,
tenet contrarium. dicit enim quod tales poterunt exire ad ec-
clesiam, quia ex solo fugiente consequitur immunitatem predi-
ctam. allegat. c. id constituimus. infra eodem. ⁊ dicto. c. inter
alia, tamen secundum eum prelati ecclesiarum ne de facto vio
letur immunitas debent a iudicibus secularibus promissioneꝫ
de vita ⁊ membris saluandis obtinere, vt in dictis iuribus ma
xime dicto capitulo. reum. ⁊ vt dicit Innocen. in dicto capi.
inter alia, tamen secundum eum prelati ecclesiarum a dictis
iudicibus faciunt, si necesse fuerit, exigi iuramentum, ⁊ etiam
maiores

maiores cautiones. argumen. in capitulo literas. de restitutio-
ne spoliatorum. ⁊ in capitulo grauem. de sentent. excommu-
nicatio. ⁊ capitu. de raptoribus. trigesimasexta questione pri-
ma. Et eo exeunte de ecclesia poterit fieri processus, ⁊ senten-
tia in bonis suis execu. demandari vel aliter poterit cōponere
cum leso. vt hr̄ in dicto capitulo reum. ⁊ in dicto capitulo de
raptoribus. Si vero nullo modo noluerit de ecclesia exire for-
te timens iudicem ⁊ tyranidem secularem. tunc secundū Pa
normit. nullo modo exire dz de ecclesia, immo nec p aliū. Naz
vt volunt. tex. predicti, duplex est immunitas. Primo vt nul
lo modo extrahatur de ecclesia inuitus, ⁊ vt non condemnetur
ad penam corporis corporalem, ⁊ est text. in. l. secunda. C. de
his qui ad ecclesiam confug. vbi indistincte prohibetur extra-
ctio de immunitate, poterit tamen citari in ecclesia ⁊ tunc tene-
tur comparere per se, vel per procuratorem, vt probatur in. l.
presenti. C. de his qui ad ecclesiam confug. vbi text. ⁊ Bartol.
Si autez voluerunt per se, vel per alium comparere, tunc si lis
erat contest. antequam fugeret ad ecclesiam, proceditur ad sen
tentiam pecuniariam, vt in predictis iuribus, ⁊ mādabitur exe
cutio fieri in bonis suis. Si autem non esset contestata, procedi
tur ad primum, vel secundum decretum, secundum qualitatem
cause, vt in dicta. l. presenti. ⁊ quantum ad predictam questio-
nem videtur sequi glo. in capitulo reum. supra eodem. que di-
cit circa suum finem, quod hoc est priuilegium ecclesiarum, vt
confugientes ad ecclesiam, amodo nec vitam, nec membrū per
dant, sed quod alias si peccarunt satisfaciant, vt si non sint sol-
uendo seruiant ei quem leserunt, vt supra notaui, ⁊ habetur in
dicto capitulo de raptoribus. Eandem opinio. sequitur Hugo
ibi prout refert Archid. ibi dicens secure tenenduz fore quod
omnis pena corporalis, ⁊ mortis, ⁊ membrorum, ⁊ verberum
⁊ corporis afflictiua debet remitti ex toto, vt in cap. sequen. ⁊
ibi in omni penaruz genere sint securi. Sed tenetur ad penam
pecuniariam, secundum quod damnum, vel iniuriaz intulerūt.
Et secundum hoc intelligitur. d. c. reum. est eniz componere p
dāno dato, vel offensa, vel iniuria pecunialiter satisfacere, vel
aliter dummodo fiat citra corporalem penam, puta iurando fi-
delitatem, vel seruitium prestando, ⁊ secundum Panormita.
vbi. s̄. quocūqz modo volūtas creditoris satisfiat, intelligitur sa
tisfactum. allegat. l. si rem. §. omnis. ff. de pignorati. actio. ⁊ qđ
possint pecunialiter puniri vel etiam alias ad satisfactionez cō-
pelli preter penam corporalem. tenet ibi Panor. ⁊ dicit quod
est communis opinio docto. dicentium ꝙ aliter cum eis nō po
test agi. accusari vero criminaliter ad penam corporis afflicti-
uam non possunt alias modica esset hec immunitas ecclesie.
dicit tamen Vincentius. quod pretextu huius criminis re-
pelli poterunt a promotione criminum. Nota quinto quod ex
45 isto tex. in verbo abstrahere quod fugiens † ad ecclesiam ge-
neraliter prohibetur extrahi de ecclesia inuitus. facit. c. minor.
antiquitus. c. si quis contumax. s̄. eodem. facit. l. presenti. C. eo
dem tit. per quod patet ꝙ fugiens ad ecclesiam pro debito ci-
uili gaudet immunitate, vt non possit inde extrahi. Et hoc te-
nuit Oldradus in cōsilio. lxiij. vt refert Panor. in. c. inter alia
preallega. vbi dicit etiam idē esse in fugiente ad ecclesiā pp de
bitū licet tex. in. c. publicorum dicat contrarium, quia impera-
tor per leges suas nouissimas aucten. non potuit prouidere im
munitati ecclesie contra. l. antiquā. ⁊ contra canones. dicit ta-
men ꝙ si statutum haberet quod debitor posset compelli ad ser
uiendum pro debito tunc posset extrahi, intelligo prestita cau-
tione de immunitate, quia virtuti iuris communis videtur tunc
derogari per ius municipale, ⁊ sic videtur talis quodammodo
conditionatus ad seruiendum, prestita ergo securitate debet
posse extrahi, ne creditor qui est quodāmodo ꝯdōnatus eius
seruitio fraudetur, vt dicimus in seruo, non videtur concessa
immunitas de preiudicio istius debitoris. argumē. eius quod
hic in fi. nota. de seruo. ⁊ in dicto. c. inter alia. ⁊ facit. c. ex re-
scripto. de iureiuran. c. minor. c. metuentes. c. vxor felicis. s̄.
eodem. licet enim non cedens immunitatem ecclesijs illam con
cesserit respectu pene que concernit ius publicum cum ius par
tis non remisit. ¶ Nota. vj. ex isto tex. in eodem verbo extra-
56 here ꝙ fugiens † ad ecclesiam non debet inuitus inde extrahi
secundum archid. ⁊ Hugo. hic tamen si voluntarie vellet exi-
re, ⁊ non vellet tradere in manu repetentis etiam non expecta
to iuramento seu promissione immunitatis licet talem extrahe
re, etiam contradicentibus ministris ecclesiasticis, seu sacrile-
gio cum talis confugiens per hoc renunciat priuilegio suo. qđ
est licitum sibi. capitulo vxor felicis. supra eodem. vbi dicit

quod sola violentia punitur dicto capitu. inter alia. ⁊ allegat.
Innocen. ⁊ Hostien. ita tenentes. in dicto capitulo fina. eodez
titulo. ¶ Nota. vij. ex isto tex. ibi ait quodcūqz nobilitatis ꝙ
57 confugientibus † ad ecclesiam non debet inferri aliquid noci
bilitatis, idest pene in personam. nec puniri aliqua pena corpo
ris afflictiua vt predictum est. Item nec etiam aliquo damno
seu spolio rerum suarum affici debent de facto, vel iuris ordine
non seruato etiam per iudicem capitulo conquerente. de resti-
tutione spoliato. licet possit contra eos procedi, si lis contesta-
ta ad sententiam pecuniariam, vel si non sit contesta. ad primū
⁊ secundum decretum vt predictum est. Nunquid autem pos
sit iudex ecclesiasticus procedere contra inferentem damnum
vel spolium in rebus eius, qui fugit ad ecclesiam, hanc questio
nem non repperi tactam, videbatur quod possit, quia ius ca-
nonicum ex quo hoc fieri prohibuit ⁊ circa hoc disposuit, con-
ueniens est vt facientes contra prohibitionem principis pos-
sint puniri per ipsum principem qui prohibuit maxime in hoc
casu, vbi faciens contra prohibitionem peccat mortaliter. fa-
cit quod voluit glo. in capitulo generali. de electio. libro sexto.
in capitulo nemo vndecima questione tertia. in contrarium ta-
men facit, quia tales fugientes ad ecclesiam non sortiuntur fo-
rum ecclesie, vt dixi in precedenti, vt nota. in dicto capitulo in
ter alia. ⁊ eodem titulo. ⁊ capitulo reum. supra eodem. vbi so-
lum iudex ecclesiasticus debet impetrare pro talibus pacem ⁊
immunitatem, quo ad penam corporalem, videtur quod prima
opinio sit verior per primam rationem predictam, ⁊ quia eccle-
sia potest comprimere notoriaz iniustitiam iudicis secularis, iu
xta notat. in capitulo nouit. de iudicijs maxime in hoc casu pro
reuerentia ecclesie. ¶ Nota octauo. ex isto tex. in versicu. sed
esse potius, quod ecclesia non solum gaudet de imunitate quā-
tum in tangendo murum, sed gaudet ēt in toto circuitu. xl. pas-
sus intra quos fugiens ad eam potest progredi, ⁊ gaudet immu
nitate in eis, capitulo sicut. supra eodem. alias vero inferiores
ecclesie habent. xxx. passus, vt hic ⁊ in capitulo quisquis. supra
58 eodem. Capelle † autem situate infra ambitum cancelloruz nō
habentur sub immunitate, nisi quantum tangunt parietes ec-
clesie. capitulo questi. supra eodem. Est enim ratio, quia ali-
quando cimiterium seu immunitas ecclesie absorbet totum
59 castrum. Quid autem sit passus, † quid pes, ⁊ quid digitus, vi-
dete glo. in dicto capitulo sicut. Predictos autem passus di-
cit Archidia. in dicto capitulo si quis contumax. designatos
esse pro cimiterio. ⁊ idem dicit Panor. in. d. c. ecclesie. eo. tit.
tamen crederem, quod etiam cimiterium in spatio minori pre-
stringatur circa aliquam ecclesiam. Nihilominus ad spatium
predictorum passuum extendatur immunitas ecclesie dummo-
do infra ipsos passus nulla alia domus extranea idest layco-
rum interponatur per istum text. ⁊ ita videtur sentire Burri-
60 garius in dicto capitulo inter alia. Porticus eniz ecclesie † ad
herentes gaudent hac immunitate capitulo si quis contumax.
supra eodem. ⁊ not. in dicto capitulo inter. ⁊ facit ad statutum
īponens penā interficiētibus aliquē in domo an verificet si oc
cidatur quis sub porticu domus, de quo videte per Ioan. an-
dre. in dicto capitulo inter se remittit ad notata in spe. de iniu-
rijs. in. §. pone in statuto. videte de hac questione Panormi-
tanuz in capitulo primo. de decimis. Conceduntur autem pre
dicti passus immunitati ecclesie, nisi immunitas ipsa angustie-
tur ad circuitum ecclesie vt possent confugien. illuc peruentu
necessitudinis exire, ⁊ redderetur immunitas ipsa inutilis, ideo
ne priuilegio ipso fraudaretur ecclesia concessa immunitate cō
cessum fuit necessario consequens, sine quo esse non potest, vt
hic est textus. ibi, qualiter ad requisite nature vsum ⁊c. Nun
61 quid autem predicti passus † gaudeant eodem priuilegio
quo ecclesia. Solu. dicite quod cum cimiterium eodem pri-
uilegio gaudeat, quo ecclesia, ⁊ predicti passus assignentur pro
cimiterio, eodez priuilegio gaudebūt, vt voluit Archidiaco. in
capitulo si quis contumax. supra eodem. tamen dictum istud
non est verum indistincte, quia non progreditur, nec extrahitur
ad omnes predictos passus. xxx. vel. xl. ⁊c. Sed circa precedē
tia queritur existens extra monasterium trahit eum qui stat in-
tra per partem mantelli, an dicatur violare immunitatem. So
lu. Vincen. in dicto capitulo fina. tenet quod sic, ⁊ si sic trahe-
ret clericuz incideret in excommunicationē, capitulo nuper. de
senten. excommunicatio. ⁊ hoc quando inuitum, secus si volen
tem, vt. s̄. dixi. ita tenet etiam Panor. in. d. c. fi. de immunita
62 te ecclesie post. Gof. Sed quid in casu conuerso. si existēs † in
ecclesia mutilet, vel interficiat existentem extra ecclesiaz an ha

beat locum.c.fi.de immunitate ecclesie. So. Panor. dicit ibi ꝙ sic qꝛ delictū fuit principiatum in ecclesia, licet alibi consumatum.c.j.cū ibi notatis. de presumptio. ꝛ notatur in regula inspicimus per Joan. andre. in re. iur. in mercurialibus. Quid

63 si existens † in ecclesia mandauit delictum ibi committi, vel econtra extra ecclesiam mandauit delictum committi in ecclesia, an gaudeat immunitate. hec questio dependet ex alia, vbi mandator dicatur delinquere an in loco vbi mandat delictū, an vero in loco vbi ex tali mandato fuit secutum. Text. in clementi. pastoralis. de re iudicata. in verbo descripti. videt dicere delictum committi vbi fuit secutum. ꝛ sic existens in ecclesia mandans homicidium committi extra non priuatur immunitate. de hac questione se remittit Panormitta ad Barto. in.l.si vt proponis.ff.de fideiusso. ꝛ in.l.non solum.§.si manda

64 tor.ff.de iniurijs. sed an fugiens † ad ecclesiam pro vno delicto possit extrahi pro alijs prius commissis. Solu. videtur dicendum, quod non, cum iura simpliciter loquantur, nisi foret prius tale delictum commissum, pro quo fuisset priuatus immunitate, quia forte fuisset publicus latro, etiam si delinquens in vna ecclesia confugiat in aliam an gaudeat immunitate. Solu. dicite, quod si homicidium, vel mutilationem ex proposito commiserit, non gaudet, quia est vna ecclesia capitulo loquitur. vigesimaquarta questione prima. ¶ Nota nono ex isto textu.

65 in versicu. si quis autem. † quod violans ecclesiam extrahendo aliquem violenter de ea punitur pena.l. ciuilis scilicet crimine lese maiestatis ꝛ pena capitali, vt hic. ꝛ capitulo si quis autem. de ecclesia. supra eodem. punitur etiam pena canonica, quia debet excommunicari, nec ab eo debent recipi oblationes vt hic. ꝛ condemnari pecunialiter ꝛ imponi sibi pena publica, nec dꝫ sibi restitui communio, nisi restituat eum, quem violenter extraxit de ecclesia. capitulo miror. iuncto capitulo si quis contumax. ꝛ capitulo quisquis. supra eodem. imponuntur etiam alie pene diuerse in predictis iuribus violantibus immunitatem. maxime in dicto capitulo quisquis. ꝛ dicto capitulo si quis domum. ꝛ capitulo si quis deinceps ꝛ attendendum. vbi Archidiaconus capitulo si quis contumax. vbi aliqui dicunt, quod quia ecclesia raro exigit illas penas pecuniarias, de quibus in predictis iuribus, prescriptum est contra eā in talibus penis ꝛ contraria consuetudine derogatum, cum a iure positiuo sint introducte, vt not. in capitulo cum multe. decimaquinta questione vltima. Hostien. tamen in summa eodem titulo in.§.qua pena. tenet quod pena violantis imunitatē ecclesie sit arbitraria. Pro hac opinione Hostiēsis, facit,

66 quia vbicunqꝫ iura † super eo facto loquentia varias penas imponunt, optio datur iudici. ita notatur in capitulo presbyteri ꝛ Panormita in capitulo at si clerici.§.de adulterijs. de iudicijs ꝛ in capitulo secundo in fine. de cohabitatione clericorum. ꝛ mulie. vbi tamen dicit quod vna pena imposita non potest iudex transire ad aliā. allega.l. pretor edixit cum ibi nota.ff. de iniurijs. ꝛ quod notat Bartol. in.l. prima.ff. vi bonorum raptorum, ꝛ predictam opinionem Hostiensis post multa firmat Archidiaconus in dicto capitulo quisquis. Sed contra precedentia opponitur. videtur quod pro eodem delicto possit quis diuersis penis puniri canonica scilicet ꝛ ciuili. capitulo quid ergo. vigesimatertia questione quinta. Solutio, Archidiaco. respondet istud procedere, quia ille qui violat ecclesiam committit in canonem ꝛ in.l. ꝛ quando ex eodem crimine punitur quis diuersis penis, pena vna non tollit aliam. allegat l. qui de crimine.C.de accusato. Sed quero cui applicabitur ista pena pecuniaria quam committit violator immunitatis ecclesie. Solutio. circa hoc ego reperio duas opinio. Prima fuit opinio glo. in capitulo sacrilegium. supra eodem. ꝛ in capitulo si quis contumax. quod applicetur illi ecclesie, cui facta est violentia, ꝛ irrogata iniuria. Et eandem opinionem videtur sequi Archidiaco. in dictis iuribus. ꝛ Archidiaco. in capitulo cum pro causa. de sententia excommunicatio. dicentes, quod si iniuria sit irrogata propter clericum, tunc cedit lucro clerici capitulo cum desideres. de sententia excommunicatio. Si vero sit irrogata layco, tunc cedit lucro ipsius layci, hanc etiam opinionem tenuit Lauren. vt refert ꝛ sequitur Panormitta in dicto capitulo si quis contumax. Tertia opinio fuit quod applicetur iudicibus ordinarijs, vel alijs priuilegiatis habentibus iurisdictionem, apud quos de sacrilegio opponi debet, vt episcopis ꝛ abbatibus, ꝛ hanc opinionem videtur sentire text. iuncta glosa in capitulo quisquis. supra eodem. Sed prima opinio videtur verior, ꝛ magis corroborata. ad capitulūꝫ quisquis potest responderi, dum dicit, quod illa pena debet apponi episcopis, vel abbatibus, ad quos querimonia sacrilegij pertinuerit idest eis qui possunt iuste conqueri de sacrilegio in ecclesia secundū Hugo. ibi, vel potest intelligi ille tex. quando in ecclesia talium sacrilegium est commissum. Not. ex

67 isto tex. in versiculo ipsos autem. quod si seruus † confugiat ad ecclesiam, gaudet immunitate. tamen si dominus illum repetat, tunc prestita cautione per dominum quod non male tractabit eum, debet rector ecclesie illum sibi restituere, ꝛ si oblata tali cautione rector non restituat tale seruum, si seruus ipse aufugerit tenetur rector ecclesie seruum querere, ꝛ restituere aut damnum domino suo emendare secundum quod elegerit princeps scilicet ecclesiasticus iudex, aut princeps.j. principalis ꝑsona scꝫ actoris. ne sit ꝯtra.c. deniqꝫ xcvj. distin. ita sentit glo. fi. hic. quam sequitur Archidiaco. que per hoc est expedita, ꝛ hoc procedit de iure ciuili, quando seruus fugit se abstrahendo a seruitio domini sine armis. Si vero cum armis irruat, cōtinuo extrahetur etiam non prestita cautione dicta.l.si seruus. C. qui ad ecclesiam confug. ꝛ hanc opinionem sentit Hostien. in summa eodem titulo.§. inquantum. versicu. cum quis ad ecclesiam. tamen textus in dicto capitulo inter alia non curat de predicta distinctione. Et quod dixi seruum domino non restituendum prestita cautione iuratoria, vt supra, intellige verum, nisi presumatur contra dominum, quod non seruabit iuramentum. Nam tunc maior cautio est exigenda, vt notant doc. in.c. inter alia. per capitu. graue. de senten. excommunicatio. immo si magna esset atrocitas domini, quia anhelaret ad mortem serui, tunc haberet locum institu. de his qui sunt sui vel alieni iuris.§. finali. quia tunc non redderetur domino. Sed ex quo eius seuitia est intollerabilis cogeretur seruum vendere nā

68 interest † rei publice, ne quis re sua male vtatur, secundū Panormittā in dicto capitulo inter alia. ꝛ Archidia. in capitulo sequen. latius prosequitur hunc articulum ꝛ sic ex precedenti-

69 bus colligitur ꝙ iste.§. in tex. nō procedit in libero † homine cōfugiente ad ecclesiam, qui nō restituitur inuitus repetenti eum ēt prestito iurō. Nā ꝯsequit̄ duo priuilegia. Primo, vt non extrahat̄ inuitus. Scdo, ne inferat̄ sibi pena afflictiua corporis, vt clarius probat̄ in.d.c. inter alia. vbi Panor. nisi in casibus supra exceptis, si proceditur contra eum, vt supra dictum est. Si autem de facto extraheretur liber homo de ecclesia, vel seruus ante prestitum iuramentum potest compelli ille, qui ipsum extrahit per sententias censure ad reducendum, ꝛ restituendum eum in eodem loco, quamuis velit prestare iuramentum, antequam redderetur, ꝛ restitueretur, vt satisfaciat ecclesie quam offendit, quia prius debuerat prestare iuramentum, ꝛ restitutio in eodem loco facienda est argumentum in questione prima per totū. ita tenet Archi. in capitulo metuentes. su

70 pra eodem. Quero, aliquis incarceratus † fuit in die sollenni dimissus de carcere, vt iret ad missam cum iuramento de redeundo, qui iuit ad ecclesiam, ꝛ non vult inde exire, an teneatur talis redire ad carcerem, ꝛ si nollit an possit inde extrahi, nisi prestita cautione impunitatis. hanc questionē ponit Joannes andre. in additionibus Speculato. in titulo. de iureiurando super rubrica. in penultima colū. ibi refert dicta aliorum, ꝛ in effectu secundum Panormitanum in dicto capitulo inter alia. concludit, ꝙ si iniuste, vel a non habente potestatem fuerit incarceratus, non tenetur redire, pro quo est glosa, in clementina pastoralis. de re iudicata, in versiculo per violentiam. quod putat ipse Panormitanus verū, quando imminet periculum mortis, alias satisfaciendum est, vel petenda absolutio capitulo si vero. cum ibi notatis. de iureiurando. Aut iuste detinebatur. ꝛ tunc tenetur redire, peccat enī fugiendo carcerē, vt voluit Bartolus in.l. relegati.ff. de penis. non tamen debet ecclesia pati illū extrahi, nisi prestita cautione impunitatis mortis vel membrorū, dicto capitulo inter alia, vbi ita notabiliter dicit Panormitanus.

¶ Ulterius quero vnde processerit ista imunitas confugiendi ad ecclesias. Solutio. vt sentit Hostiensis in summa. eodē titulo. in.§. inquantum. versiculo immunitatem, ꝛ versicu. qui ergo. potest dici, quod ad instar statue Dei prefecti vrbis ad quā confugientes saluat lex.ff. de officio prefecti vrbis.l. prima. instituta de his qui sunt sui vel alieni iuris.§. sed hoc tēpore, vbi statua ꝛ ecclesia equiparantur, Ideo ius ciuile codicis imperatoris Justinia. concessit hoc priuilegium immunitatis confugientibus ad ecclesiam, ꝛ ecclesie ipsum approbauerunt dicto.c. inter alia, ꝛ.d.c. reum.§. eodem. cum multis similibus

milibus. alias maior honor videretur adhiberi creature, quam
creatori, contra illud quod habetur in. c. perlatum in. c. vene-
rabilis. de consecratio. distinctione tertia, & quod legitur apo-
calyp. xix. c. vbi Angelus dicit sancto Joanni cadere volenti
ad pedes eius vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & idē
habetur in actibus apostolorum. vbi idem dicit apostolus pau
lus cornelio. & sic ad honorem & reuerentiam dei & ecclesie vi-
detur esse introducta immunitas vt hic. vide. forte processerit
ex mente. l. ecclesiastici. in prouerbio. xxiiij. vbi dicitur cape re
eum qui ducitur ad mortem, & habetur in. c. non in inferenda.
xxiij. questione tertia. & ex radice charitatis erga proximū, vt
ibi. & in capi. hec autem vita. & c. ipsa pietas. xxiij. questi. quar
ta & in. c. reos. xxiij. questio. v. ne alias videatur ecclesia ɋsen-
tire morti alicuius. deus enim non vult mortē peccatoris, sed
71 vt viuat, & conuertatur. Et sacerdotis † officium est velle omni
bus prodesse. c. cum sacerdos. de postu. glo. i. ad finem, sic er-
go vult ista glo. ꝙ ecclesia habeat ꝓuidere indistincte de victu
ad eam confugientibus. hanc opinio. videtur sequi Car. florē.
post Lau. in. c. primo de penis. sed docto. hic, quos refert ar-
chidia. dicunt ꝙ ille, qui fugit ad ecclesiam pro victu & sustēta
tione sua faciet sibi deportari pro victu de rebus suis ad eccle
siam, vel si nihil habeat, operetur de manibus suis argu. c. cleri-
cus victum. xc. distinc. & in. c. omni die. de ɋsecra. distinc. v. vꝫ
si nihil horum facere possit, credit Hug. ꝙ tunc ecclesia tenea
tur sibi prouidere tanꝗ pauperi. pro hoc. c. non satis. c. pasce.
lxxxvi. distin. & sic debet intelligi ista glos. secundum eum, & ita
etiam senserunt Barto. hispa. & Lauren. vt hic refert Archi.
per hoc etiam dicit Host. vt refert Panormita. in. d. c. inter
72 alia eodem titu. ꝙ prelati † & principes delinquunt, qui fugien-
tes ad ecclesiam tenent obsessos, denegant victum, & quicquid
mali possunt, faciunt contra eos contra. l. presenti, & canones
huius questionis. prelati vero in alio delinquunt, qui quantum
cunqꝫ confugiens ad ecclesiā grauia delicta commiserit ipsū
in totum seruare nituntur, ita etiam ꝙ nullam penam pecunia-
riam patiantur, & contra illud quod in precedentibus & contra
iustitiam, que est similium bonum. xij. q. ij. c. cum deuotissimā
ideo optabat Hostien. & bene, & in hoc, & in alijs vt vtriqꝫ scili
cet temporalis & ecclesiasticus essent suis terminis contenti. ex
omnibus precedentibus in materia. §. examinata elicio conclu
siones infrascriptas. ¶ Prima conclusio, ꝙ nullus iudex se-
cularis, immo nec ecclesiasticus potest confugientem ad eccle
siam inuitum extrahere etiam subditum suum siue ecclesiasticū
siue laicum, nec penam corporalem imponere quo ad forum
contentiosum. ¶ Secunda conclusio, ꝙ iudex ecclesiasticus
etiam causa discipline non potest arcere, nec pena corporali af-
flictiua contentiose punire clericum siue religiosum subditum
suum postꝗ fugit ad ecclesiam contra Panormi. ¶ Tertia
conclusio, ꝙ licet iudex ecclesiasticus non possit imponere pe-
nam corporis afflictiuam in foro cōtētioso fugienti ad ecclesiā
tñ pōt ei iponere pniā, ēt publicā & corporis afflictiuā in foro
penitētiali, qñ peccatum est publicum etiam inuito, dū tamen
nō extrahatur de ecclesia. vt sic ɋsulatur immunitati ecclesie,
73 & anime ipsius fugientis, ex hoc infertur correlarie, ꝙ quis † po
11 ¶ †Ante solis ortum eijciant oes ab ecclesia, obseratisqz foribus cunctis ad vnam ianuam, p quam sacerdotes ingredi opz, ostiarij ingressi sedeant, & conuenietes oes epi pariter introibunt, & sm ordinationis sue tps residebunt, post ingressum oium epoz atqz consessum vocent deinde presbyteri, quos causa probauerit introire, nullusqz se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediantur diacones probabiles, quos ordo poposcerit interesse. & corona facta de sedibus episcopoz psbiteri a tergo eorum resideant, quos tn sessuros secum metropolitanus elegerit, q vtiqz & cum eo iudicare aliqd & diffinire pnt, Diacones in conspectu epoz stent, deinde ingrediant laici, q electioni concilij interesse meruerunt. ingrediant quoqz notarij quos ad recitandum, vel excipiendum ordo requirit. Obseratisqz ianuis & sedentibus in diuturno silentio sacerdotibus atqz cor totum habentibus ad Deum, dicturus est Archi. Orate. statimqz oes in terram psternant tam epi quam presbyteri. Et orantes diutius tacite cum fletibus atqz gemitibus, vnus ex episcopis senioribus surgens orationem palam fundat ad Deum cunctis adhuc in terram iacentibus, dicens hanc orationem.

ORATIO

a Adsumus dne sancte spiritus, adsumus peccati qde imanitate detenti sed in noie tuo spaliter agregati, veni ad nos, & esto nobiscum, dignare illabi cordibus nostris. doce nos quid agamus, quo gradiamur, & onde, quid efficere debeamus, vt te auxiliante tibi in oibus placere valeamus. Esto salus, & suggestor & effector iudicioz nroz, q solus cum Deo pre & eius filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse iustitie, qui summam diligis equitatem, vt in sinistrum nos non ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris. vel psone corrumpat. Sed iunge tibi nos efficaciter solius tue gratie dono, vt simus in te vnum, & in nullo deuiemus a vero quatenus in nomine tuo collecti sic i cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, vt & hic a te in nullo desentiat snia nra, & in futuro pro bene gestis consequamur pmia sempiterna. In qua oratione non dicat pater noster, nec benedictio, sed ipsa solummodo oratio confirmet. Finita aut oratione, & rnso ab oibus, Amen. Rursus dicat Arch. erigite vos, confestim oes surgant, & cum oi timore Dei & disciplina, tam epi qz psbiteri sedeant. Sicqz oibus in suis locis in silentio consedentibus, Diaconus alba indutus codice canonum in medio pferens capitula de concilijs agendis pnunciet, id est de concilio Toletano. tertio era. decimaoctaua. Ite ex conci. Toleta. iiij. era. ij. Ite ex capitulis orietalium ptium, q Martinus eps, de greco, in latinum vertit. era. xviij. de sinodo facieda. Ite ex concilio calcedonensi, era. xviij. Ite ex concilio Agathensi, era. xxv. vel. xxvj. vel aliud de canonibus, qd metropolitano aptius visum fuerit, vt legat. Finitisqz titulis, metropolitanus eps, concilium alloquat exhortatione, ita dicens. Ecce sanctissimi sacerdotes, premissis Deo pcibus, fraternitatem vestram cum pia exhortatione conuenio, & p diuinum nomen obtestor, vt ea q a nobis de Deo, & de sacris ordinibus, vel sanctis moribus, vobis fuerit dicta cum oi pietate suscipiatis, & cum summa reuerentia, perficere intendatis. Quod si forsitan, aliquis verum aliter quam dicta fuerint senserit, sine aliquo scrupulo contentionis, in nostrorum omnium copulatione, ea ipsa, de quibus dubitauerit, conferenda reducat, qualiter Deo auxiliante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde simili vos obtestatione conuenio, & obsecro, vt nullus vestrum in iudicando, aut psonam accipiat, aut quolibet fauore, aut munere pulsatus, a iusto iudicio scienter auertat, aut discedat, sz cum tota pietate, quicquid cetui nostro se iudicandum intulerit, retractate, vt nec discordans contentio ad subuersionem iustitie inter nos locum inueniat, nec ite in pergrenda equitate vigor nostri ordinis vel sollicitudo tepescat. Post hanc exhortationem introibunt oes quicunqz fuerint psbiteri diaconi, vel religiosi vniuersi, ad audiendum doctrinam. Sicqz Archi. lecturus est canonem Toletani concilij vndecimi, era prima, ne tumultu concilium agitet. Quo canone perlecto, concilium ephesinum ex ordine plegat. Deinde collatio patris & instructio, de mysterio sancte trinitatis habeat, simulqz & de officioz ordinibus, si in oium sedibus eiusdem celebritatis vnitas teneat. Pro his quoqz causis, put spacium diei permiserit, & epistole Pape leonis ad flauianum epm de erroribus euticetis, & mysterio trinitatis, legende sunt. Canones quoqz de vnitate officioz, nec ad aliud aliquid antea trasseat, qz ista oia explicent, ita tn, vt in totos tres dies letaniarum nihil aliud agatur, nec tractet, nisi sola collatio d misterio sancte trinitatis, & de ordinibus vl sacris vel officioz institutis, ita vt hec tota partiant p totos illos tres dies, vt nihil aliud (sicut dictum est) nisi sola qo de his que predicta sunt habeat, ita vt lectio semper congruens ordini, & cause, que qreda est antecedat. Post hec, in. iiij. die reliqua p ordinem admittende sunt, sicqz oes q de religiosis in retro actis diebus pro spirituali instructione interfuerant in concilio, foris egrediant, residentibus aliquibus presbiteris i concilio quos metropolitanus probauerit honorandos. Per singulos tn illos tres dies rogationum letaniaz episcopi vel presbyteri cum amino nitore, primum orationibus se prosternant. Sicqz collecta a metropolitano oratione consurgant. & de diuinis tantum, vt dictum est, rebus collationem habent, in reliquis autem diebus cunctis astantibus oratio colligenda est, & sic confidentes causarum negotia, iuste & religiose colligat. Nullus tamen tumultus, aut inter confidentes, aut inter astantes habeat. Eodem tn mo, eodemqz ordine ad concilium oes per singulos dies ingrediantur, quo superius iam premissum est. Nam & si presbiteri reliqui, aut diaconi, clerici, siue laici, de his qui foris steterint, concilium pro qualibet re crediderint appellandum, ecclesie metropolitane, Archid. causam suam intiment, & ille concilio denunciet, tunc illis & introeundi singulatim & proponendi licentia concedatur. Nullus autem episcoporum a cetu coi secedat anteqz hora generalis secessionis adueniat. Concilium quoqz nullus soluere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita vt quecunqz determinatione coi finium ur, episcopoz singulorum manibus subscribantur, ita tamen, vt ante duos, vel tres dies, quam soluant concilium omnes constitutiones a se editas diligenti consideratione retractent, ne in aliquo offendissent. Item in die quo concilium ab soluendum est, canones qui in sancta synodo constituti sunt, coram ecclesia in publico relegantur. Quibus explicitis, respondeatur in choro, Amen. Deinde ad locum redeuntes vbi in concilio resederint, canones ipsos subscribat. Admonendi quoqz a metropolitano sunt de Pascha venturo, quo veniat die. admonendi etiam sunt quo tempore superueniendi anno ad faciendum concilium veniant. Eligendi etiam sunt de episcopis, qui cum metropolitano dies festos Natalis domini, & sanctum Pascha debeant celebrare. Post hec dicente Archidiacono, Orate omnes, simul in terra pariter se prosternant, vbi diutissime orantes hanc vnus ex maioribus orationem dicat.

ORATIO

n Ulla est dne humane conscientie virtus, q inoffense possit tue voluntatis iudicia expedire, & ido qz imperfectum nostrum viderunt oculi tui, pfectioni deputa qsumus, q pfecto equitatis fine concludere optamus. te in nostris principijs occursorem poposcimus, te quoqz in hoc fine iudicioz nostroz excessibus adesse pcamur, scilicet vt ignorantie parcas, vt errori indulgeas, vt pfectis votis pfectam operis efficaciam largiaris. Et qz conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia nos traxerit i errorem, aut preceps forsitan voluntas impulerit iustitiam declinare, ob hoc te poscimus, te rogamus, vt si quid offensionis, in hac concilij celebritate attraximus, condonare ac remissibile facere digneris, vt in eo quod soluturi sumus aggregatum concilium a cunctis primum absoluamur nostroz nexibus delictorum, qualiter & transgressores venia, & confitentes tibi subsequat remuneratio sempiterna. huic orationi. Oratio pater noster adiungat, & cunctis adhuc iacentibus, hec benedictio explicet. Xps Dei filius, qui est initium & finis, coplementum vobis tribuat charitatis. Amen. Et q vos expletione huius fecit puenire concilij absolutos vos efficiat ab omni cotagione delicti. amen. Et ab oi reatu liberiores effecti, absoluti et p donum spiritussancti, felici reditu vestrarum sedium cubilia, repetatis illesi. Ame. Qd ipse pstare dignetur, cuius regnum, & imperium pmanet in secula seculoz. Ame. Quibus expletis, cum dictum fuerit ab archidiacono, in noie dni nostri Jesu Christi, eamus cum pace, oes illico pariter exurgentes, residente metropolitano ab ipso primum incipiente, osculum sibi inuicem oes pariter dabunt. sicqz data sibi inuicem pace conuentus concilij absoluatur.

¶ Oratio diei secunde.

n Ostrorum tibi dñe curuantes genua cordiũ quesumus, vt bonũ qđ nobis a te requirit̃, exequamur, vt prompta, scʒ sollicitudine gradientes, discretionis ardue subtile iudicium faciamus, ac misericordiam diligentes clareamus studijs tibi placite actionis.

¶ Oratio diei tertie.

a Dte dñe interni clamoris vocibus ꝓclamãtes, vnanimiter postulamus, vt respectu tue gr̃e solidati, ꝓcones virtutis efficiamur itrepidi, tuumq; valeamus verbum cum omni fiducia loqui.

f Ane predictus ordo descriptus ab ysodoro, q eius tpibus in celebrandis cõcilijs seruabat̃, fuit positus. s. exceptis orationibus intus. c. iiij. concilij Toleta. qđ incipit villã. Alia vero. c. de quibus facit ysidorus mẽtionẽ, sunt in decretis. s. xviij. c. tertij cõcilij Toleta. ponit̃. xviij. dist. c. vlti. c. martini. e. dist. pp ecclesiasticas. ij. ⁊. j. xviij. conci. Calcedoñ. e. di. ꝑuenit. xxv. c. cõci. agatheñ. e. di. eps. primũ. c. xj. ꝯcilij Toleta. v. q. iiij. in loco.

SVMMARIVM

1 Auguria vel somnia vel diuinationes obseruantes quomodo puniantur.
2 Sortilegia quibus mundus infectus est tolli deberent ꝑ ꝯcilia.

¶ Rubrica. xij. de sortilegijs, diuinatoribus, ⁊ consimilibus euitandis ⁊ puniendis.

1 i Tem †continent̃ in penul. c. ꝯcilij Anchiritani qđ illi, qui auguria siue somnia, vel diuinationes quaslibet ẽm morem gentiliũ obseruant aut in domos suas huiusmodi homines introducũt, in acquirendis aliquibus arte magica, aut domos lustrant, vt cõfessi quinquẽnio penitẽtiã agãt. extra de sortig. ⁊
2 xxvj. q. j. ij. iij. ⁊. v. nõ seruent̃. † Videret̃ vtile ꝙ ꝓuideret̃ per ꝯciliũ, qđ predicta iura, seruarent̃, ⁊ qđ oĩa philatheria ⁊ sortilegia qbus mũdus infectus est, tollerentur, sicut ẽt ꝯtinet̃ in. xxxv. c. ꝯcilij Laodicẽsis, ⁊ in. xxv. c. concilij Aurelianensis posito. xxvj. q. v. si quis clericus. ⁊ in. xxviij. c. quarti concilij Toletani, in. iij. concilio Bracharẽ. lix. ⁊. lx. c. ⁊ etiam septuagesimosecundo tertio ⁊ quarto.

SVMMARIVM

1 Presbiter in qua etate ordinari debeat.
2 Virgines ⁊ leuite ante. xxv. an. consecrari non debent.

¶ Rubrica. xiij. de etate presbiterorum, ⁊ aliorum promouendorum in ecclesia Dei, etiam ad Cardinalatum.

1 i Tem † cũ in. xj. c. cõ. Neocesariẽ. qđ incipit presbyter, statutũ fuerit, ꝙ presbyter añ. xxx. annorũ etatẽ nõ ordinet̃ q̃uis sit probabilis vite, sed obseruetur vsq; ad prefinitũ tempus, qꝛ. xxx. anno dominus baptizatus est, ⁊ tũc ꝓdicauit. ⁊ cuʒ a. d. ꝯcilio posito. lxxviij. dist. presbyter ante. xxx. an. ⁊ ab alijs iuribus ea. dis. positis recedi nõ debeat nisi necessitas id exposcat, ẽʒ Zachariã papã. xxv. an. presbyteri ordinari. ea. dist. si. xxx. videret̃ ꝯsiderãdũ, si esset vtile dicta iura seruari pp ꝑiculũ fornicationis, que nec vnq̃ ante dicta tpa ꝯbit̃, ⁊ postmodum expiatur extra de presum. cum in iuuentute. Et qđ etas constituta in episcopis ⁊ ẽt regula apostolica in promotione Cardi-
2 naliũ seruaret̃. † Videret̃ ẽt vtile ꝙ leuite ⁊ virgines añ. xxv. annos non ꝯsecrarent̃ sicut ꝯtinetur. in. iiij. c. ij. cõcil. Carthaginen. ⁊ in alijs concilijs ⁊ iuribus. xx. q. j. §. tempus. cum quatuor sequentibus. In primo autem capi. iij. concil. Arelateñ. continetur quod diaconus ante vigesimumquintuʒ, ⁊ presbyter ante trigesimum annum non ordinentur. Idem in decimooctauo, ⁊ in decimosexto capitu. concilij Agatheñ. ⁊ in decimonono capitu. quarti conci. Toletani, ⁊ in vigesimo canone tertij concilij Brachareñ.

SVMMARIVM

1 Diaconi quot esse debeant in qualibet ciuitate.
2 Cultus diuinus ampliari debet.
Ecclesia Romana aliarum caput est.

¶ Rub. xiiij. de. vij. diaconibus ꝯstituendis in q̃libet ciuitate.

1 i Tem † cum vltimũ. c. d. ꝯcilij Neocesarien. ꝙ septẽ sint diaconi in qualibet ciuitate ẽm ꝙ liber apostoloꝝ insinuat, ꝙ. c. ponit̃. xciij. di. Diaconi qui. ⁊. c. diaconi i. vij. ⁊ assumit̃ ex actibus apostoloꝝ. c. vj. ⁊ alia iura ꝯsimilia nõ seruant̃. Videt̃ ꝯside-
2 rãdũ, an expediret dicta iura seruari, † vt cultus non diminueret̃ diuinus quẽ expedit ampliari extra de rescrip. qꝛ ꝑ ambitionẽ. lib. vj. Ad hoc ꝯcordat. lxxv. rub. j. posita. Et ꝙ ꝓuideret̃ ꝙ in Roma. ecclesia, que caput est aliaꝝ, ⁊ in cathedralibus ⁊ alijs officia cũ deuotione, ⁊ solẽnitate debita, ⁊ solita agerent̃. Et insuper ordinarentur ceteri ministri electi sufficientes ⁊ approbati, qui in maioribus altaribus ecclesiarum cathedralium deseruirent, cum interdum tales ponantur, qui sunt in scandalum populi ⁊ derisum.

SVMMARIVM

1 Clerici in ecclesijs alterius ciuitatis ordinari nõ debent.
2 Episcopus de altera ciuitate eligi non debet.
Clerici extranei nõ debent preferri his qui in suis ecclesijs enutriti sunt.
3 Clericus de aliena ecclesia non eligat̃ nisi in propria idoneus reperiatur, ⁊ nu. sequen.
5 Populi sententia requiritur in ordinando sacerdote.
Electio ad capitulum spectat.
6 Clericũ alienũ quis in sua ecclesia suscipere non debet.
7 Clerici ab episcopo suo non debent recedere ⁊ ad alium se trãsferre.

¶ Rubrica. xv. de clericis presbyteris alterius regionis, linguarum, ⁊ ecclesie non recipiendis, nec promouendis in alienis regionibus ⁊ ecclesijs, nisi ibi eligant mansionẽ q̃diu alij sufficientes reperiantur in regnis ciuitatibus ⁊ ecclesijs propriis.

1 i Tem † cũ in penul. capi. neocesariẽ. ꝯtineat̃, qđ presbyteri ꝯregionales presentibus epĩs vel presbyteris ciuitatis non ministrent. Et in ꝯcilio Niceno. c. xvj. posito. lxxj. di. clericos in singulis ecclesijs ꝯstitutos nõ liceat in alterius ciuitatis ordinari ecclesijs, sed qescat quis in ecclesia in qua ab initio ministrare
2 meruit. † Et per celestinũ Papã ꝯstitutũ fuerit, ꝙ de altera ciuitate non eligat̃ episcopus, si de ciuitatis ipsius clero inueniat̃ idoneus, qꝛ primo reprobandi sunt illi anteq̃ alij de alienis ecclesijs preferant̃. Cũ vnusquisq; sue militie fructũ in illa ecclesia recipere debeat in qua per oĩa officia transegit etatem, nec aliena stipendia alter rapere dʒ, nec alij debitã alter sibi audeat vẽdicare mercedẽ. ⁊ si ꝯtrariũ factũ fuerit, facultas det̃ per. d. Papam clericis renitendi, si se viderint pregrauari ⁊ refutari quẽ sibi ingeri viderint ex aduerso nõ timeãt. ⁊ ꝑ eũdẽ celestinũ statuat̃, ꝙ peregini ⁊ extranei ⁊ qui ante ignorati sunt, nõ preferantur his, qui in suis ecclesijs enutriti sunt, ⁊ qđ per eos nõ excluderent̃ illi, qui suorũ ciuiuʒ bonũ merent̃ habere testimoniũ. lxj. distin. nec emeritis, ⁊ capitu. nullus. Et secũduʒ ꝙ Gregorius scribit ciuibus Neapolitanis, graue sit opprobrium cuiuslibet cleri, si in eo non reperiatur idoneus ad ipsum gubernandum
3 eadem distinctione. studij. † Et idem Gregorius scribit in registro vt nullus de altera ecclesia eligatur in ecclesia Panormitana, nisi forte (ꝙ non credit) in illa ecclesia non reperiatur idoneus. eadem distinctione obitum. Pelagius etiam Papa eadem distinctione. Cathaneñ. mandat in dicta ecclesia Ca-
4 thaneñ. de clero ipsius pontificem eligi. † Innocentius Papa etiam scribit extra de electio. cum inter canonicos, qđ pro electione, non debet ad aliam ecclesiaʒ fieri transitus donec reperiatur idoneus in ecclesia propria. Et in concilio generali per dictum Innocentium tertium celebrato eodem titulo. c. ne pro defectu contineat̃ expresse, qđ ecclesie viduate ꝓuideat̃ de ꝑsona idonea ipsius eccl'ie, ⁊ ibi repiat̃. ⁊ in ꝯcil. Stephani, Pape

Pape septuagesimanona di. oportebat. ⁊. c. nullus. cōtineatur, qđ de propria ecclesia eligat̃. ⁊ idē ēt scribit̃ p Gregoriū. xix. q. iij. nullus Abb. dictus ēt Papa Innocentius scribit đ postula. bone memo. ij. §. vltimo, quod Strigoneñ. ecclesia in Vngaria posita nolebat preficere alienum a regno nec aliquē cuius non haberet notitiam salua conscientia sua. ⁊ Leo Papa scribit. lxij. di. c. j. ꝙ nulla ratio sinit, vt inter epos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus sunt expetiti, nec a comprouincialibus epis cum metropolitani iudicio consecrati. ⁊ legatur in leuitico, qđ licet dominus de constituendo Josue principe precepisset, ⁊ eum elegisset tamen cōuocat̃ sina-
5 goga, vt dicit Hieronymus. †Exponit nobis intelligi ꝙ in ordinando sacerdote etiam populi sententia requiritur, vt sciāt omnes ⁊ certi sint, qꝫ qui prestantior est ex omni populo qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligat̃ ad sacerdotium. viij. q. j. lꝫ. ⁊. c. si ergo. Nam vt idem ait, nulla cōsanguinitatis ratio, nulla propinquitatis contemplatio facere debet hoc quod populi gubernatio tradatur nisi meliori. Ex predictis vtiqꝫ ⁊ consimilibus iuribus tractantibus quod nullus in ecclesia, vbi duo vel tres in congregatione fuerint, nisi eorum electione canonica, presbyter eligatur, quia ad capitulum vel conuentum de iure communi spectat electio, extra de elec. super. de iurepa. nobis. xvj. q. vlti. congregatio. xviij. q. secunda Abbatem ⁊ duobus capitu. seq. videretur per sancti prouidentiā concilij considerandum, si expediret vniuersali ecclesie. s. dicta obseruari. Nam ex hoc prouideretur ecclesijs ⁊ personis, ⁊ in magna parte videretur ex hoc posse status vniuersalis ecclesie, si diligenter aduertat̃, salubriter gubernari, ⁊ qualiter ⁊ de quibus, cathedralibus ⁊ collegiatis ⁊ alijs ecclesijs prouideretur, ⁊ quis fructus consequeretur quo ad curam animarum, obsequium, ⁊ defensionem ecclesiarum, ⁊ dispensationem redditum, qui deberent inter pauperes locorū distribui ex predictis. ad predicta concordant secundum ⁊ tertium capitulum concilij Bracharen̄. ⁊ penul. capitu. concilij Tau-
6 rinatis, †in quo statutum fuit secundum priora statuta canonū vt nemo clericum alterius suscipiat neqꝫ sue ecclesie in aliquo gradu ordiare habeat, ⁊ neqꝫ vt abiectuꝫ in cōmunionem recipiat. ⁊ octauum ⁊ nonum capitulum concilij Aurasico. concordant. In vltimo etiam capitulo concilij Valentineñ. statutum fuit qđ nullus alienum clericum secundum decreta canonum sine consensu sui episcopi ordinare audeat, nec vllum etiaꝫ sanctorum sacerdotum qui localem etiam futurum primitus non spopondisset, vt per hoc nullus a regula vel disciplina ecclesiastica deuiare permitteretur impune. ⁊ in. xij. capi. primi conci-
7 lij Toletani continet̃, †vt nullus clericus ab episcopo suo recedat, ⁊ ad alium se trāsferat. idem in. ij. c. ij. conci. Toleta. ideꝫ in secundo conci. Brachar en. lvj. hoc autem non seruatur a romana curia ⁊ a presbyteris prelatis qui curas animarum ⁊ prelationis committunt talibus qui nec subditos intelligūt nec intelliguntur ab eis.

SUMMARIUM

1 Episcopi in alijs prouincijs morare non debent, nec ibi possessiones acquirere.
2 Clerici ad alienam ciuitatem transmigrari non debent.

Rubrica. xvj. De episcopis ne in alienis diocesibus vel prouincijs immorentur, neqꝫ possessiones ibi habeant relictis proprijs ciuitatibus ⁊ diocesibus absqꝫ iusta ⁊ rationabili causa, ⁊ vltra tres septimanas se nō absentēt ab eccl'ijs eorūdē.

1 Item †in. xvij. xiiij. ⁊. xv. capitulis Sardiceñ. conci. continetur, ꝙ episcopi in alijs prouincijs non morentur, ⁊ ne possessiones in alijs prouincijs acquirant, ⁊ penultimo. c. eiusdem concilij de presbyteris ⁊ clericis, vt vltra tres ebdomadas, sicut ⁊ episcopi, in alijs prouincijs non morentur. Unde cū ex hoc subsequantur pericula animarum ⁊ ecclesiaruꝫ, videretur vtile, ꝙ dicti canones renouarentur, nisi iusta causa subesset, sicut in vltimo capitulo dicti Sardicē. concilij continetur, ⁊ ad idem concordat. iij. capitulum concilij Antiocheni quod inci-
2 pit, si qs p̄sbyter. †in. xx. ēt capitulo ꝯcilij Calcedonē. ꝯtinet̃ qđ clericis i alienā ciuitatē trāsmigrare nō liceat, nisi p p̄secutiōe vitāda. ⁊ in. xxiij. c. eiusdē ꝯci. ij. ꝯtinet̃ qđ clerici ⁊ monachi excōicent̃, q p̄ter epi sui volūtatē ad regiā vrbē accesserūt.

SUMMARIUM

1 Episcopi vel alij clerici ad curias principum accedere non debent sine licentia concilij prouincialis.

Rubrica. xvij. Ne episcopi vel clerici accedant ad curias principum sine licentia ⁊ literis concilij prouincialis.

1 Item †cum in. x. cap. ꝯcilij Antiocheni qđ incipit si quis eps, contineat̃, qđ si qs eps, vel presbyter, vel ois omnino, qui est sub ecclesiastica regula constitutus, preter concilium vel literas eorum, qui sunt ĩ. p̄uinciam, ⁊ maxime Metropolitani ad imperatorem perrexit, ꝙ abdicetur, ⁊ eijciatur a communione, ⁊ a propria dignitate. Sed si necessitas cogit eum ire, ꝙ vadat cum deliberatione, ⁊ consilio metropolitani, ⁊ episcoporum ipsius prouincie, ⁊ hoc sit satis ꝯsonū alijs iuribus vt. xxj. q. v. quasi per totum, considerandum videtur, si expediret iura huiusmodi obseruari.

SUMMARIUM

1 Neophiti promoueri non debent.
2 Promoueri quis non potest ex laicali statu ⁊ ex gradibus ecclesiasticis inferioribus ad superiores, nisi in minoribus cōprobatus fuerit.
3 Casum appetit qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus petit ascensum.
4 Sacerdos momentaneus humilitatem seruare nescit.
5 Magistrum eum fieri qui discipulus non fuit miserum est.
6 Manum cito nemini impones.
Et manus cito apponere quid sit.
7 Ecclesie gubernationem indignis concedere, populo nō est cōsulere, sed nocere.
8 Honor contra precepta diuina collatus legitimus nō est.
9 Dispensatio diligens habenda est de dignitatibus celestibus.
10 Cecus ceco si ducatum prestat ambo in foueam cadunt.
Censura temporis antiqui secundum fragilitatem nr̃i temporis mitigationem recipit.
11 Animarum ad regimen qualis assumi debeat.
12 Honore prestantior vilis est nisi scia ⁊ sanctitate precellat.
13 Ignorantia omnium errorum mater est.
14 Ignorātes, indiscreti, ⁊ criminosi ad gradus ecclesiasticos ad mittēdi non sunt.
15 Deo dare indignum est quod homo dedignatur.
16 Filij sanctorum qui sint.
17 Operis imitatio carnis propagini prefertur.
Judei filij diaboli dicuntur ⁊ quare.
18 Periculum maius vbi vtitur ibi cautius prouidendum est.
19 Episcopi beneficia suis propinquis indignis conferentes quomodo puniantur.
20 Claustrales quare ad prelationem promoueri non debent.



Rubrica. xviij. đ Neophitis ⁊ indignis ⁊ insufficientibus, ⁊ claustralatus non promouendis ad ecclesiasticos gradus ⁊ cardinalatus. ⁊ qđ nullus ēt fauore ecclesiastico vel regio promoueatur, nec aliquis qui nesciret illa que p̄tinēt ad officium suū, ⁊ quod ēt nulli nisi doctores in episcopos, archiepiscopos ⁊ cardinales promoueantur.

1 Item †cum in. iij. capi. concilij Laodicēsis contineatur ſm vltimum capitulum apostolice regule, quod neophiti non promoueantur, p quos ſm Gregorium intelligere possumus, qui repēte in clericatus vel in religionis habitu sunt plātati, ⁊ ad ambiendos honores ecclesiasticos anhelāt, vt. xlviij. di. sicut. ⁊ dictum concilium sit conforme. j. capi. secūdi ꝯcilij Arelatēsis, ⁊ alijs consimilibus iuribus, vt eadem di. p totuꝫ. lix. dist. p totū. ⁊. lxj. di. in octo primis capi. ⁊ ꝯci. Bracharē.
2 in quibus quidem cōcilijs ⁊ iuribus ꝯtinetur, †ꝙ ex laicali statu ⁊ ex gradibus ecclesiasticis inferioribus non p̄moueant̃ ad superiores gradus quousqꝫ in prioribus ⁊ minoribus legitime fuerint cōprobati, ⁊ ꝯcordat. xxj. c. iterato ꝯcilij bracharēsis Cōsiderandū vr̃, si expediret vniuersali ecclesie dicta capitula ⁊ iura seruari. nā certū est. ſm Greg. ꝙ tales plāti p̄sone ecclesiastice repente eleuate ⁊ p singulos gradus nō p̄bate sun ti-

cut de nouo edificati parietes, q nō prius tignorum pondus ac cipiunt. nisi forte nouitatis sue humores siccentur, ⁊ si ante q̄ solident̄ pōdera accipiant, cūctā simul ad terrā deponūt fabricam. Unde verēdū est, ne fabrica ecclesie sup tales colūnas posita concussis ipsis colūnis corruat, sicut dr̄ in ɔcilio gnāli p Innocen. extra de accu. qualiter ⁊ qñ. † Et q tales bm dictū gre.
3 ēt casum appetāt, q ad summi loci fastigia postpositis gradibus p abrupta petūt ascensum. Nec nempe est prohibitio apostoli. j. ad Thimo. iij. c. ⁊ est ratio phibitionis, ne taliter ⁊ sic repente pmotus ad honores ⁊ ecclesiasticos gradus in superbiā ⁊ ruinā diaboli incidat. † Momētaneus nāq sacerdos ne
4 scit humilitatē seruare, modos psonar vel se cōtemnere. Talis. n. nō ieiunauit, nō fleuit, nō se correxit, nō paupibus erogauit, nec dubiū quin incidāt in arrogantiā q̄ est ruina diaboli q
5 impropto ore nodū discipuli fiūt magistri. † ⁊ sicut Inn. ait. miserū est enim fieri magistrū q nūq fuit discipulus, eūq summū sacerdotē, q nullū gradū vnq assecutus fuerit sacerdotis
6 lxj. di. miser. lix. di. ordinatos. ¶ † Nonne scribit Paulus ad Thimo. i. Thimo. v. c. manus cito nemini imposueris. Et quid est (vt Leo papa ait) manus cito imponere, nisi ante etatis maturitatē, ante tps examinis, ante meritū obediētie, ante expiētiā disciplinesacerdotalē, pōtificat⁹ ⁊ cardinalat⁹ honorē tribuere nō pbatis? Et qd est cōicar̄ peccatis alienis, nisi talē effici ordinātē qlis est ille q nō meruit ordinari. h3 dictū Leonē. lxxviij. di. qd est. Et h3 eūdē. † Qd pastorale fastigiū, ⁊ gu-
7 bernatio ecclesie ɔcedat̄, ⁊ cōmittat̄ indignis ⁊ longe extra sacerdotale meritū ɔstitutis, nō est cōsuler̄ populo, s3 nocer̄, nec est prestare regimē, sed agere discrimen. ⁊ sicut boni operis sibi cōparat fructū, qui rectū t3 in eligēdo ⁊ preficiēdo sacerdotem, iudiciū, ita graui semetipsum afficit dāno q sublimat indignum. Nō. n. est et in cuiusq psonā premittēdū qd in statu-
8 tis generalibus ɔtinet̄. † Nec putādus est honor ille legitim⁹, q fuerit ɔ̄ precepta diuine legis collat⁹. merito patrū nostror venerabiles sanctiones (cū de sacerdotū electione loquerent̄) eos demū sacris administrationibus idoneos esse asseuerarūt, quor ois etas a puerilibus exordijs vsq ad pfectiōis annos p disciplinas ecclesiasticas cucurrisse vt vnicuiq testimoniū por vita preberet. Nec pōt predictis seruatis de eius pmotiōe dubitari, cui p laboribus multis, p moribus castis, p actionibus strenuis celsioris loci premiū debet̄. Si. n. ad honores mūdi sine suffragio tpis, sine merito laboris indignū est pueniri, ⁊ no-
9 tari ambitu solēt hi quos pbitatis documēta ñ adiuuāt, † q̄ diligēs ⁊ q̄ prudens habēda est dispēsatio diuinor munez ⁊ celestiū digni. atū. lxj. di. miramur. Aduertat obsecro vicarius Jesu Christi ⁊ sacri pruidētia concilij, Si gñalis status ecclesie nō subuertitur, qr regula de pmonēdis ad sacerdotiu3 ⁊ pōtificatū tradita p apostolū prima epistola Thimothe. iij. c. ad Titū. j. c. nō seruat̄. Nēpe si aduertat̄ ad exēptionē. xiij. c. dicte regule apostolice tradite a sanctis ɔcilijs, ⁊ sanctis patribus psecuta, in decretis a. xxv. di. vsq ad. xij. c. ⁊ ad ɔcilium Cartagineñ. positū. xxiij. di. eps. de sufficiētia pmonēdor ad regimē ecclesie ⁊ ad illa que modernis tpib⁹ in vnl'i ecclesia tā in capite q̄ i mēbris obseruant̄. Pēsando q naute ⁊ nauigio deferēdis eadē subest periclitādi necessitas, sicut dr̄ in exhor-
10 tatione pmonēdor, † ⁊ q bm euāgelicā veritatē Matt. xv. ⁊ Luc. xvj. c. si cecus. s. platus ceco populo q ducēdus est ⁊ nō sequēdus, ducatū pbeat, ambo in foueā delabunt̄, flere magis q̄ scribere libet. ⁊ q̄q bm fragilitatē nostri tpis in aliqb⁹ mitigationē recipiat discretionis cēsura illius tpis. xxxiij. di. fraternitatis, ⁊ difficile sit in quo ɔueniat. xiij. c. d. apostolice regule repire. vt. s. sint sine crimine vnius vxoris viri, nō vinolēti prudentes, ornati, hospitales, pudici, doctores, nō pcussores, ñ
11 litigiosi, nō cupidi, domi sue bene pposit, ⁊ nō neophiti. † Nihilominus tñ seruari deberet dictū Hieronymi, vt l3 res pene ɔ̄ naturā sit, q sine peccato aliquis inueniat̄, q saltē talis assignaretur ad regimē ⁊ curā animar cuius comparatione grex ceteri dicerent̄. xxv. di. §. noie aūt criminis. lxj. in sacerdotib⁹,
12 qr sicut ait ēt Symmachus Papa † vilissimus ɔputādus est, nisi precellat scia ⁊ sanctitate, qui est honore prestantior. j. q. i. vilissimus. Sed bm Leonē papā, si in laicis est intolerabilis insciētia, multomagis in his, qui presunt, nec excusatione est di-
13 gna, nec venia. xxxviij. di. si in laicis. † Jgnorantia. n. mater est cunctor error. ⁊ iō in sacerdotibus Dei q in populo docendi susceperūt offm̄, maxime est vitāda, sicut hr̄ in. iiij. ɔci. Toleta-
14 no. ⁊. xxxviij. dist. c. j. ¶ † Sustineda. n. sunt sacerdotij eloqa diuinitus tradita, id est vera diuinar scripturarum disciplina. xxxviij. di. ois. Sicut magnus phibet Dionysius, Hinc enim superna voce dicit̄ ad Moysen in leuitico. xxj. c. Loquer̄ ad Aaron. Homo de semine tuo p familias qui habuerit maculā nō offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministeriū eius. vbi repente subiungit. Si cecus fuerit, si claudus, si vel paruo, ⁊ grandi vel torto naso, si fracto pede, si manc⁹, si gibbosus, si lippus, albuginē habēs in oculo, si iugē scabiē, si impetiginē hñs in corpe, vel si est herniosus, que moraliter exponunt̄ p Gregorium in pastorali. ⁊. xlix. di. hinc. ⁊. n. ad ostendendū qualiter ignorantes, indiscreti, ambitiosi, ⁊ criminosi nō sunt admittendi ad ecclesiasticos gradus, vnde do. Malachie. j. c. ad hoc ɔquerens dicit. O sacerdotes q despexistis nomē meū, si offeratis cecū ad immolādū, nonne malum est? Et si offeratis claudū ⁊ languidum? quod exponēs Hieronymus dicit, qd cecū animal offert, q ordinat indoctū in locū docti, magistrūq facit q vix discipulus esse poterat. Claudū offert, qui lucra terrena querētē locat in dignitate vtpote pedē in diuersa ponētē, vnū i diuinis, alter in carnalibus. cui pōt inferri illud tertij libri Regū. xviij. cap. Usqquo claudicatis in ptes duas? Languidū offert, qui vitiosum h3 pro religioso, quiq tardum ⁊ pigrum p-
15 bat patientem, dicēs illū negligentia redarguēdū. † Nō pensans qd indignū est dare deo, qd dedignat̄ homo. xlix. di. c. vltimo. Jn euāgelio aūt Joānis. j. c. dr̄ q dedit potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. qui nō ex sanguinib⁹ neq ex voluntate carnis neq ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Aduertat itaq quisq se filium esse sanctor, si heres ē in tenēda terrena hr̄ditate sanctor, qr sicut ait Hieronymus,
16 † Non sanctor sunt filij, qui tenēt loca sanctor, sed qui exercent opa eor. xl. di. Nō est facile stare in loco Petri ⁊ pauli ⁊ tenere cathedrā regnantiū cum Christo. Jdem ēt ait. Quod si filij dei sumus, qd ipse fecit nos imitari debemus. lvi. dist.
17 dñs. † prefert̄. n. imitatio opis ppagini carnis. xxij. q. ij. §. itē opponit̄. Unde ⁊ iudei cū essent filij Abrae tñ dr̄r filij diaboli, cuius filij sunt nō nascēdo sed eius opa immitādo, ⁊ iō Joānis. viij. a Christo eis dicit̄. Si filij Abrahe estis opa abrahe facite, vos autem queritis me interficere hoiem qui vera locutus su3 vobis, hoc Abraā nō fecit. vos ex patre diabolo estis, qui desideria patris vestri facere vultis. Et contra. gētiles bm originē carnis cum ab Abrahā essent alieni, tamen immitatione fidei ⁊ iustitie successerunt in filios Abrae. vt ibidē. ⁊. q. j.
18 cito turpē. ad finē. ⁊ de pe. di. j. omnis. † Unde cū in istar pmotione maximū in ecclesia Dei immineat piculū cautius videretur pruidēdū bm ɔsiliū Joā. chrisostomi in epistola ad hebreos. ⁊. xlij. di. qescamus. vij. q. ij. c. vlti. extra d ele. vbi. ff. de. carbo. edic. l. i. §. ij. contra predictos, qui non sunt instructi in his, que in quotidiano versant̄ vsu inuehit̄. viij. di. disputatio.
19 vij. concilij Tolosani in. iiij. aūt. c. x. concilij Tolosan. hr̄ † qd epi qui ecclesiastica hñficia ppinquis suis idignis ɔtulerit puniant̄, excōicent̄, ⁊ beneficijs suis priuentur. Jn. vij. disciplinā
20 subeāt homicidij notam. ⁊ ɔcordat. xlij. di. sit rector. ¶ † De predictis ēt videret̄ qd claustrales nō ponerent̄ ad prelationē cum nō habeāt expientiā tpalē. xxxix. di. per totū. Et declararetur que sciētia est in singulis gradibus requirēda, ⁊ qd nullus caracteret̄ eps, nisi esset doctoratus in theologia, vel i iure. quod nullus ēt fauore regio pmoueret̄. xvj. vij. q. si qs deinceps. nec aliquis q prius nesciret illa que ptinēt ad offm̄ suu3.

SVMMARIVM

1 Officia diuina qualiter celebrentur.
2 Cantus ⁊ moteti indeuoti in ecclesia fieri non debent.

¶ Rub. xix. de psalmis ⁊ lectiōibus in officio ecclesiastico tractim deuote, ⁊ ordinate, ac intelligibiliter horis cōpetētibus dicendis, vt omnibus diebus oratio dominica dicatur ante singulas horas, cū Aue maria. ⁊ de abbreuiando ipsum vbi est nimis prolixum. ⁊ quod ecclesie, ⁊ in eis ministrantes ornamētu3 habeant talium ornamentorum, ⁊ alior vestimētor ɔdecētiū quod reijceret̄ inordinatus cātus, ⁊ quod semel in ebdomada solēniter celebraretur officium mortuorum.

1 Item † cu3 in. xv. ⁊. xvj. c. ɔcilij Laodiceñ. contineat̄ q psalmi in ecclesia passim non legantur sed ordinabiliter, ⁊ q euāgelia distincte legantur. cum hoc in Dei ecclesia regulariter non seruetur, quia cū confestinatione legit̄ ⁊ cātatur. ⁊ cū barbarisinis,

barissimis, sicut ait Aug. in li. de cathecizādis rudibus, ⁊. xxxviij. di. sedulo. videt̄ sup hoc ꝓuidendū. Cū aliqui religiosi ⁊ alij ita ꝓpere dicant, ꝙ intelligi nō possunt, ⁊ dicerēt horis cōpetētibus intra ecclesias cathedrales conuentuales ⁊ parochiales, ⁊ ꝙ lectiones q̄ nimis prolixe sunt ⁊ alie que dicentes ⁊ audiētes tedio afficiunt, abbreuiarent̄ ⁊ ꝙ ministri ecclesie ⁊ altaria haberent ꝯuenientia vestiméta ⁊ ēt ornaméta. ⁊ videretur valde honestū esse ꝙ ante singulas horas dicerēt, Pater noster, ⁊ Aue maria, lʒ in. ix. ⁊ in vltimo. c. concilij ḡnalis Gerunden. nō ꝯtineat̄ ꝙ oratio dñica a sacerdote proferatur, nisi
2 post matutinas ⁊ vesperas. †Et insuper ꝙ cantus indeuoti, ⁊ inordinati motetoꝝ ⁊ similium non fierent in ecclesia. cū reprobetur. xcij. di. cantores. Et ꝙ in qualibet ebdomada solēniter celebretur officiū mortuorū, tā matutinali tempore, ꝙ populus ad opera ruralia exercenda ire possit, ⁊ ꝙ hec predicentur in ecclesia diebus dominicis, ⁊ festiuis.

SUMMARIUM

1 Episcopus accepta pecunia aliquem promouens quomodo puniatur.
2 Fides sine operibus mortua est.
3 Simoniaci dei iram in se prouocant.
4 Uictime impiorum abbominabiles sunt.
5 Simoniachos christus de templo eiecit.
6 Simoniachum christus appellat latronem.
7 Pro sepultura vel alijs spiritualibus aliquid solui nō debet.

¶ Rubri. xx. de simonia, ⁊ de exactionibus, que in romana curia, ⁊ alibi ꝑ votis requiruntur, que fiunt per episcopos, ⁊ curias eorundem, ⁊ sub pretextu sigilli eorum, ⁊ iuramenti in communitatibus.

1 Item †cuʒ in secūdo capitulo Calcedonen. concilij cōtinent̄, ꝙ si quis epicopꝰ oꝝ accepta pecunia ordinationē fecerit, ⁊ sub pretio ō duxerit imprecabilē gratiam, atq; ordinauerit per pecunias quemlibet de his qui in gradu ecclesie cōnumerant̄ vel defensorem. ꝙ de hoc conuitus subeat gradus sui periculum, ⁊ si ꝓmotus perdat ꝓmotionis sue fructū, ꝙ si mediator clericus fuerit a ꝓprio gradu decidat. Si vero fuerit laicꝰ vel monachus ꝙ sit anathema. ⁊ cū ṗdictū ꝯciliū positū. j. q. j. si qs eṗs ⁊ io. a. j. cau. ⁊ tit. de simo. in qbus agit̄ de dicta simonia ⁊ in nouo ⁊ veteri testamento a concilijs ⁊ romanis pontificibus deputari nō seruentur, ⁊ maxime in curia romana in q̄ ēt cetus dominoꝝ cardinalium vult habere vna cum domino papa certam portionē a prelatis, qui promouent̄ ibidem videretur sup hoc maxime prouidēdum. Nam hec heresis maxime corrumpit ecclesiam vniuersalem ⁊ vniuersos populos, et ꝓ ursa iam remedia pro nihilo reputantur. ⁊ cum in curia romana publice contrarium fiat, ac si non esset peccatū committere simoniā, vel si dare vel accipere post, nō esset idem sicut dar̄ vł accipere ante. j. q. j. eos. ⁊. c. si quis prebēdas ⁊. c. si quis obiecit. ea. cau. q. iij. saluator, Ex quo ꝓuenit (sicut Greg. francoꝝ
2 regibus scribit) ꝙ fides deperit. †Nā cum fides sine operibꝰ mortua sit sicut hr̄ in canonica beati Jacobi. ij. c. ⁊ fides cum vita sit eligenda in sacerdotibus ⁊ ministris, si vita defuerit, fides meritū non hʒ. Que aūt vita ⁊ q̄ opa esse valeant sacerdotis q honores tanti sacramenti per premiū ꝯuincit̄ obtinere. Hinc non solū in ordinatoris ⁊ ordinati anima letale vulnus īfligit̄, verumetiam reipublice regimen ex talium culpa, quorū intercessionibus magis iuuari debuerat, ꝑgrauatur. Si enim dignus is sacerdotio credit̄, cui non actionis merita, sed premiorum copia suffragatur, Restat, vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas, nil sibi defendant industria. sed totum auri ꝓphanus amor obtineat, ⁊ dū vitiat honor remunerat̄ in locū vltoris is fortasse qui fuerat vlciscendus adducit̄ atq; hinc sacerdotes non ꝓficere, sed perire potius iudicant̄, vulnerato namq; pastore, quis curandis ouibus adhibet medicinam, aut quomodo populū clipeo orationis tueat̄, qui iaculis hostiū sese feriendum exponit. aut qualem fructum de se producturus est cui graui peste radix infecta est. maior ergo metuenda est locis illis calamitas, vbi tales intercessores ad locum regi-
3 minis aducunt̄. †qꝛ tales symoniaci Dei in se magis iracūdiā prouocant q̄ȝ ꝑ semetipsos placare debuerāt. j. q. j. fert. cuius ratio est, qꝛ intercessores, qui pro populo ad Deum parantur. necesse est vt eius gratiam bene viuendo mereātur. Unde idē Grego. in pastorali ait, sollicite formidandum, ne qui placare iram dei credit̄, hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti etenim loquēdo nouimus, qꝛ cū is qui displicet ad intercedendum mittit̄ irati animus ad deteriora prouocatur. Unde talis simoniacus qui desiderijs terrenis astringit̄, caueat, ne districti iram iudicis grauius accedens, dum in beneficio ecclesiastico quasi in luto delectat̄, nec locum regiminis ecclesiastici assumere audeat, si ambitionis ⁊ simonie in se vitium dānabile regnat, nec talis quem crimen depravat ꝓpriū intercessor ꝑ culpis fieri appetat aliorum. Scriptū quippe est Prouer. xv.
4 † Uictime ipioꝝ abbominabiles. vota aūt iustoꝝ placabilia. ⁊ i Psal. xlix. peccatori aūt dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas, ⁊ assumis testamentū meum per os tuū. xlix. di. §. iij. iij. q. vij. §. itē diuina. ⁊. c. itē in grauibus. Cum enim talis simoniaci vita, que latere non potest despiciatur. restat fm Gre. o. vt eius predicatio contemnatur. vt ibideʒ, Nōne memor debet esse vicarius Jesu Christi exēplorum eiusdem q̄ȝ adeo sapiens, cum percuteret̄ non percutiebat, cum malediceret̄ non maledicebat, cum pateretur non cōminabat̄. Luc. vj. c. xlv. di. episcopū. si tāq; ouis ad occisionē ductus ē. Esa.
5 liij. tū qꝛ zelus domus Dei comedit eum. sicut dr̄ in Psal. lxviij. flagello facto de funiculis omnes emētes ⁊ vendentes columbas, per quos simoniaci designant̄, de templo eiecit ⁊ mēsas nummulariorum ⁊ cathedras vendentium columbas euertit, dicens domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illā speluncam latronum. Si igitur exēplū patientie Jesus Christus simoniacos de tēplo eiecit, ⁊ eos latrones vocauit, ⁊ cathedras simoniacoꝝ euertit quis est q in ecclesia Dei audeat introducere tales? ⁊ si Christus eorum euertit cathe-
6 dras, quis eas erigere audeat, †Si Christus simoniacum vocat latronē, qꝛ ꝑ aliā portam, idest ꝑ simoniā ascēdit. sicut ipse idem ait Joan. x. ⁊ sicut Augu. exponit. xxiij. q. iiij. tres psonas, quis est tam temerarius, qui talē latronem simoniacum q cauendus est, audeat recipere, ⁊ preficere vt pastorem, nisi q se vult astruer̄ antichristum eius, qd̄ Christus fecit ⁊ docuit face-
7 re, ⁊ dogmatizare contrarium. †ad hanc rubricam facit. lx. rubrica huius patris, vt qui baptizantur, ⁊ qui ad confessionem accedunt nihil soluant, ⁊ ꝙ pro sepulturis nihil recipiant, nec pro alijs spiritualibus. Ad idem concordat. iiij. c. vj. concilij Toletani ⁊ tertia disputatio. vij. cōcilij Tole. que ponitur nomine ambrosij. i. q. i. ad hoc faciūt. vij. ⁊. viij. c. cōcilij Toleta. Item cum a prelatis ⁊ curijs eorundem pro sigillis, correctionibus ⁊ alijs multe fiant exactiones, vt extra de censi. ⁊ exactio. super hoc esset prouidendum ⁊ insuper vt dictis dominis cardinalibus assignarentur redditus, de quibus absq; exactionibus viuere possent.

SUMMARIUM

1 Clericus in ecclesijs duarum ciuitatum ordinari non debet.
2 Canonicus prebendatus quis nō potest esse nisi in vna eccl'ia.
3 Officia duo vni persone etiam exercitate cōmitti non debet.
4 Clericus in duabus ecclesijs cōnumerari non debet.
5 Uicem duoꝝ vnum obtinere difficile est.
Officia potestatis quis in duabus ciuitatibus habere nō pōt.
6 Persona vna nisi ex necessitate vices plurium obtinere ñ dʒ.
7 Beneficia plura absq; peccato teneri non possunt.
8 Prioratus conuentuales his qui non sunt monachi conferri non debent.

¶ Rub. xxj. ne qui in duabus prebendis, vel ecclesijs intitulentur, sed singula officia, ⁊ beneficia singulis conferantur ꝑsonis cuiuscunq; status ⁊ conditionis existant.

8 Item †cum in. x. c. dicti cōcilij Calcedonē, ꝯtineat ꝙ nō liceat clericū in ecclesijs duaꝝ ciuitatū ordinari, ⁊ ꝙ si clericꝰ iam trāslatus fuerit ab alia in aliā ecclesiā nihil cōe habeat cum prioritate. et ꝙ facientes cadant a proprio gradu. ⁊ predictum ꝯciliū sit ꝯforme alijs ꝯcilijs ⁊ iuribus ⁊ specialiter sinodo habite placētie, in qua Urbanus papa affuit. ⁊. xxj. q. ij. si qs iā translatus, ⁊ ꝑ Inn. iij. ex̄ de ꝯces. ṗbē. literas. ⁊ ad idē de ele-
2 ctio. cū in cunctis. ꝺ preben. de multa. †Et in sinodo exṗsse dicat̄ ꝙ nullus possit esse canonicus prebēdatus nisi in vna ecclesia. ⁊ ꝯriū fiat in ecclesia Dei, qꝛ vni ꝑsone ṗbēde multe, ⁊

multa beneficia, ꝛ multe dignitates, ꝛ psonatus cumulant̃. potissime si ꝺ preessentiũ ecclesie dei parẽtela existãt. ꝛ ex h̃ paretur generale preiudicũ vl'i ecclesie, que debitis officijs, ꝛ obsequijs, rectoribus, administratoribus, ꝛ defensoribus defraudatur, elemosine subtrahunt̃, psone ecclesiastice sic ditate in sup biã efferunt̃. ꝛ ƀm qꝺ dr̃ Prouer. j. c. eoꝝ pspitas pdit eos, ꝛ dissolutionis materia ex h̃ pstat̃ eisdẽ, ꝛ insolentie varie oriunt̃ cultus diuinus, q augeri debuerat minuit̃, ꝛ officiũ, pp qꝺ dat̃ beneficiũ, ommittit̃, ꝛ infinita alia mala subsequunt̃, videret̃ ꝓ quã esse vtile ecclesie sancte dei, vt dñs Papa ꝛ ceteri inferiores, ꝛ totũ ꝯciliũ acqesceret̃ beato Greg. sup h̃ scribẽti oĩbus epis in hũc modũ. Singula ecclesiastici iuris officia singulis q busqꝫ psonis sigillatim ꝯmitti iubemus. Sicut. n. in vno corpe multa mẽbra habemus oĩa aũt mẽbra nõ eũdẽ actũ habẽt, ita ꝛ in ecclesie corpe multa mẽbra sunt ƀm veridicã Pauli sñiaꝫ ad Cor. vij. in vno eodẽqꝫ spũali corpe ꝯferẽdũ est, hoc offiñ
3 vni alij ꝯmittẽdũ est illꝺ. † Neqꝫ. n. q̃tũlibet exercitate vni psone vno tpe duaꝝ reꝝ officia cõmittẽda sunt, qꝛ totũ corpus ẽ oculus, vbi auditus. Sicut. n. varietas mẽbroꝝ p diuersa officia ꝛ robur corpis seruat ꝛ pulchritudinẽ representat, ita varietas psonaꝝ p diuersa nihilominus distributa officia, ꝛ fortitudinẽ, ꝛ venustatẽ sancte dei ecclesie manifestat. ꝛ sicut ẽ indecorum in corpe humano, vt alteꝝ mẽbrũ alterius fungat̃ officio, ita nimiꝝ noxiũ simulqꝫ turpissimũ ẽ, si singula reꝝ ministeria
4 psonis totidẽ nõ fuerint distributa. lxxxix. di. singula. † in septima sinodo ꝯtineat̃, qꝺ clericus nõ ꝯnumeret̃ in duabus ecclesijs, qꝛ h̃ turpis negotiationis lucrum est, ꝛ ꝯ vocẽ dñicã dicentẽ Luc. xvj. Nemo põt duobus dñis serui. ꝛ ꝯ apostolũ ad Roma. vij. dicẽtẽ, qꝺ vnusqsqꝫ manet in vocatione, qua vocatus est. xxj. q. i. c. i. ꝛ. ij. ꝯci. Calcedoneñ. clericũ in duaꝝ ciuitatũ ecclesijs ꝯscribi nõ opꝫ. eadẽ. q. clericũ. ad predicta ẽt cõ
5 cordant ꝛ faciũt leges ciuiles dicẽtes. † Difficile esse vr̃ vt vnꝰ vicẽ duoꝝ obtineat, ꝛ absurdũ fore, si ꝑmiscuis actibus rerum turbent̃ officia. ff. de pac. l. si plures. C. de assesso. l. nemo. C. ꝺ testa. l. ꝯsulta. Ex quo ꝓuenit qꝺ in pluribus ciuitatibꝰ qs simul ꝛ semel potestatis officia h̃re nõ põt. ff. ad munici. libertus. §. ꝑ
6 scriptio. † regulare ẽ qꝺ vna psona nisi cã necessitatis immineat, nõ dꝫ supplere vices pluriũ. xxx. q. j. ad limina. nec qs in diuersis ecclesijs prelatus esse dꝫ. x. q. iij. vnio, vbi expresse dr̃ cõciliũ Toletanũ, vt plures ecclesie vni nequaq̃ ꝯmittant̃ pſbytero, qꝛ solus p totas ecclesias, nec officiũ vꝫ psolnere, nec rebus eaꝝ necessariã curã impẽdere. Et idẽ hr̃. xvj. q. vij. p laicos. subiungit̃ in ꝯcilio, qꝺ si quis epoꝝ predictã ꝯstitutionem paruipenderit, se nouerit duoꝝ mẽsiũ spatio excõicatione mulctari. ad idẽ ꝯcordat decreta. cũ singula. de preben. li. vj. ꝛ ẽt theologoꝝ cõiter hoc hꝫ opinio, qꝺ si vnum hñs beneficium, ꝺ quo põt nõ laute, nec ad elationem, ꝛ pompã, sed ꝯueniẽter ꝛ mediocriter sustentari, ꝛ recipiat vel retineat aliud, mortaliter
7 peccat. cũ autẽ dudum sic fuisset determinatũ. † ꝛ cãcellarius Parisiẽsis q tũc erat magister in theologia, pluribus abũdãs bñficijs huic sententie affectu ꝛ nõ rõe spatus acqescere nollet, ẽt in infirmitate de qua obijt a dño Guiliel. Parisiẽsi epo magistro in theologia de hoc admonitus ꝛ rogatꝰ, eidẽ epo iuxta eius sepulturã de ꝓfundis ꝑ eo dicẽti in teterrima vmbra dictus cãcellarius intelligibili voce dicẽs apparuit, qꝺ nõ oraret ꝑ eo, Naꝫ dãnatus erat ꝑ eo, qꝺ nõ acquieuerat eiusdẽ episcopi monitis ꝛ sententie sue, ꝛ alioꝝ magistroꝝ tenẽtiũ qꝺ absqꝫ peccato nõ poterant plura bñficia (vt ꝑmissum est) retineri. Quar̃ videret̃ vtile ecclesie sancte dei, vt ordinatio bonifacij sup hoc facta in. d. decreta. cũ singula q̃tũ ad regulas extẽderetur ad clericos seculares ꝛ ad dominos Car. qui in graue animaꝝ ipsoꝝ pictũ ꝛ vniuersalis ecclesie dispẽdiũ, multa milia florenoꝝ, libraꝝ, ꝛ marchaꝝ sibi ꝛ suis pestifera adinuẽtiõe sup per ecclesias ẽt parochiales ꝛ curatas faciunt cumulari, ꝛ ecclesias ẽt cathedrales, ꝛ vltramarinas sub diuersis coloribus cõmendari, ꝛ certas sibi solui ab illis, qui eoꝝ ꝑmouent̃ auxilio, pẽsiones que nũq̃ in romana ecclesia morunt̃, sed ab vno cardinali in aliũ vel in eius, vel dñi pape ꝓpinquũ, vel nepotulum detinent̃. Ex quibus sequit̃ (cũ sibi vẽdicẽt vniuersa) infelix ꝙ clericus qui de predictis beneficijs sustẽtari, ꝛ eis psonaliter deseruire debuerat, mẽdicat in plateis, ꝛ seruili operi, mãcipatus publicã deposcit elemosinã. qui ex eo magis a cunctis despicit̃, quo miser ac desolatus iuste putat̃ ad hãc ignominiaꝫ
8 deuenisse. Sicut Hieronymus ait. xciij. di. diaconi sunt. † Et hac peste est ẽt nouiter introductum ꝯ iura, qꝺ prioratus conuẽtuales ꝛ alia beneficia ecclesiastica ꝯsueta ab olim regi ꝛ gubernari p monachos ꝛ p alios regulares, predicti dñi cardinales, ac si bñficia secularia nequaq̃ sufficerent, vel si p illos melius quã p alios reformari deberent, sibi ꝛ suis faciũt assignari, q̃q̃ non efficiantur monachi, nec sint de vita ꝛ regula monachorum ꝛ aliorum regularium, contra conciliuꝫ Eduense sub. vij. Grego. ꝯgregatum, ꝛ contra capitulũ Vrbani pape, ꝛ ꝯ. xxiiij. capitu. Calcedonẽsis concilij. ꝛ ꝯ. xiij. c. septime sinodi. xix. q. iij. in quinqꝫ primis capitulis. extra de vit. ꝛ hone. cle. Deus qui ecclesiam. ꝛ de relig. do. inter quatuor. ꝛ. xviij. dist. Peruenit. Ex quibus in dictis prioratibus ꝛ beneficijs regularium perijt in totũ regularis obseruantie disciplina, cũ nõ sit inter eos qui corrigat, nõ sit qui doceat, nõ sit cui obseruantia ꝛ reuerentia prebeat̃, nec qui eos in vita regulari ꝛ monastica valeat gubernare. fraudatur hospitalitas seruari i dictis prioratibus ꝛ beneficijs consueta, ꝛ iura bona prioratuũ hmõi dissipantur. ꝛ loca ad irreparabile opprobrium non absqꝫ populi scandalo deducunt̃, extra de accu. c. vlt. ¶ Ad predicta facit c. xv. ꝯcilij Milleuitani, in quo statutuꝫ fuit, vt postq̃ aliquis semel in aliqua ecclesia esse elegerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Item ẽt statutum fuit in. ij. c. i. concilij Arelateñ. s. ꝙ in quibuscunqꝫ locis ministri ordinati fuerint, in ipsis locis pseuerẽt. ꝛ i pe. c. eiusdẽ ꝯcilij statuit̃ idẽ. ꝛ in. xiij. c. ij. ꝯcilij Arelateñ. statuit̃ idem. ¶ Scdm aũt Greg. predicti domini Cardi. ẽt cũ de monasterio assumuntur, non deberent ibi aliquid retinere, nec duplex regimen sibi assumere. nam cũ vnum pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad vtrunqꝫ idoneus nõ vr̃. xvj. q. i. presbyteros. ꝛ. c. pce. ꝛ seq.

SVMMARIVM

1 Clerici contra episcopos coniurantes qũo puniantur.
2 Peccans coram omnibus argui debet.

¶ Rub. xxij. de conspirantibus contra episcopos, ꝛ alios publice delinquẽtes puniendos priuilegio ꝯtrario nõ obstãte.

1 Item † cũ i. xviij. c. dicti ꝯcilij Calcedonẽ. posito. xj. q. j. coniurationũ, contineatur ꝙ si qui clerici vel monachi inuenti fuerint coniurantes ꝛ conspirantes aut phratrias vel factiões ꝯponentes suis epis vel alijs, cadãt oĩo a ꝓpo gradu, ꝛ per papã Pium. e. q. si quis sacerdotum, statuatur quod tales degradati curie seculari tradantur, ꝛ per Calixtũ Papam. e. q. conspirationum statuat̃ qꝺ tales ꝓprio ammisso gradu in carcere detrudant̃, ꝛ per dictum conciliũ Calcedoneñ. ꝛ p Toletanum ꝛ Aurelianñ. e. q. qui clerici, ꝛ. c. si clerici. ꝛ. c. si qui clericorum. statuat̃ idem. ꝛ predicta iura ꝛ consimilia non seruent̃ ꝛ ex quo frequenter in multis partibus magna scandala subsequunt̃, videret̃ vtile ꝙ predicta iura seruari mandarent̃ vel ꝙ prouideretur de alijs remedijs oportunis. ꝛ insuper ꝙ omnes alie psone publice delinquentes ꝛ ex hoc ecclesiam Dei scãdalizãtes, publice arguerentur, ꝛ punirent̃, iuxta illud Apo
2 stoli. i. Thimo. v. † Peccãtẽ corã oĩbꝰ argue, vt ꝛ ceteri metũ habeãt. ad qꝺ facit. xlv. dis. sꝫ illud. ij. q. v. si mala. ꝛ. e. cau. q. vij. quapropter. xj. q. iij. c. vlt. xxiij. q. ij. ea. ca. ꝛ. q. iiij. Ita plane. ff. de pe. aut facta. §. vltimo. que canonizata est de pe. di. j. aut facta. ꝛ qꝺ in dicta punitione cessaret omne priuilegiuꝫ ƀm secretũ Inn. iij. ꝺ pini. volẽtes. ꝛ applo friuola ꝛ frustratoria.

SVMMARIVM

1 Clerici qualiter a clericis ꝛ laicis accusari possint.
2 Prelati quando a sedibus suis inuiti ammoueantur.

¶ Rub. xxiij. de epoꝝ ꝛ aliorum prelatorum ꝛ clericorum accusatoribus ꝙ nõ debeant passim suscipi ꝛ dicti prelati non mutentur de sede ad sedem maiorem, nisi pro notorijs excessibus eorundem.

rent die lune, ⁊ die martis post dominicā quinquagesime, sicut fuit a predicto Papa Tollosforo ↄstitutū, ⁊ a bea. Ambro. ⁊ Grego. ⁊ si nō aliorū vulgariū cōi vsu approbatū. iiij. dist. statui
8 mus. cum duobus capitu. ⁊ §. seque. † Et insuper ꝙ ieiunaretur tribus diebus rogationū ante ascensionē dn̄i sicut fuit constitutuz in ↄcilio Aurelianeñ. cxxiij. posito de ↄsec. dist. iij. rogationes. Et in aduentu domini. ⁊ in vigilijs omniū festiuitatū beate Marie. ⁊ xij. apostoloꝝ ꝑm traditionē Innocen. de obser
9 ua. ieiu. c. j. ij. ⁊ iij. † ⁊ primum. c. v. cōcilij Toleta. cōtinet vt in omni regno. letania. s. cum ieiunio celebraretur triduo a die iduū decembris. Et idē ↄtinetur in. ij. c. v. ↄcilij Toletani, ⁊ ēt in quatuor temporibus, ⁊ vigiliaꝝ apostoloꝝ quorū ieiunia nō solum ab eis sed ēt ab omnibus seruari debent, vt in dictis capitulis. lxxvj. dist. in. viij. pmis capi. sicut ⁊ ieiunium cene domi
20 ni. † Nam sicut ex concilio Martini pape habetur posito de cōsecra. distin. iij. nō liceat. Qui in cena domini soluit ieiunium, omnē exhonorat quadragesimā in qua debent non solū dicte ꝑsone ecclesiastice ieiunare, sed etiam laici. Sicut statutū fuit in concilio Agateñ. c. ij. posito de conse. dist. iij. placuit. Et per Grego. Papam de conse. dist. v. in. c. quadragesima. sicut ait Eusebius papa ea. distinct. ieiunia. sine necessitate rationabili non sunt soluenda. Ex hoc enim temptatur a gula, sicut Greg.
21 ait. ea. q. v. modus. † Porro quia in multis partibus non est abundantia pisciū ⁊ multorū etiam cōplexionibus non competit eis vti, possit remediū adhiberi ꝙ extra quadragesimā taliter ieiunantes ouis, lacte, butyro, ⁊ caseo, ac sagimine vti possent q̄ꝫ sementinā carnis trahant originē, a quibus est in ieiunijs necessarijs abstinēdū ꝑm predictū. c. Greg. iiij. dist. deniqꝫ
22 ⁊. lxxxij. dist. presbyter. † ⁊ ꝙ ille persone ecclesiastice que per cōplexionis sue debilitatē vel fragilitatem vel aliam iustā causam, excepta infirmitate ieiunare non possent, tantū pauperibus erogarent quātū soluēdo ieiunium vel carnes cōmedendo in. iiij. ⁊. vj. feria ⁊ aduentu domini expenderent. ⁊ ꝙ idem seruaretur in eis, ⁊ ēt in omnibus laicalibus personis, que a ieiunio ꝑm iura nō excusantur, quando ↄtingeret eis infringere ieiunia quadragesimalia, quatuor temporū, ⁊ vigiliarū apostolo
23 rum ab ecclesia constituta. † Cum pp transgressionē statutorū ⁊ preceptorū ecclesie inobedientiam ⁊ peccatū incurrant. xij. distin. preceptis. xlj. distin. quisquis. §. vlti.

SVMMARIVM

1 Picture an in ecclesia esse debeant.
2 Picture ⁊ imagines loco scripturarum habente.
3 Error, cui non resistitur, pro veritate habetur.

¶ Rub. lvij. de picturis ⁊ imaginibus que in ecclesia fiūt, vt nullius deformitas vel falsitas ⁊ deuiatio a re gesta celebraretur in eis.

1 Item † cū in. xxxvj. c. predicti cōcilij eliber tani fuerit ↄstitutū, picturas esse in ecclesia nō debere, ne ꝙ colitur aut adoratur i parietibus depingatur. ⁊ ꝙ per multas rationes dicte picture ⁊ imagines ridiculose putentur. ⁊ specialiter pp multas diuersitates figurarū ⁊ mendacioꝝ que reperiuntur in eis, a Grego. aūt in. vij. synodo, ⁊ etiā ab Adriano papa approbentur, q2 qꝺ legētibus scriptura, hoc idiotis cernentibus prestat pictura. de ↄse. distin. iij. perlatū. ⁊. c. venerabiles. ⁊. c. sextam. Videretur vtile ꝙ per ordinarios ⁊ rectores locorum omnes imagines deformes, ⁊ in quibus a veritate rei geste deuiatur, delerentur. Nam quemadmodum si ad scripturas sacras admixta fuerint inofficiosa mēdacia, nihil in eis remanet auctoritatis, ⁊ ponderis, sicut ait Augu. in. j. epistola ad Hiero. ix. dist. si ad sacras ⁊ sicut testis (ꝑm Ambro. in libro de paradiso) dum ad seriem gestorum que pure ⁊ simpliciter rferre debet aliquid ex suo adijcit totam testimonij fidē partis mēdacio decolorat, quare prohibetur ꝙ nihil q̄uis bonū videat vltra seriā rei geste adijciat. iij. q. ix. pura. ⁊ ꝑm Augu. in libro de mēdacio ad sempiternam salutem, nullus deducendus sit opitulante mendacio. xxij. q. ij. primum. xx. q. iij. constituit. xiij. distin. quod ait. xiij. q. v. de
2 niqꝫ. xj. q. iij. si qs vero. † Sic cuꝫ dicte picture ⁊ imagines loco scripture ⁊ testimonij habeantur, vt per eas ad deuotionem ⁊ cognitionem gestorum cernentes excitentur, videretur ꝙ nul
3 lus error deberet in eis ab ecclesia tollerari, † cuꝫ, error cui non resistitur pro veritate reputetur, sicut Innocentius papa ait. lxxxiij. distin. error, nec aliquid aliud quod propter deformitatem vel alias risui ⁊ derisioni, ⁊ indeuotioni materiaꝫ prestare videretur.

SVMMARIVM

1 Femine quare in cemiterio vigilare non debeant.
2 Gentes ibi in sceleribus misceri nō debent, vbi de peccatis venia postulanda est.
3 A malo non solū sed ab omni spe mali abstinendum est.

¶ Rubrica. lviij. ne femine in cemiterijs vel ecclesijs peruigilent, ⁊ ne in sanctorum solēnitibus intra ecclesias ⁊ cemiteria saltationibus ⁊ cantilenis populi vacent.

1 Item † cum in. xxxv. c. predicti concilij elibertani fuerit prohibituꝫ, ne femine in cemiterio peruigilēt, eo ꝙ sepe sub obtentu orationis, scelera latēter cōmittunt. ⁊ in. iiij. concilio Tole. c. iij. posito. de consec. dist. iij. c. j. reprobetur irreligiosa cōsuetudo q̄ꝫ vulgus ꝑ scōꝝ solēnitates agere ↄsueuit, ppt̄ q debent diuina officia attēdere saltationibus turpibus inuigilent, cantica, non solum mala canentes, sed ⁊ religiosorū officijs perstrepunt, hoc enim vt ab omnibus prouincijs depellatur sacerdotum ⁊ iudicum a concilio sancto cure cōmittitur. Et predicta sunt conformia alijs concilijs ⁊ iuribus, vt de immuni. eccle. cū
2 ecclesia. ⁊. c. ecclesie. ⁊ decet domum domini. † Lex ēt dictat ꝙ non debent gentes ibi immisceri sceleribus, vbi de peccatis est venia postulanda. in auc. vt lice. ma. ⁊ auie. §. q2 vero. colla. viij. Unde cuꝫ supradicta iura ⁊ concilia non seruentur, ⁊ multa peccata carnalia ⁊ alia ⁊ diuersa scandala in plerisqꝫ mundi partibus ex dictis vigilijs subsequantur, ⁊ ex cantibus turpibus ⁊ inhonestis, ⁊ iocis, ⁊ ↄfabulationibus ihonestis, aures, ⁊ corda audientium inquinentur, ⁊ a deuotione retrahantur, ⁊ diuina per hoc officia perturbentur, Videretur esse super hoc de salubri remedio prouidenduꝫ, cum deceat domum domini sanctitudo, ⁊ locus eius, ⁊ cultus sit cū debita veneratione pacificus, ⁊ ꝙ sit in eo quieta conuersio, Deo grata ⁊ spectantibus placida, que considerantes instruat ⁊ reficiat, ⁊ ꝙ ad sacra solennia deuotis animis ⁊ orationibus intendatur. ⁊ cessent confabulationes ⁊ alia que occulos possunt offendere diuine maiestatis. sicut Grego. in dicto concilio decet domum domini, attestatur
3 † nō enim solum a malo, sed ab omni spe mali precepit apostolus abstinere. de vita ⁊ honesta. clerico. cum ab omni in prima epistola ad Thessaloniceñ. v. capi.

SVMMARIVM

1 Iura quare grauius adulteros q̄ꝫ adulteras puniant.
2 Missam presbiteri concubinarij nullus audiat.

¶ Rubrica. lix. de adulteris clericis, ⁊ laicis cū manifesti sunt vel notorij, euitādis, ⁊ de adulteris puniendis. si istud. c. teneretur, satis haberet episcopus.

1 Item † cū in. xlvij. c. dicti concilij elibertani fuerit cōstitutum, ꝙ si quis fidelis habens vxorem nō semel sed sepe fuerit mechatus nō detur ei communio, ⁊ predictuꝫ concilium ⁊ alia cōsimilia, ⁊ iura tractantia de dictis adulteris laicis qui grauius puniendi sunt q̄ꝫ adultere pro eo ꝙ magis ad eos pertinet ⁊ virtute vincere ⁊ exemplo regere feminas. sicut Augu. de adulterinis coniugijs attestatur. xxij. q. vj. indignantur. ⁊. c. precedentibus ⁊ sequentibus. Videretur esse vtile ordinare, ꝙ omnes notorij, vel manifesti per euidentiam facti adulteri, ⁊ adultere tam clerici q̄ꝫ laici euitarentur in diuinis officijs, vt rubore suffusi facilius ad gremium matris ecclesie reuerterentur, maxime cum clerici de adulterio conuicti sint deponendi, ⁊ in monasterio toto vite sue tempore detrudendi, sicut ex. v. cōcilio Aurelianeñ. habetur. ⁊ sicut per Pelagium papam constitutum fuit, ⁊ in canonibus apostolorum, ⁊ in concilio Aurelianeñ. lxxxj. distinctio. si quis clericus. ⁊. c. romanus. ⁊. c. presbyter. ⁊. c. si quis episcopus. ⁊. c. si diaconus. ⁊. lxxxix. distinctio. pre
2 sbyter. † Nam etiam constitutū fuit a Nicolao papa. ⁊ ab alexandro. ij. ⁊ a Leone papa, ꝙ nullus missam audiat presbyteri quem scit concubinam habere indubitanter, vel subintroductā

mulierem.xxxij.distin.nullus.⁊.c.preter hoc.de coha. mulie.
⁊ clemen.vnam.xv.q.viij.fere per totum. De dictarum autē
mulierum adulterarum pena, multa sunt in concilijs constituta
que minime obseruantur, ⁊ ideo aliquando adulterinos partus
interimunt, ⁊ nec talibus in vnita negatur cōmunio quibus nō
esset in vita concedenda. sicut habetur in.xliij.c.dicti concilij
elibertani.⁊ in.lxviij.⁊ de dictis adulteris.j.eo.con.lxiiij.v.⁊.
ix.lxx.lxxij.de dictis autē presbyteris ⁊ diaconibus si post su-
sceptū ordinē filios genuerint hr̄ in.j.c.j.cōci. Tole.⁊ i.xvij.
c.dicti ꝯcilij ꝯtinet̄ de eo q vxorē hꝫ ꝙ nō cōicet si ꝯcubinā ha
baeat. In.vij.autē ꝯcilio Toleta. quarta disputatione statuit̄,
ꝙ epi qui cū mulieribus polluunt̄ locis suis, ordine ⁊ dignitate
priuent̄. Et in quinta disputatione dicti cōcilij de sacerdotibus
⁊ ministris statuitur illud idē. In.iiij.autem cap.concilij Va-
lentini continet̄, ꝙ si diaconi, presbyteri, vel epi mortali crimi-
ne dixerint se pollutos, ꝙ deponant̄, vel ex veteri ꝯfessione, vel
ex mendacio falsitatis, concordat.xxiiij.xxv.c.in ꝯcilio Bra-
charen̄.⁊ in.lxxvij.⁊.vj.capitulis.

SVMMARIVM

1 Pro baptismo nil solui debet.
2 Beneficia in multis locis per venalitatem obtinentur.
3 A prelatis male factum, ab alijs in exemplum trahitur.

Rubrica.lx.

1 Item †cum in.xlviij.c.dicti concilij eliber-
tani fuerit ꝯstitutū, quod illi qui bap-
tizant̄ nummos in ecclesia Dei nō ponant. sicut ha
ctenus fieri solebat, ne sacerdos quod gratis acce-
pit, pretio distrahere videatur, ⁊ dcm̄ conciliū ⁊ fere omnia iu
ra tractantia de symōia, sicut tota prima causa ⁊ tituli de symo
nia nō seruent̄, Videret̄ esse de cōpetēti remedio sup hoc pui-
2 dēdū.† Nam beneficia in multis partibus p venalitatē obti-
nent̄. Et eodem modo monachoꝝ monialium ⁊ aliarum perso
narum regularium, mariū ⁊ feminarum nisi sint de ordine pau
pertatis religiosus ingressus sumarie etiam sepulture in multis
locis venduntur. ⁊ in alijs pro baptismo, penitentia, eucharistia
⁊ alijs ecclesiasticis sacramentis pecunia ex quadam pestifera
cōsuetudine recipitur, ⁊ leuat̄, neq̄ prosunt remedia super hoc
constituta pro eo quod multi ex maioribus columnis, ⁊ prelatis
3 ecclesie in his peccant. †Et ideo quia ab his male agitur feli-
ce trahitur a subditis in exemplum, extra de baptismo ⁊ eius
effectu, maiores. Et dum incuruantur hi qui preeunt ad feren-
da onera peccatorum, facile inclinant̄ sequentes.xxxvij.dist.§.
vt itaq̄. De talibus nempe potest intelligi illud Grego. La-
queus enim iuuenum omnes vos.ij.q.vij. Paulus. ad predi-
cta facit.xx.rubrica in hac secunda parte posita de symonia ⁊
exactionibus, que in Romana curia ⁊ alibi a promotis requi-
rūtur. Ad predicta facit.xiij.q.ij.questa est nobis Nereida,
cum sequentibus.⁊.iiij.⁊.iij.c.ij.concil. Bracharen̄.

SVMMARIVM

1 Christiani cum iudeis comedere non debent.
Iudei ad dignitates seculares assumi non possunt.
2 Iudei in Christianos potestatem exercere non possunt.
3 Iudei contra Christianos testes esse non possunt.
Nec mancipia Christiana habere possunt.
4 Iudei in diebus lamentationū in publicū prodire non debent.
5 Iudei cum Christianis carnaliter commisceri non debent, ⁊
econtra.
6 Iudei a Christianis habitum distinctum habere debent.
Meretrix a matrona in qualitate vestis cognosci debet.
7 Iudei Christianorum medici esse non debent.
8 Iudei Deum blaffemantes puniri debent.
9 Christiani ad paganos arma portantes quomodo puniantur.
10 Venie facilitas delinquendi incentiuum tribuit.

Rubrica.lxi.

1 Item †cū in.l.ca.predicti concilij Eliberta-
ni fuerit constitutum, quod si quis cle-
ricus, vel alius fidelis cum iudeis cibū sumpserit a
communione pellatur, ⁊ dictum concilium ⁊ alia nō
seruentur, quoniam in multis partibus sicut in Hyspania ad di
gnitates seculares assumuntur contra.l.vltimam.C.de iudeis.
⁊ etiam ad officia ⁊ ministeria in quibus possunt clericos, ⁊ per
sonas ecclesiasticas, ⁊ ecclesias ⁊ Christianos grauare. nec in
hoc sicut deceret per prouincialia concilia prouideatur, de ac-
cusatio. sicut olim. nec per episcopos sicut fuit statutum in con
cilio Tolletano quod habetur.liiij.distin.nulla.xvij.q.iiij. con
stituit. de iudeis cum sit.⁊.c.ad liberandum. ante finem.⁊ in.
2 lxvij.lxj.lxij.iij.et.iiij.⁊.v.c.iiij. concilij Tolletani. † Dictis
etiam iudeis multi vendant redditus suos, nec ad dictos red-
ditus leuandos deputent Christianum sicut statutum est ab ec-
clesia de iudeis.in.c.ex speciali, sed tales blasphemi christi vi
potestatis exercent in homines Christianos contra concilium
generale de iudeis.in ca.cum sit.⁊.c.j.in fine. Dicti etiam iu-
dei ab assidua communione Christianorū non abstineant licet
hoc fuerit.in.iiij. Tolleta.concilio constitutū ne simplices cor
3 rumperentur ab eis.xxviij.questione.j.sepe. de iudeis adhoc.
† Dicti etiam iudei in multis partibus ad testimonium contra
Christianos, ⁊ ad actus legitimos admittuntur, a quibus eos
iura repellunt.ij.questione.vij.alicui, ⁊ de iudeis capi.iudei.
Christiana etiam mancipia habent ⁊ secum retinent, q̄q̄ ca-
nones prohibeant quod nullus iudeus baptizatum vel baptiza
ri volentem, in suo seruitio audeat retinere. vt de iudeis.c.vlti-
4 mo.in principio. †in diebus etiam lamentationum ⁊ dominice
passionis in multis partibus in publicum prodeunt. ⁊ in die pa
rasceues hostia ⁊ fenestras clausas non tenent. Quinimmo di-
ctis diebus in contumeliam fidei nostre multa illicita agunt cō-
tra iura. de iudeis. iudeos. ⁊ extra. e. in capi. nonnullis.§.in die
bus quia dicti etiam iudei in multis partibus rotam siue signa
5 non deferunt. † Et ideo frequenter iudei Christianorū ⁊ chri-
stiani iudeoꝝ mulieribus carnaliter cōmiscētur, ⁊ in fide ⁊ mo-
ribus corrumpuntur, quod est cōtra iura.xxviij.q.j.caue Chri
stiane. de iudeis in nonnullis primo respōso. vnde in dicto con
cilio elibertano.lxxviij.c.statuitur ꝙ si quis fidelis habēs vxo
6 rē cū iudea vel gētili mechatus fuerit a cōione arceat̄. † Debēt
igit̄ habitū a Christianis distinctū deferre. sicut enim habitus
nouiciorum discerni precipitur ab habitu professorum. de regu
laribus statuimus, ⁊ in qualitate vestis discerni debet meretrix
a matrona.ff.de iniur.l.prima.§.si quis virgines, ⁊ miles a pri-
uato.ff.de locatio. ⁊ condu. si ignoras, ⁊ mulier per longum
crinem.xxx.distin. si qua mulier, ⁊ clericus a laico.xxiij.distin.
his igitur.⁊.c.non liceat, de vita ⁊ honesta. clericorū. Sic etiā
7 discernere debet vbiq̄ iudeos predictos. † Predicti etiam iu
dei medicinas Christianis prebent, ⁊ inter ipsos officium medi
corum exercent, ⁊ se frequenter in eisdem eorum balneis cum
eis balneant, ⁊ cū eis comedunt contra iura.xxviij.q.j.nullus
8 ⁊.c.omnes que.c.sunt.viij.synodi ⁊ cōcilij Agathen. † In mul
tis etiam partibus per ipsos iudeos blasphematur, nec puniun
tur per dominos seculares sicut iura precipiunt, vt in dicto
capitu. in nonnullis.§.vltimo, ⁊ de blasphemijs capitu. vnico.
quinimmo dicti principes potissime in Hispania eos ducunt in
cubicularios, ⁊ in picernas, ⁊ botellarios, ⁊ totius domus eorū
administratores retinent, ⁊ cibi ⁊ potus eisdem dominis admi-
nistrantur ab eis a quibus omnibus excessibus essent tam prin-
cipes quam ipsi iudei compescendi. Potissime cum per ipsos
iudeos religiosi ad dictos principes veniētes, ⁊ clerici, ⁊ alij
Christiani frequenter dicuntur turpiter ⁊ inhoneste esse delu-
9 si. † Et idem etiam videtur prouidendum de Christianis ma-
ritimis transfretantibus, ⁊ in conuicinio sarracenorum, ⁊ aliorū
infidelium positis. nam eedem inconuenientie sequuntur que
suprascripta sunt a iudeis ⁊ a multis falsis Christianis fouētur
⁊ arma ⁊ alia vetita portant eisdem, nec seruatur lex que talia
facientes decapitari precipit, bonis omnibus publicatis.C.que
res expor. non debent.l.ij. Nec seruatur etiam concilium La-
teranen. secundum quod tales etiam sunt excommunicati ipso
iure, ⁊ sunt serui capientium, ⁊ bonorum omniū amissione mul
ctātur. de saracenis, ita quorundam, ⁊ in talium absolutione,
quando ad gremium matris ecclesie reuertuntur, non seruatur
forma debita, ⁊ a iure statuta, vt.s. qd̄ lucrati sunt ⁊ tm̄dem de
suo in subsidiū terre sancte conferant priusq̄ absolutionis be-
neficium mereantur, secundum formam concilij generalis, de
iudeis ⁊ saracenis ad liberandum terram sanctam, quia quasi
pro nihilo in romana curia ⁊ ab alijs quibus per eam concedū
tur indulgentie, absoluuntur. quod cedit in pernicem ⁊ dispen
dium terre sancte, ⁊ in confusionem ⁊ ignominiam fidei ortho-
doxe ⁊ romane ecclesie. ⁊ ex hoc fit, vt propter impunitatis au-
daciam

daciam fiant (qui nequam fuerant) nequiores, et facilitas venie incentiuum eis tribuat delinquendi. de senten. excommu. vt fame. xxiij. q. iiij. est iniusta. ff. de penis. l. j. §. famosos.

SVMMARIVM

1 Ludens ad aleas seu tabulas quomodo puniatur.
2 Ars balistariorum prohibita est.
3 Defunctus in torneamentis sepultura carere debet. Monomachia idest duellum prohibitum est.
4 Clerici ad aleas et taxillos luder n dnt, et ludetes quo puniant.
5 Ludus que mala producat.

Rubrica. lxij. De lusoribus alearum, et taxillorum, et alijs ludis prohibitis.

1 Item † cum in. lxxix. c. dicti concilij Elibertani fuerit constitutum, quod si quis fidelis ad aleas, siue tabulas luserit, quod ab eius communione abstineatur, et si abstinuerit et se emendauerit quod post annum recipere possit communionem. et predictus alearum ludus et etiam taxillorum et alij ludi prohibiti e concilijs et a romanis pontificibus et iuribus, in conspectu ecclesie et principum, et omnium fidelium, ita publice inter
2 Christianos fiant ac si eis vti licitum esset. † Et idem fiat et seruetur in sagittarijs, et balistarijs, quorum ars aduersus Christianos et catholicos sub anathemate exerceri prohibetur ab Innocen. ij. extra de sagittarijs. c. vnico, et etiam in torneatoribus, quorum ars in concilio Lateranensi, et ab Innocentio et Eugenio papa propter animaruz pericula phibet,
3 † et precipitur quod si quis in dictis torneamentis mortuus fuerit ecclesiastica careat sepultura, vt de torneamentis capi. j. et idem etiam fiat in duellatoribus quorum monomachia ex decreto Nicolai pape est probibita. ij. questioe. v. monomachia. et etiam a lege secnlari. C. de gladiatoribus. l. vnica. videret qd esset super his et super consimilibus prouidendum propter animarum periculum, et ne ecclesia videretur talia que ad peccandum incitatiua sunt, et peccatorum occasio tolerare. de episcopis autem presbiteris et diaconibus alee ludo et ebrietati deseruientibus continetur in canonibus apostolorum quod punian-
4 tur trigesimaquinta distinctio. episcopus, † et in concilio generali prohibetur, quod clerici ad aleas et taxillos non ludant nec huiusmodi ludis intersint, de vita et honestate clericorum capitu. clerici. ij. ne clerici vel monaci capi. primo. et clericus publicus aleator a promotione repellitur de excessibus prela-
5 torum. inter dilectos. † et facit in aucten. de sanctissimis episcopis. §. interdicimus. vbi precipitur quod triennio tales a suo ministerio arceantur, huiusmodi enim ludus videtur infamare. Nam ex eo sequitur Ecclesie spretus, vsuraqz siue rapina, scandala vel nuge, blasphemia seu faciedi furti doctrina, violentia, crimina falsi et mortis causa, deceptio, pditioqz tpis et dsiderii corruptio iunges. Istis predictis adulatio vitaqz turpis. Sicut prosequitur Hostien. in summa de excel. prela. §. j. ver. notan.

SVMMARIVM

1 Vxores sine licetia maritoz literas recipere nec mitter debet.
2 Monachi absqz licentia Abbatis literas recipere non debet.

Rubrica. lxiij. ne femine coniugate absqz maritorum nominibus litteras mittere vel recipere audeant.

1 Item † cum in vltimo capi. dicti concilij elibertani fuerit constitutum, qp femine coniugate fideles absqz maritoruz nominibus et sciētia, literas recipere non audeant, nec etiam destinare, et hoc propter mala que ex talibus hactenus euenerunt.
2 fuerit constitutum, et modernis temporibus non seruetur. † Sicut nec de monachis de quibus etiam scribitur, qp absqz licentia Abbatis literas non recipiant. xij. q. j. non dicatis videretur laycis forsitan vtile dicta iura renouari, cum propter contrarium vsum ludibrio videantur.

SVMMARIVM

1 Clerici in die Dominico causas audire non debent.
2 In diebus festiuis populus non debet se exercere in ludis turpibus.

Rubrica. lxiiij. vt in dominicis et alijs festiuis diebus causaruz strepitus conquiescant, ac nundine et opera illicita et etiā rusticana.

1 Item † cum in. iiij. capitu. concilij Terraconen. fuerit constitutū, quod nullus episcoporum, aut presbiterorum vel clericoruz die Dominico propositum cuiuscunqz cause negotium audeat iudicare, nisi vt Deo tantum statuta solennia peragantur et istud, vt dominicis et festiuis diebus cessetur a iudicialibus, et etiaz ab omni illicito opere, et a nundinis, et mercatis, sitqz alijs concilijs et iuribus consonum, et propter sanctorum venerationem, et animarum pericula, que inde insurgunt, et ob Dei reuerentiam fuerit introductum, et solennes fieri appellantur, vt extra de ferijs capi. j. et vlti. et in alijs. c. eiusdem concil. C. de ferijs. l. omnes. et l. dies. et predicta iura et consimilia non seruentur, potissime in regno Francie, et in alijs, in quibus regnis diebus Dominicis et festiuis placitatur. nundine et mercata fiunt, et alia opera rusticana et illicita, videretur esse super hoc prouidendum, cum plura mala in dictis dominicis et festiuis diebus
2 quam in alijs committantur † et frequenter se populi exerceant in ludis turpibus et in amatorijs, et plausibus, et cantilenis, quod prohibetur in quarto concilio Toletano, de conse. distinctio. iij. capitu. primo. quinetiaz dictis diebus, et quadragesimalibus non deberent ipsi fideles se ab ecclesijs absentare, nec in cubiculorum latibulis habitare, sicut habetur in secundo capitulo concilij Cesaraugustani.

SVMMARIVM

1 Clericus omnibus diebus matutinas, et vesperas celebrare debet.

Rubrica. lxv. de clericis in eodem loco degentibus, vt saltem die sabbati in vesperis, et die Dominica subsequenti in simul conueniant ad diuina.

1 Item † cum in. vij. c. predicti concilij Terraconen. fuerit constitutum, vt totus clerus eiusdem parochie omnibus diebus matutinas, et vesperas simul celebret, et quod die sabbati specialiter conueniant, et in diebus Dominicis cum in omniuz presentia solennia celebrentur. Et dictum concilium sit alijs cōforme et iuribus consonum. sicut habetur. xcj. distinctio. quasi per totum, videretur vtile predictum concilium obseruari. Nā in quinto capi. j. concilij Toletani statutum est qp si cuiuslibet ordinis clericus tardius ad ecclesiam venerit deponatur, et in. lxiij. c. tertij concilij Bracharen. continetur quod ad matutinum et vespertinuz officium conueniant. et in. lxiiij. quod diebus Dominicis ab ecclesijs non se absentet. et in. lxv. quod ante horam tertie non prandeant. et in. lxvj. quod cum habitu decenti incedant.

SVMMARIVM

1 Episcopi singulis annis ecclesias visitare debent.
2 Episcopi in visitatione ecclesias grauare non debent.
3 Episcopi iura et priuilegia ecclesie subuertere non debent.

Rubrica. lxvj. de episcopis, vt annis singulis visitent dioceses suas, et qp idem faciant illi quibus competit visitare, et ne in absentia pcurationes quomodolibet recipere nō possint.

1 Item † cum in. viij. capitu. dicti cōcilij Terraconen. posito decima questio. prima decreuimus, fuerit constitutum quod episcopi singulis annis ecclesias suas visitent diocesanas. et idem fuerit in alijs concilijs et iuribus constitutum, sicut in. iiij. concil. Toleta. eadem questione episcopum, quinimmo episcopi, archidiaconi, prepositi, et alij quibus officium visitandi incūbit, et hoc communiter non seruetur, sed predicti a sede apostolica et alijs vijs, procurationes quas visitando recipere non deberent, sibi ministrari procurent, que duplex infamia negligen-

tie ⁊ auaritie sanctis patribus magno hactenus fuit horrori, ex
quo statuerunt ne quis deinceps tale cupiditatis ingenium ex-
erceret, vt ex hoc sollicitiores fierent de suis gregibus visitan-
dis, Prouidentes vt quando essent languore detenti, aut alijs
occupationibus implicati, loco sui viros aliquos probabiles de
stinarent, sicut statutum fuit in. iiij. concilio Toletano decima
questione prima. relata. ⁊ capitulo episcopum. xlij. distinctio.
non oportet. Primo videretur vtile ⁊ proficuum ecclesijs, ꝙ
Romana ecclesia nullatenus indulgeret huiusmodi procura-
tiones in absentia recipi. ⁊ ꝙ constitutiones Grego. x. ⁊ Bo-
nifacij. de censibus ⁊ procuratoribus exigit. ⁊. c. felicis. ⁊ alia
iura. super eo. ti. ⁊ in alijs edita seruarentur. vnde in. xxj. c. iij.
concilij Toletani fuit constitutū vt episcopus angarias vel in-
dictiones in diocesibus non ponat, quod capitu. ponitur deci-
ma questione tertia, quia cognouimus, vt in precedenti capitu.
dicitur quod ecclesia cum eius dote in episcopi potestate con-
sistat, decima questione prima capitu. ij. ⁊. iij. in. xxxvj. capitu.
quarti concilij Tolletani precipitur quod episcopi per singu-
2 los annos visitent dioceses ⁊ parochias suas. † In secundo au
tem concilio Bracharen. capitulo primo ⁊ tertio, quod poni-
tur decima questione prima, placuit dicitur quod episcopi visi-
tantes ecclesias grauare non debent, sed debent inquirere qua
liter rectores ⁊ ministri diuina peragant, ⁊ eos instruere in pre-
dictis quod ecclesia est immunis ⁊ libera a predictis, nisi probe
tur esse serua. nec videtur quod ad illam seruitutem possit indi
ci per dominum papam. qui in contrariū dicitur aliqua priuile
3 gia aliquibus regibus concessisse, † quia hec sunt priuilegia ec
clesie generalia fauorabilia generaliter concessa ⁊ perpetua cō
firmata que sine ecclesie deformitate tolli non possunt. xxv. que
stione prima fere per totum, ⁊ eadem causa. q. ij. c. ij. ⁊. iij. ⁊. c.
ecclesie, ⁊ sequentibus, ⁊ preceden. vnde vno verbo non vide-
tur, quod ipse, qui iura tuetur tanta ⁊ tam generalia ⁊ fauorabi
lia iura ⁊ priuilegia subuertere possit, vt. C. de inoffi. testamen.
si quando. ⁊ de elect. ecclesia §. deniqꝫ. ⁊ de hoc fuit tactum ali
qualiter supra in. ij. et. iij. rub. huius secunde partis.

SVMMARIVM

1 Ecclesie quilibet rem suam relinquere potest.
Donatio facta ecclesie insinuatione non indiget.
2 Constitutio contra ecclesiam non valet.
3 In ecclesia placita secularia fieri non debent.
4 Hospitium seu albergum a monasterijs peti non debet.
5 Bona clerici homicide per ecclesiam confiscari debent.

Rubrica De immunitate ecclesiarum.

1 Item † nec illa immunitas pretermitten-
da est, secundum quam quilibet po-
test regulariter rem suam ecclesijs relinquere, ⁊ q̄d
etiam extra manum suam ponere non est cogendus
contra quam multi principes ⁊ tyranni diuersas machinatio-
nes ingerunt. Unde contra eos multa hactenus prodiderunt
remedia ⁊ nouissime per dominum Alexandrum de immuni-
tate ecclesiarum. quia nonnulli, ⁊ per dominum Bonifacium
in capitu. clericis, que remedia non proficiunt. Cōtra tales in-
uehit concilium generale de rebus ecclesie non alienandis. cū
laicis, ibi non solum de alienatione feudorū ⁊ aliarum possessio
num ecclesiasticarum ⁊ vsurpatione iurisdictionum. sed etiam
de mortuarijs ⁊ pro anima relictis de quibus aliqui statuerunt
quod ecclesia infra annum ⁊ diem distrahat alias auctoritate
propria relicta occupabunt contra legem. C. de sacrosan. eccle.
generali. ⁊. l. iubemus. vbi dicit, quod cuilibet licet res patri-
moniales, vel partem, sine causa mortis, vel iure institutionis,
vel quocunqꝫ alio modo relinquere ecclesie, vel inter viuos do
nare, nec est necesse, quod talis donatio insinuetur. C. de sa-
crosanctis ecclesijs. l. illud. nam in donationibus, que fiunt ec-
clesijs, optima mensura est immnesitas. in auctentica de non
alienan. aut permutan. reb. eccle. §. finimus. collatione secun-
da. Adeo quod si quis de curiali fortuna reliquerit tales dona
tiones ecclesie lucratiuis inscriptionibus libere sunt, ⁊ immu-
nes. Cur enim non facimus discrimen inter res diuinas ⁊ hu-
manas. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. sancimus, la secunda. Et
hec etiam futurum tempus respiciunt in auctentico de eccle-
2 siasticis titulis. §. ad hec sancimus. ⁊. §. sequenti. † Si que vero
⁊ si qua constitutio in contrarium promulgetur irritanda est. C.
de sacrosanctis ecclesijs. decernimus. C. de episcopis ⁊ clericis
omnia priuilegia. hoc enim ius quod etiam relinquatur maxi-
me in vltimis voluntatibus valde fauorabile est, tum fauore vl-
time voluntatis. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. prima. tum fauo-
re anime decimatertia questione secunda, anime defunctorum
C. de sacrosanctis ecclesijs. sancimus, tum fauore ecclesie, que
etiam habetur loco filiorum in auctenctica de sanctissimis epi-
scopis. §. sed ⁊ hoc presenti. extra de probatio. in presentia. §. pe
nultimo. in aucten. de eccle. titu. si quis in nomine magni Dei,
collatione nona. Nulla igitur constitutione contrarium statui
potest, cum sine periculo anime seruari non possit. de consuetu.
capitulo finali. ⁊ de prescriptio. capitulo finali. hic igitur tri-
plex funiculus rumpitur difficulter. de tregua ⁊ pace capi. fin.
3 ¶ † Item vsurpatur iurisdictio ecclesiastica, ⁊ violatur immu-
nitas ⁊ libertas eclesie a dictis dominis temporalibus, quod in
tra ecclesias, ⁊ monasteria, claustra, ⁊ cimiteria, sedes, ⁊ placi-
ta secularia tenent, ⁊ processus suos faciunt in eisdem, nec pro-
sunt contra hoc antiqua remedia neqꝫ noua, de immunitate ec-
clesiarum capitu. primo. ⁊ capitu. cum ecclesiarum. ⁊ capitu.
decet. de electionibus, quod sicut. de appellation. qua fronte
secunda questione secunda. §. vltimo.
4 ¶ † Item quia ab ecclesijs ⁊ monasterijs ⁊ personis ecclesiasti
cis halbergum ⁊ hospititum violenter preter ⁊ pro se ⁊ suis ne-
cessaria exigere quasi ex debito non veretur, quinimmo quan-
to maiores in hoc potius peccare videntur, nec in hoc prosunt
iam constituta remedia de immuni. ecclesiarū capitulo primo.
xlij. distinctio. quiescamus. C. de episcopis ⁊ clericis. l. prima. in
concilio generali. de rebus eccle. non alienan. hoc ꝯsultissimo.
¶ Item violant immunitatem ecclesiasticam. xl. passim ma-
ioribus ecclesijs ⁊ minoribus. xxx. concessum. xvij. q. iiij. sicut
antiquitus. ⁊ capi. frater, ⁊. c. miror.
5 ¶ † Item si aliqua persona ecclesiastica possidens imobilia p̄
homicidio, vel ceteris criminibus, ex quibus bonorū sequitur
confiscatio, puniantur, nō permittunt huiusmodi immobilia di
stringi per ecclesiam, nec etiam confiscari, quod est contra ec-
clesiasticam libertatem, ⁊ etiam contra iura, cū bona personas
amplexentur eamqꝫ concomitentur. ⁊ non contra. de clericis
coniuga. quod a te de renunciatio. ex transmissa. decimasepti-
ma questione quarta capitu. vlti. ff. de colleg. illici. l. prima in fi
ne. decimasexta questio. sexta. de lapsis. ⁊ capitu. cognouimus
⁊ capitulo illud. ⁊ capitu. episcopo.
6 ¶ † Item priuilegia ecclesiarum ⁊ compositiones cum eis vel
eorum procuratoribus factas non seruant, sed semper ecclesia-
sticas personas ⁊ ecclesias ac monasteria pro predictis mole-
stant, contra illud quod Gelasius Papa statuit. xvj. q. iij. pla
cuit. dicens placuit huic sancte ⁊ Magne synodo vt res vel pri
uilegia que Dei ecclesijs ex longa consuetudine pertinent, siue
ab diuine recordationis imperatoribus, siue ab alijs Dei culto
ribus in scriptis donata ⁊ ab eis p̄ annos triginta possessa sunt,
nequaquam a potestate presulum eorum quecunqꝫ persona se-
cularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quelibet
auferat. Sed sint omnia in potestate ⁊ iussu presulis ecclesie
quecūqꝫ intra triginta annorum spatia ab ecclesijs possessa fuis
se noscuntur. Quisquis ergo secularium vel clericorum contra
presentem diffinitionem egerit tanquam sacrilegus iudicetur ⁊
donec se correxerit ⁊ ecclesie priuilegia propria seu res restitue
rit anathema sit, Regi etiam Frācie videtur imponi necessitas
ꝙ talia non presumat vt habetur ex libro capitulorum Caroli ⁊
Ludouici imperatoris. xvj. q. j. quia iuxta.
¶ Item pro voluntatibus eorundem ⁊ absqꝫ causis rationabi-
libus ponunt dicti domini temporales manum suam ⁊ seuien-
tes in bonis ecclesiarum ⁊ monasteriorum ⁊ quarumcunqꝫ ec-
clesiasticarum personarum etiam frequenter in casibus in qui-
bus non apponerent in bonis secularium personarum, ⁊ tam
diu dictam manum ⁊ seuientes in dictis bonis tenent quousqꝫ
dicte persone ecclesiastice se erga eos redimant.

SVMMARIVM

1 Clerici pro iudicijs munera accipere non debent.
Iudices iustum iudicium vendere, nec per sordes iudicare
debent.
2 Iudicis oculi muneribus excecantur.
Sententie venales nulle sunt.
3 Pauper non habens quid offerat audiri contemnitur.

¶ Rubrica.

C Rubrica.lxvij. De muneribus pro iudicijs iurisdictionibus ⁊ officijs non recipiendis, ⁊ emolumentis iurisdictionũ nõ vendendis, ⁊ quod ecclesia nihil recipiat ab vsurarijs ⁊ iudeis, nec de bonis eorum, nec aliorum qui cum notorio peccato ea acquirunt. Sed distribuat pauperibus vel restituat quibus debet.

1 Item † cum in hoc decimo capitulo dicti cõcilij Tarraconensi, fuerit constitutum ne qui clericorum pro impensis, patrocinijs, ⁊ iudicijs munera recipiant, ⁊ idem sit in alijs concilijs ⁊ iuribus constitutum, ne iudices etiam iudicium iustum vendãt neqꝫ per sortes iudicent vndecima questione tertia, nõ licet iudici. extra de senten. ⁊ re iudica. cum eterni. libro sexto. ⁊ contra predicta iura ⁊ cõsimilia hodie quasi indistincte a ministris iustitie maximis mediocribus ⁊ minimis munera recipiantur, ⁊ exitus ⁊ prouentus iurisdictionum vendantur contra prouisionem conciliorum Lateraneñ. ⁊ Turoneñ. ne prelati vices suas
2 sub annuo censu concedant capitulo primo ⁊ secundo, † ex hoc humanum iudicium peruertitur, ⁊ iudicantium oculi muneribus excecãtur. Sicut Gregorius. ait vndecima questione tertia, quatuor modis, ⁊ secundum legem canonizataꝫ venales sententie que in mercede a corruptis iudicibus proferũtur, etiam citra interposite prouocationis auxilium infirmas esse decernuntur. vt. l. venales. C. quando prouoca. non est necessa. secunda questione sexta ei qui appellat, versiculo venales. videretur in vtroqꝫ statu ecclesiastico ⁊ seculari esse super hoc prouiden
3 dum. † Nam vt ait ysidorus pauper dum non habet quid offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, cito namqꝫ violatur auro iustitia, nullãqꝫ reus pertimescit culpam quam redimere nummis existimat vndecima questione tertia pauper. Videretur insuper prouidendũ ⁊ ordinandum quod ecclesia nihil reciperet ab vsurarijs ⁊ iudeis, nec de bonis eorum qui cum notorio peccato ea acquirunt, sed distribuat pauperibus, ⁊ distribuat quibus debet.

SVMMARIVM

1 Consuetudo metropolitane ecclesie in celebrandis officijs seruari debet.
2 Regulas magisterij quis sibi assumat, vbi honoris cõsecrationẽ recipit.
3 Officijs diuinis in expertos mancipari difficile est.
4 Officij diuersitas iordinata mores ab ecclesia Christi depulit.
5 Ordo vnus ⁊ idem psallendi in matutinis ⁊ diuinis officijs teneri debet.

C Rubrica.lxviij. De officio ecclesiastico vniformiter in vnaquaqꝫ prouincia ⁊ etiam in quolibet regno dicendo.

1 Item † cum in primo capitulo concilij Gerundeñ. fuerit constitutum quod sicut in metropolitana ecclesia officium agitur, ita in tota prouincia tam ipsius misse ordo, quam psallendi vel ministrandi cõsuetudo seruatur, ⁊ hoc idem constitutũ fuerit in vndecimo concilio Toletano capitu. tertio. xij. distinctio. de his ne aliqua diuersitate cuiuscunqꝫ ordinis vel officij a metro
2 politana sede disiungantᷓ. † Cum iustum sit, vt vnusquisqꝫ inde assumat regulas magisterij vnde honoris consecrationem suscepit, vt iuxta decreta maiorum, sedesque vniuscuiusqꝫ sacerdotalis dignitatis mater est sit eccelsiastice magistra rationis. Et hoc idem precipitur ab abbatibus obseruari, vt iuxta voluntatem sui episcopi regulariter viuentibus, vesperas, matutinum, ⁊ missam aliter quam sit in metropolitana ecclesia, celebrare nõ liceat, ⁊ si quis contrarium fecerit, quod sex mensibus communione priuatus apud metropolitanum sub pecunie cẽsura maneat corrigendus, ⁊ supradicta concilia rationabiliter constituta non seruentur, ⁊ ex hoc diuerse locorum cõsuetudines diuersimode varientur nec inueniri possint cause quas in eis constituendis ab initio habuerunt. Videretur secundum quod Augustinus scribit ad inquisitores iannuarij quod haberẽt omnia predicta resecari duodecima distinctione omnia. Nam multe tragedie ⁊ moteti ⁊ alia ex quibus auditores non edificantur, non ad deuotionem sed potius ad contrarium excitant, quod est directe contra illud per quod est officium institutum. Sicut ysodorus in septimo libro Ethimologiarum duodecimo capi. attestatur vigesimaprima distinctione. cleros ⁊ clericos. xcij. distinctione cantantes. Ex predicta etiam diuersitate sequitur magna incomoditas ecclesiasticis personis, quia cum longissimis temporibus laborauerint ad sciendum officiũ vnius ecclesie vel dioce. translati ad aliam quasi officij reperiuntur ignari.
3 † Difficile namqꝫ est in expertos diuinis officijs mãcipari decimanona questionione tertia monasterijs. vnde ex predicta diuersitate perdunt multi pauperes clerici ⁊ presbyteri victum suum, ⁊ multi prelati conuenientes ⁊ idoneos non inueniunt in diuino officio seruitores ⁊ in secundo capitulo quarti conci
4 lij Toletani continetur, † quod nulla pene pestis magis discipline mores ab ecclesia Christi depulit quam inordinata diuersitas officij, que apud carnales scismatis errorem videtur ostendere, ⁊ multis est materia scandalorum, vnde qui in vna fide ⁊
5 in vno regno morantur vnum officium dicere precipiuntᷓ. † Idẽ statuitur in concilio Bracharen. vbi dicitur quod vnus ac idẽ psallendi ordo in matutinis ⁊ diuinis officijs teneatur, ⁊ non diuerse ac priuate neqꝫ monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica regula sint permixte. ⁊ qꝫ omnes in solẽnitatibus easdẽ lectiones legant ⁊ quod misse eodem ordine celebrentur quod capi. ponitur. xij. distinctione placuit.

SVMMARIVM

1 Mulieres a virorum cetibus separari debent.
2 Mulierum concupiscentia etiam aspectu appetitur.
3 Mulieres coma ⁊ habitu a viris discerni debent.

C Rubrica.lxix. Ut mulieres a virorum cetibus, ⁊ a ludis, ⁊ inhonestis tactibus retrahantur, ⁊ vt coma ⁊ habitu discernantur a viris.

1 Item † cum in primo capitulo concilij Cesaraugusti. fuerit constitutum quod omnes mulieres fideles a virorum alienorũ lectione ⁊ cetibus separentur, ne ad ipsas pretextu docendi vel discendi quicquam accedant, ⁊ dictũ concilium ⁊ multa similia non seruentᷓ ⁊ multe familiaritates ⁊ confabulationes illicite contrahantur, quia tam in ecclesijs quaꝫ extra ecclesias viri ⁊ mulieres extranee ab eorum parentela, in diuersis ludis se exercitant, ⁊ tactibus appetitibus ⁊ appllausibus mutuo ad concupiscentiam inflammantur. Etenim ait Augusti. de fide
2 Christiana. † Nec solo tactu ⁊ affectu sed aspectu quoqꝫ appetitur ⁊ appetit concupiscentia feminarum. Ne dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nũcius, ⁊ cum se sibi inuicẽ etiam ⁊ tacente lingua conspectu mutuo corda nunciant impudica, ⁊ secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantᷓ ardor, vnde etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus trigesimasecunda questione quinta, nec solo. ⁊. c. qui viderit, videretur fructuosum animabus quod eo ingenio quo decentius fieri posset, traherentur dicte mulieres a consortio virorum extraneorum, ⁊ a ludis etiam
3 supradictis. † Et insuper secundum doctrinam Apostoli ad Corin. coma ⁊ habitu discernerentur a viris, vnde in Gangrẽ. concilio statuitur quod quecunqꝫ mulier religioni diiudicãs cõuenire, comam sibi amputauerit quam Deus ad velamen eius ⁊ ad memoriam subiectionis illi dedit tanquam resoluens ius subiectionis, anathema sit trigesima distinctione quecũqꝫ trigesimatertia questione quinta, mulier debet de consecratione distinctione quinta. fucare, quod est mulierum prouincialium.

SVMMARIVM

1 Clericum expolians quomodo puniatur.
2 Ecclesia oppressis auxilium suum impartire debet.
3 Romipetas ⁊ peregrinos capiens quomodo puniatur.
4 Peregrinos depredans quomodo puniatur.
Pacem frangens quomodo puniatur.
5 Ecclesiarum vastatores ⁊ incendiarij quomodo puniantur.
6 Episcopũ capiens vel percutiens quomodo puniatur.
7 Jurisdictio ecclesie turbatur, quãdo eius rusticis talea ab alijs imponitur.
8 Cause penitentium iudici ecclesiastico spectant.
9 Cause pupillorum ⁊ miserabilium personarum ad iudicem ecclesiasticum quomodo puniatur.
10 Idem in causis peregrinorum ⁊ mercatorum.

11 Clerici contra laicos literas in curia Romana impetrant.
12 Cognitio de peccato ad ecclesiam pertinet.
13 Ecclesia de feudo regni vel imperij cognoscit, quando regnum vel imperium vacat.
14 Uidua spoliata potest spoliatorem coram ecclesiam trahere. Dubium inter iudices seculares per iudices ecclesie deciditur.
15 Consuetudo in delictis iurisdictionem dat.
16 Cause omnes tam clericorum quam laicorum olim ad sacerdotes deferebantur.
17 Pacis effractores ab ecclesia iudicantur.
18 Dos ⁊ donatio inter virum ⁊ vxorem ratione connexitatis ad iudicium ecclesie spectat.
19 Iudices seculares quando vt suspecti recusantur ad episcopuz recursus habetur.
20 Clerici per censuram ecclesiasticam debitum secularibus soluere compelluntur.
21 Mulieres per iudicem ecclesiasticum compellunt̄ seruare pactum iuratum circa alienationes dotium suarum.
22 Clerici collectari non debent a secularibus. Clerici sportulas soluere cogi non debent.
23 Pretores libertatibus fauent.
24 Delicta clericorum vel etiam laicorum existentium in seruitio personarum ecclesiasticarum a quibus puniantur.
25 Prescriptio .xl. anno. contra ecclesiam currit.
26 Decimas laici possidere non possunt nec prescriptio eos iuuat.
27 Domini temporales beneficia ecclesiastica ɔferre nō possunt.
28 Statuta principum ecclesijs onerosa eas non ligant.
29 Principes seculares nō possunt ingerere vacātibus ecclesijs vt personas gratas habeant.
30 Ab episcopis ad archiepiscopos appellatur.
31 Ecclesie per principes incastellari non debent.
32 Episcopi in causa ciuili nec criminali a laicis principibus iudicari non debent.
33 Clerici aduersus laicum testificari non debent.
34 Res episcoporum ⁊ clericorum morientium successori reseruantur.
35 Episcopus habet iurisdictionem in laicos ementes bona infra territoria ei subiecta.
36 Principes seculares in monasterijs nec in domibus episcoporum suam mansionem colligere non debent.
37 Domini temporales suis stipendijs contenti esse debent.

¶ Rubrica .lxx. De regibus ⁊ principibus iurisdōnez diuersimode ecclesiasticā pturbātibus, ⁊ vsurpantibus de alijs potentibus alios expoliātibus, personas eccl'iasticas paupes ⁊ peregrinos opprimentibus, ⁊ illis qui ad limina apostolorum Petri ⁊ Pauli vel ad alia oratoria accedunt sua auferentibus excommunicandis, ⁊ per ecclesiam cōpescēdis.

1 Item † cum in vndecimo capitulo primi cōcilij Toletani fuerit constitutum, qđ si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem aut religiosum expoliauerit, ⁊ mandauerit eum ad se venire episcopus vt audiatur ⁊ contempserit, inuicez mox scripta percurrant per omnes prouincie episcopos ⁊ quoscunqꝫ adire potuerint vt excommunicatus habeatur ipse, donec obediat ⁊ reddat aliena. ⁊ dictum capitulum posituz est in decretis. vigesimaquarta qōne tertia, si quis de potentibus.
2 ¶ † Uerumetiam quibuslibet oppressis ecclesia teneatur contra improborum violentias protectionis, ⁊ defensionis auxiliū impartiri vt .lxxxvij. distinctione quasi per totum ⁊ in trigesimo secundo capitulo quarti concilij Toletani, ⁊ trigesimooctauo capitulo eiusdem concilij, ⁊ dicta iura non seruentur, nec etiam consimilia ad ecclesiasticam iurisdictionem, ⁊ communem vtilitatem pertinentia, sicut est illud Capi. calixiti pape vigesima quarta questione tertia.
3 ¶ † Si quis romipetas ⁊ peregrinos ⁊ apostolorum limina, ⁊ aliorum sanctorum oratoria visitantes, capere seu rebus quas ferunt spoliare, ⁊ mercatores nouis teloneorum ⁊ pedagiorũ exactionibus molestare temptauerit, donec satisfecerit communione careat Christiana.
4 ¶ † Et illud capitu. Nicolai pape eadem questione illi qui peregrinos vel oratores cuiuscūqꝫ sancti, siue clericos, siue monachos, vel feminas, aut inermes pauperes depredati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obuiauerint, anathematis vinculo feriantur, nisi digne emendauerint. Pax vero illa quam treugam Dei dicimus, fideliter obseruetur sicut ab archiepiscopis ⁊ episcopis vniuscuiusqꝫ prouincie constituta est. Qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur, ⁊ illud ex dictis Gregorij secundi Pape eadem questione, quisquis per dolum manum suam mittit in Christum, idest episcopum vel presbyterum, quia sacrilegium graue committit.
5 ¶ † Et si quis ecclesiam Dei vastat, aut impugnat, aut incendit, quia ⁊ hoc grauissimum sacrilegium est placuit sancte Sinodo, vt in primis omnia bona eius proscriptione publicētur, deinde in vno loco, idest monasterio inclusus peniteat omnibus diebus vite sue.
¶ Et illud Urbani pape, eadem questione paternarum traditionum exemplis commoniti, pastoralis officij debitum persoluentes, ecclesias cum bonis suis tam personis quam possessionibus clericos videlicet ac monachos, eorumqꝫ conuersos, vel commissos, oratores quoqꝫ cum suis nihilominus rebus quas fuerunt tutos ⁊ sine molestia esse statuimus. Si qui autem contra hoc facere presumpserit ⁊ postquam facinus suum recognouerit infra triginta dierum spatium competenter non emendauerit a liminibus ecclesie arceat̄, ⁊ anathematis gladio feriat̄.
6 ¶ † Et illud Alexandri secundi Pape decimaseptima questione quarta. Si quis deinceps priorum aut cuiuscunqꝫ dignitatis, vel cuiuscunqꝫ ordinis laicorum episcoporum comprehenderit vel percusserit, aut aliqua vi a propria sede expulerit, nisi forte iudicatum canonice auctores vel cooperatores tanti sceleris anathematizentur ⁊ bona eorum ecclesie ipsius iuri perpetuo tradantur. Si vero in presbyterum vel in quemcunqꝫ inferiorum graduum clericum hec eadem presumpserit, canonice penitentie atqꝫ depositioni subiacebit. Si contumax fuerit excommunicetur. Uideretur super obseruantia predictorū ⁊ aliorum ad ecclesiasticam iurisdictionem pertinentium fore de cōpetenti remedio ecclesie prouidendum. Nam quasi per quandam aluuionem frustatim domini temporales ad se omnia trahunt. Et sicut frustatim lupus agnum comedit, ita ⁊ per ipsos iurisdictio ecclesiastica frustatim, quodammodo deuoratur, quidquid ad ecclesiasticam iurisdictionem potissime quod ad temporalia pertinet sibi competere putantes. Et pauci sunt casus ad ecclesiam pertinentes, in quibus directe vel indirecte per eos ecclesiastica iurisdictio non turbetur in diuersis mūdi partibus, nec iam constituta remedia proficere possunt sicut experientia docet.
7 ¶ † Turbat̄ enim per eosdez ecclesiastica iurisdictio in causis seruoꝝ, ⁊ rusticoꝝ ecclesiasticorū, quos talliant ⁊ iustitiant tanqꝫ suos contra illa iura .lxxxix. distinctione indicatuz, duodecima questione secunda, ecclesiarum seruos. de foro compe. nullus.
8 ¶ † Item in causis penitentium, qui in causis suis quas negligere forte non debent, melius ecclesiasticum quam forēn. expetunt iudicium, etiam si sint rei, secundum glo. vndecima questione prima. aliud. de penitentia distinctione prima, aliud.
9 ¶ † Item in causis libertorum ⁊ pupillorum viduarum ⁊ debilium personarum que pertinent ad ecclesiam quantum ad possessorium indiffinite. de foro competent. ex parte. Et quantum ad defensionem, ⁊ tuitionem ne a potentibus opprimantur. de censibus licet. ⁊ in preallegato capitu. si quis de potentioribus vigesimaquarta questione tertia ⁊ capitu. sequen. ⁊ etiam quantum ad petitorium in defectum dominorum temporalium de foro competenti. ex tenore.
10 ¶ † Item in causis peregrinorum ⁊ mercatorum, agricultorũ ⁊ in mari nauigantium, qui pace ⁊ securitate gaudere debent, vt de treuga, ⁊ pace. innouamus. de peregri. capitu. vnico, ⁊ de raptori. excommunicationi. ⁊ in preallegato capitulo si quis romipetas. ⁊ capitulo paternarum vigesimaquarta qō. tertia.
¶ Item cum agitur de feudis ecclesie vsurpant sibi iurisdictionem contra illud de foro competenti. verum.
11 ¶ † Item impediunt ne in curia Romana clerici contra laycos impetrent sicut cōsueuerunt hactenus facere indistincte, vt de iudi. capitu. vltimo. Et etiam quando laycus contra laycum impetrat contra decretalem illaz grauem. de sententia excommunica. ⁊ de arbitrio innotuit. etiam si id super quo laycus contra clericum impetrat sit tale quod pertineat ad forum ecclesiasticum ratione rerum vel personarum. de verborum significatio. nouimus. §. fina. Et hoc frequenter accidit cum impetrant contra laycos, vel eos cōueniunt in crimine sacrilegij, vel vsurarum, vel heresis, vel excommunicationis, vel periurij, vel adulterij, vel fornicationis, vel in causa natiuitatis, vel iurispatronatus

patronatus, vel decimarum, vel rapinarum, de quibus nullum est dubium quin pertineant ad ecclesiasticum forum, sicut patet de crimine sacrilegij vel quasi, de foro competen. cum sit. ⁊ capitu. conquestus. de crimine vsurarum, de vsuris, quoniam. de crimine heresis, de hereti. ad abolendam. ⁊. c. excommunicamus, de crimine symonie, de symonia per totum, de crimine excommunicationis, secunda questione prima. mihi. xxiiij. q. tertia. corripiantur. de crimine periurij, de iudi. nouit. §. vltimo de foro competen. cum si laycus libro sexto de crimine adulterij, de officio ordina. capitu. primo. de procurato. tue. de crimine fornicationis. de vita ⁊ honestate clericorum. vt clericorum. de causa natiuitatis, qui filij sunt legiti. causam. ⁊ capitulo lator. de ordi. cognitio. tuam de causa iuris patronatus, de iudi. quāto de causa decimarum, de decimis tua. ⁊ capi. sequenti. de causa rapine, de raptoribus capitulo primo.

22 ¶ † Item impediunt quando ecclesia vult cogere aliquem ad satisfaciendum de peccato in quo est, licet cognitio pertineat ad ecclesiam. de iudi. nouit. primo responso.

23 ¶ † Item impediunt ne adeatur ecclesia in eorum defectū vel quando vacat imperium vel regnum ne cognoscat ecclesia de feudo, vt de foro competen. licet. de electio. cum inter vniuersas in fine, non permittentes quod suppleat defectum eorum cōtra de officio ordi. pastoralis. §. vltimo nec negligentiam eorum contra illud de foro cōpeten. ex transmissa. ⁊. c. verum. ⁊. c. licet. ⁊. c. ex tenore. de officio delega. significantibus. ⁊. c. prouidentiam. §. penulti. ⁊ vlti. de officio ordina. significauit.

24 ¶ † Item impediunt ne vidua spoliata ad restitutionem agēs trahat spoliatorem coram ecclesia q̄q̄ persone ⁊ cause in hoc simul concurrant contra illud. de foro compe. ex parte.

¶ Itē impediunt si quid ambiguū inter iudices seculares oriatur, ne ad ecclesiasticos iudices recurratur contra illud qui fil. sunt legit. per venerabilem. §. licet.

25 ¶ † Item impediunt ne ecclesie ⁊ curia officialium episcoporum cognoscant vbi consuetudo antiqua hoc habet ipsos indistincte, de personalibus, ⁊ de realibus, ⁊ criminalibus, licet cōsuetudo in talibus det iurisdictionem etiam in delictis domino super familiam suam. de officio ordina. irrefragabili. de foro cōpeten. cum contingat. in fine. ix. q. iij. conquestus. de arbitris. dilecti. C. de emancipa. l. j. ⁊ vltima. nec prodest constitutio beneficiana. de immunitate ecclesiarum quoniam in qua talia, ⁊ cōsimilia contemnentes excōmunicationi subijciuntur ipso facto,

26 † nec aduertunt dicti domini temporales: ꝙ olim omnes cause tam clericorum quam laicorum deferebantur ad sacerdotes vt in predicto. c. per venerabilē. §. tria quippe siue essent criminales, siue ciuiles, siue quecūq; alie, vt ibidē. ⁊. ij. q. vij. si qs presbyter. quod capi. concilij Toletani. ⁊. xj. q. j. relatū. ⁊ capitulo quicunq;. ⁊ capitu. sacerdotibus eadem causa. ⁊ questione tertia cum apud. vnde non fit eis iniuria, nec eorum temporali iurisdictioni si laicus (vbi consuetudo hoc dat) reddeat ad suum primarium forum, scilicet ecclesiasticum, nec ex sua vel domini temporalis conditio videtur fieri deterior. argumen. ff. de pactis. l. si vnus. §. pactum. versiculo ꝙ si non vult tollere, secundum Goffre. ⁊ ex isto casu quasi deperit tota ecclesiastica iurisdictio ⁊ eius generale ⁊ vniuersale priuilegiū ꝙ in hoc etiam dat iurisdictionem. de foro competen. cum contingat cui non videtur quod possit renunciari, sicut in. iij. ⁊ in. iiij. rubri. huius secūde partis superius est probatum.

27 ¶ † Itē impediūt iurisdictionem ecclesiasticā dicti domini temporales contra effractores pacis ⁊ treugarum, dicentes ius regalium esse contra illud de treuga ⁊ pace per totum. ⁊. xxiiij. q. ij. si quis. ⁊ capi. sequen. de transactio. c. fina. in principio. ex. distinctio. precipimus. iiij. q. j. nulli. ⁊ in constitutione feudorum de prohibita feudi alienatione per Federicum. l. imperialem.

28 ¶ † Item impediunt iurisdictionem ecclesiasticam in his que ratione conexitatis petinent ad ecclesiam, scilicet in dote vt de donatione inter virum ⁊ vxorem, de prudentia. ⁊ capitulo nuper ⁊ in pena posita in matrimonio de sponsa. gemma.

29 ¶ † Item quando iudices temporales ordinarij recusatis vt suspectis non patiunt̃ ꝙ ad episcopum ciuitatis ⁊ ad ecclesiasticū forum habeatur recursus, licet hoc expresse caueatur in auctentico vt diffe. iudi. §. si vero iudex. collatione nona.

¶ Item impediunt iurisdictionem ecclesie, quia cum in eos vel in eorum ministros aut officiales vel subditos excommunicationis suspensionis interdicti sententie proferuntur grauant ex hoc proferentes, vel res, aut subditos eorundem quousq; absolutionis beneficium deferunt ad eosdem, nec sufficit remediū excommunicationis sicut ait Grego. de senten. excō. quicunq;.

¶ Item impediunt dictam iurisdictionem ecclesiasticam personas ecclesiasticas eis displicentes pro leuissimis criminibus carceribus mancipando, in casibus etiam in quibus laici deprehēsi in maleficijs eisdē vel grauioribus nullatenus caperet̃.

¶ Et quia dictas personas ecclesiasticas incontinenti ⁊ libere ⁊ absq; redemptionibus, exactionibus, ⁊ eorum infamia reddere nolunt ecclesiasticis iudicibus eorundem. Nec ꝯtentātur nisi coram eis de clericatu ⁊ eius possessione cognitio habeatur, nec prodest ad contrarium capi. si quis suadente. xviij. questione. iiij. nec decre. bonifaciana si iudex. de senten. excommunica. libro sexto. nec decre. eos. de immunitate ecclesia. eodem libro.

20 ¶ † Item impediunt iurisdictionem ecclesiasticam dicti iudices seculares ⁊ eam sibi vsurpant compellendo personas ipsas ecclesiasticas ad soluendum debita super quibus coram eis iudicibus contra personas ipsas ecclesiasticas eorum patentes litere habere exhibētur, nec sufficit ꝙ dictus dominus Bonifacius eos mandauerit per censuram ecclesiasticam ab ordinarijs compescendos. de foro competenti. seculares. lib. vj.

21 ¶ † Item impediunt ⁊ perturbant iurisdictionem ecclesiasticam, quia contra alienationes dotales cum iuramento factas audiunt mulieres ⁊ filias contra patres, quibus cum iuramento fecerunt pactum de hereditate dum nuptui tradebantur, ⁊ quia exceptionem rei iudicate coram ecclesiastico iudice in casu ad eum de iure vel de consuetudine pertinente non recipiunt nec proficit ꝙ in dictis tribus casibus, sicut ⁊ in precedenti, dictus dominus Bonifacius eos per ordinarios decreuerit compescendos. de foro competen. seculares. de pace quamuis de iureiuran. licet. ⁊ de exceptio. cum quidam. libro sexto.

22 ¶ † Item impediunt dictam iurisdictionem ecclesiasticam restringendo immunitatem ecclesiarum, ⁊ ecclesiasticarū personarum ⁊ ecclesiasticorum bonorum varijs ⁊ diuersis modis, nam imponūt eis munera, talleas, ⁊ collectas extraordinarias in casibus prohibitis a iure in auctē. de ecclesia. tit. §. ad hec sanximus. vt nulli iudi. §. nulli vero liceat. col. ix. ⁊ expressius in. l. federici, que incipit hac edictali. §. illicitas. cuius. §. verba sunt hec illicitas etiam exactiones maxime ab ecclesijs quarum abusus iam per longa tēpora inoleuit per ciuitates ⁊ castella omni modo ꝯdemnamus, ⁊ prohibemus, ⁊ si facte fuerint in duplum reddantur. ¶ Item alius Federicus in alia lege que incipit ad decus, ⁊ decorem. dicit in. §. item nulla communitas, vel persona publica, vel priuata collectas siue exactiones angarias perangarias ecclesijs pijsq; locis aut ecclesiasticis personis imponāt aut inuadere ecclesiastica bona presumant. Quod si contrarium fecerint ⁊ requisiti ab ecclesia vel imperio emendare contempserint triplū refundāt, ⁊ nihilominus bāno iperiali subiaceāt qd absq; satisfactione debita nullatenus remittant̃, qd etiā nihil sit exigendū extraordinariū seu superindictum, nec sportulas cogi debent soluere, alias tales domini duplum reddere ⁊ cingulo nudari iubentur, in auctenti. de sanctissimis episcopis. §. sportularum. collatione nona. ¶ Uerum si dicatur iura antiqua hoc suadere, respōderi pōt ꝙ talia iura corrigant̃ per iura canonica immu. eccle. quia nonnulli. ⁊. c. clericis. lib. vj. ⁊ per ꝯcilium Lateranen. ⁊. c. nō minus. vbi dicitur quod in diuersis mundi partibus consules ciuitatum ⁊ rectores necnō ⁊ alij qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt ecclesijs vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur quam sub pharaone fuerit, qui legis diuine notitiam non habebat, ille quidem (omnibus alijs seruituti subactis) sacerdotes ⁊ possessionoes eorum in pristina libertate donauit ⁊ de publico eis alimoniam administrauit, isti vero onera sua fere vniuersa imponunt ecclesijs, ⁊ tot angarijs eas affligunt, vt eis quod Hieremias deplorat cōpetere videatur, Princeps prouinciarum facta est sub tributo, siue quidem fossata, seu expeditiones, seu alia quelibet sibi arbitrentur agenda de bonis ecclesiarum ⁊ clericorum ⁊ pauperum Christi vsibus deputatis volunt fere cuncta compleri. Iurisdictionem etiam, ⁊ auctoritatem prelatorum ita euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videat̃ hominibus remansisse. Quo circa sub anathematis districtione fieri de cetero talia prohibemus, nisi episcopus ⁊ clericus tantam necessitatem, vel vtilitatē aspexerint vt absq; vlla exactione ad releuandas communes vtilitates vel necessitates vbi laycorum non suppetunt facultates subsidia per ecclesias existiment conferenda. Si autem cōsules aut alij de cetero ista commiserint ⁊ commoniti desistere noluerint, tam ipsi quā fautores eorum excommunicationi se nouerint subiacere, nec

communioni reddantur, donec satisfactionem fecerint compe-
tentem. Et vigesimatertia questione vltima. conuenior. ⁊ §.
quamuis cum sequentibus capitulis. de sacrosanctis ecclesijs.
ad instructiones. ⁊ l. placet que canonizata est decimasexta
questione prima. §. placet vndecima questione prima. si tribu-
tum decimasexta questione prima. §. nouarum. ⁊ capitulo ge-
neraliter. vndecima questione prima. sacerdotibus, ⁊ in vige-
simosecundo capitulo tertij concilij Toletani, quod ponitur de-
cimasecunda questione secunda, ecclesiarum, seruos cum mul-
tis similibus. Cum enim ista recipiant, ecclesiasticam, liberta-
tem, ⁊ alia contraria in seruitutem redigant vt de priuilegijs
cum olim. §. primo. ⁊ capitulo ex ore. §. finali. Nec facit in con-
trarium. C. de prescriptio. que pro libertate ⁊ non aduersus liber
23 tatem sunt. l. si. pretores † enim fauent libertatibus. ff. de aliena-
tione iudic. mutandi causa facta. l. tertia. §. primo, vnde ⁊ fa-
uores ampliantur ⁊ odia restringuntur. ff. de liberis ⁊ postbu-
mis. l. cum quidam. ⁊ de iure naturali mero omnis res libera
nascitur, ⁊ de facili redit ad illud quod ius ⁊ natura sibi ab ini-
tio concessit. ff. de pactis. si vnus. §. pactus. versiculo quod si
non vt totum contractum tolleret, ⁊ extra de censibus, cum ve-
nerabilis. ex quibus omnibus habetur quod in bonis ecclesia-
rum, ⁊ monasteriorū, ⁊ quarumcunq; ecclesiasticarum persona-
rum, etiam frequenter in casibus in quibus non apponerent
in bonis secularium personarum, manum apponunt ⁊ eam tan-
diu seuientes tenēt in bonis predictis quousq; dicte persone ec-
clesiastice se redimant erga eos vel eorum voluntatem adim-
plent, vel quousque visum fuerit dictis dominis temporalibus
quod satis personas ecclesiasticas affixerint supradictas.

24 ¶ Item propter delicta personarū ecclesiasticarum, ⁊ etiam se-
cularium personarum in seruitio, vel officio personarum eccle-
siasticarum existentium capiunt ⁊ explectant ecclesiastica bona
tenentes de facto quod delictum talium debet in damnū eccle-
sie redundare contra Grego. xvj. q. vj. Si epm. dicentes quod
in facultatibus licite punire possunt personas supradictas.

25 ¶ † Item cum contra ecclesiam non currat nec iuuet dictos
laicos nisi quadragesima prescriptio. decimasexta questione ter-
tia. §. ceterum cum legibus canonizatis subsequentibus contra
dictam ecclesiam sicut contra priuatam personam prescriptio-
ne decennali ⁊ trecennali vtuntur, ⁊ quod deterius est cum per
annum ⁊ diem aliquam rem ecclesiasticam detinuerint vel iuris-
dictione aliqua in temporalibus ecclesiarum vsi fuerint, no-
lunt audire personas ecclesiasticas ex tunc super possessorio,
nisi de proprietate etiam experiantur.

26 ¶ † Item cum priuatus, qui primitias possidet, nulla temporis
prescriptione iuuetur cum illa, que ab initio temporis de iure
non sortiuntur effectum, tractu temporis non conualescunt de-
cimasexta questione tertia. §. quod si priuatus. ⁊ extra de pre-
scriptio. causam que contra predictam volunt domini tempo-
rales ⁊ nobiles dictas decimas ⁊ primitias possidere tanquam
propriam hereditatem: contra illud Gregorij decimasexta que-
stione septima decimas, extra de decimis quoniam prima que-
stione tertia peruenit.

27 ¶ † Item aliqui ex regibus ⁊ dominis temporalibus auctorita-
te volunt conferre beneficia ecclesiastica, quamquam in eos ius
collationis cadere non possit quasi diuisionem facientes inter
temporalitatem consecutiuam ex iure spirituali ⁊ ipsa iura spi-
ritualia, cōtra illud prima questione tertia. Si quis obiecerit.
nonagesimasexta distinctione, bene quidem. sexagesimatertia
distinctione capitulo primo cum multis sequentibus. de rebus
ecclesie non alienan. cum laycis. de constitutionibus ecclesia.
⁊ capitulo que in ecclesiarum prima questione septima quicun-
que, ⁊ capitulo cauendum octaua questione prima apostolica.
decima questione prima capitulo primo cum sequentibus. de iu-
re patronatus preterea. ⁊ capitulo cum layci, ⁊ capitulis seq.

28 ¶ † Item cum constitutiones ⁊ statuta, regum, principum, ⁊
dominorum temporalium onerosa ecclesijs ⁊ ecclesiasticis per-
sonis non debeant obseruari, vt. x. distin. quasi per totum ⁊ in
dicto. c. que in ecclesiarum. dicti reges, ⁊ principes, ac domini
temporales constitutiones statuta ⁊ consuetudines eorundem in
causidicando, ⁊ in alijs seruare faciunt in causis ecclesiasticis,
que actitantur coram eis, ⁊ statuta sua, ⁊ consuetudines seruari
faciunt quecunq; iura scripta diuina ⁊ humana, contra illa que
habentur. viij. ix. x. et. xj. distin. ⁊ xxv. q. j. generali.

29 ¶ † Itē vacātibus ecclesijs cathedralibus, ⁊ alijs, quodammo-
do se ingerunt ⁊ potentia precibus ⁊ violentijs volunt habere
personas gratas eisdem contra iura communia. lxiij. dist. c. j.
ij. ⁊ sequentibus. xvj. questione septima. si quis deinceps.

30 ¶ † Item ab episcopis temporalia obtinentibus nō permittūt
ad archiepiscopos appellari secundum concilium Landuñ.
de appellatio. romana. §. debet, nō attendentes ꝙ anteq; regna
peruenerint ad eos, ⁊ ante Christi aduentum erant vrbes ⁊ lo-
ca, in quibus primates gentiliū habitabāt, ad quos poterat ab
alijs appellari, in quibus quidem vrbibus ⁊ locis post aduentū
Christi apostoli ⁊ eorum successores patriarchas ⁊ primates po-
suerunt ad quos ab episcopis poterat appellari, sicut habetur
lxxx. distin. c. j. cum sequentibus. ⁊ xcix. distin. capi. j.

31 ¶ † Item in aliquibus partibus dicti domini temporales fa-
ciunt incastellari ⁊ mulctari ecclesias ⁊ ex hoc in seruitutē redi-
gunt eas ⁊ sibi tanq; castra dicunt esse subiectas ɔtra illud Ca-
lixti pape vndecima questione prima sanctorum.

32 ¶ † Item episcopos ⁊ archiepiscopos multis regibus ⁊ prin-
cipibus pro ciuilibus ⁊ criminalibus causis eos vel eorum fa-
miliares, aut officiales tangentibus, ita vocant ⁊ trahunt coram
se in causa sicut ⁊ alias personas, non seruantes statutum pape
Bonifacij ad episcopos gallie. xj. q. j. nullus episcopus, neq;
pro ciuili neq; pro criminali causa apud quemuis iudicem si-
ue ciuilem siue criminalem producatur vel exhibeatur, ⁊ ꝙ ma-
gistratus qui hoc iubere ausus fuerit amissione rerum ⁊ cingu-
li condemnatione plectatur.

33 ¶ † Item in multis partibus dicti episcopi ⁊ alie persone a prin-
cipibus ⁊ alijs dominis temporalibus a testimonio reuocantur
contra legem illam. C. de episco. ⁊ cleri. canonizatam. xj. q. j. te-
stimoniū cum seq. vbi dicitur ꝙ testimonium clerici aduersus
laicum recipi non debet scilicet in foro seculari ⁊ criminali. Et
quod episcopi nec honorum idest iure pretorio, nec legibus ad
testimonium flagitatur. de testibus decetero.

34 ¶ † Item in multis partibus etiam dicti principes, ⁊ domini
temporales res episcoporum, ⁊ ceterarum personarum eccle-
siasticarum morientium vsurpant, ⁊ impediunt ne per epi-
scopos, vel capitula, vel per alios, ad quos pertinent distri-
buant secundū ordinationem defuncti, vel reseruentur successo-
ri, nec prodest quod Urbanus in concilio Aluernie habito in
tales anathema protulerit, ⁊ qđ in Calcedoneñ. ɔcilio ⁊ ab In-
nocen. secūdum excōicationis sententia in tales lata fuerit. xij.
q. ij. de laicis. ⁊ c. episcoporū. ⁊ c. illud. ⁊ ꝙ Grego. idem fece-
rit in concilio Lugduneñ. de ele. generali. ⁊ de rebus eccle. nō
alienan. hoc consultissimo.

35 ¶ † Itē in aliquibus partibus reges ⁊ principes ⁊ domini tē-
porales infra ciuitates, castra, villas, ⁊ territoria ecclesijs, ⁊ per-
sonis ecclesiasticis subiecta acquirunt aliquas possessiones, vel
res, in quibus, vel inter quas amplectāt aliqua propter que epi-
scopi, ⁊ ecclesie perdunt iurisdictionem eorum quod est iuri con-
trarium. xvj. q. v. possessio. cum. c. precedētibus, ⁊ subsequenti-
bus. ⁊ ea. cau. ⁊ q. iij. sicut.

36 ¶ † Item dicti principes, reges, ⁊ domini temporales frequen-
ter non solum in monasterijs monachorum, ⁊ in domibus epi-
scoporum, verūetiam quod est detestabilius, in monasterijs mo-
nialium sibi eligunt mansiones contra illud Grego. xviij. q. ij.
peruenit, ⁊ contra septimā sinodū. xix. q. iij. qm̄. ⁊ c. que semel.

37 ¶ † Item cum dicti reges ⁊ principes ⁊ domini temporales ne-
minem debeant concutere, sed esse contenti stipendijs suis sicut
beatus Joannes baptista consuluit eis, Luce. iij. ⁊ Actuum. ij.
xxiij. q. j. militare. ⁊ contra hoc per potentiam terrores ⁊ mi-
nas frequenter multa a personis ecclesiasticis extorqueant, ⁊
aliquando iuramentum fidelitatis a dictis personis ecclesiasti-
cis que nihil ab eis tenent, exigant, contra concilium generale.
de iureiurando nimis videretur super hoc prouidendum.

¶ Item excedunt dicti principes, reges, ⁊ domini tēporales
⁊ ministri eorum contra ecclesiasticam libertatem quia cum ali-
que persone que reddende essent foro ecclesiastico capiunt per
eos. faciunt eas corā se oīa ɔfiteri, ⁊ postmodū tanq; ɔfessas, ⁊
ɔuictas de cribus, eas reddūt foro ecclesiastico, dicētes qđ cō-
fessionē corā se factā reuocare nō pñt, ⁊ qđ nisi ſm dictam con-
fessionē iudicent per ecclesiā ⁊ ꝓ criminosis habeant per ipsos
sic si rehaberi potuerint punientur moti quodāmodo ex quadā
glossula Inn. posita de electio. ꝑ inquisitionē. ⁊ de iudi. at si cle-
ri. ¶ Item multi ex dictis regibus, ⁊ principibus imitantur
errorem imperatoris constantinopolitani, quia archiepiscopis
⁊ episcopis regni eorum, ⁊ aliorum regnorum ad eos venien-
tibus sicut deberent, reuerenter non assurgunt, nec eis iu-
xta eos venerabilem sedem assignant, immo quod est deterius
vix interdum ingressum possunt habere ad eos, ⁊ ad can-

cellarios

cellarios ⁊ consiliarios eorundē, ⁊ cū difficultate audientia prestatur eisdem, ⁊ dictis regibus ⁊ principibus in solio eorum vel lectis sedētibus, predicti archiepiscopi, episcopi, abbates ⁊ alij prelati cum laicis ⁊ communibus personis in terra vel communibus sedibus sedere cogunt̄ ꝯ honorez, ⁊ reuerentiaz totius cleri ⁊ ecclesiastice dignitatis, ⁊ contra iura, de maiorita. ⁊ obedien. solite. lxiij. distinctione. valentinianus. xcvj. distinctione. duo. xj. questione prima. sacerdotibus.

SVMMARIVM

1 Iuramentum regi factum violans quomodo puniatur.
2 Fidelis hominibus esse non potest, qui deo infidelis fuit.
3 Ecclesia debet esse solicita de custodia salutis regum.

¶ Rubrica. lxxj. De fidelitate regibus, ⁊ p̄ncipibus obseruanda, ⁊ de puniēdis his personis ecclesiasticis, que contra eos aliquid machinantur.

1 **Nisuperscribit** Augusti. xxij. q. v. si quis laicus quod capitulum aliqui habent pro palea, ⁊ aliqui pro. §. c. de forma,
2 † quod si quis laicus iuramentum violando prophanat quod regi ⁊ domino suo iurat, ⁊ postea peruerse eius regnum ⁊ dolose tractauerit, ⁊ in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit, in Christum dei manum mittens, anathema sit, nisi per digne penitentie satisfactionem emendauerit, sicut enim constitutum est a sancta sinodo seculū relinquat, arma deponat, in monasteriū eat, ⁊ peniteat omnibus diebus vite sue, veruntamen communionez in exitu vite sue cuz Eucharistia accipiat. Episcopus autē presbyter ⁊ diaconus si hoc crimē commiserint degradentur. Itē Hieronymus vigesimatertia questio. quinta. si apud, dicit, ꝙ si apud carnales dominos in minimis fideles fuerint incipiant eis apud deum premia maiora committi, ornat autem doctrinā domini qui ea que conditionis sue sunt apta facit, ⁊ ex diuerso confundit eam qui non est subiectus in omnibus ⁊ cui conditio sua displicet qui conductor atq̄ fraudator in nullo fidem bonaz
2 ostēdit. † Quomodo enim pōt esse fidelis in substantia Dei, q̄ carnali fidem domino exhibere non potuit? quasi dicat nullo modo, quia non potest hominibus esse fidelis qui erga deum extiterit infidelis, sicut habetur in quarti concilij Toleta. capitulo sexagesimotertio. posito secunda questione septima. non potest, item super predictis prouisum fuit in vltimo capitulo dicti quarti concilij Toletani. in hunc modum.

¶ Post instituta quedam ecclesiastici ordinis vel decreta que ad quorundam pertinent disciplinam, postrema nobis cunctis sacerdotibus sententia est pro robore nostrorum regum ⁊ stabilitate gentis Gothorum pontificale vltimuz sub Deo iudice ferre decretum. Multarū quippe gentium (vt fama est) tanta existat perfidia animorum, vt fidem sacramento promissam regibus suis obseruare contemnant, ⁊ ore simulent iuramenti professionem, dum retineant mente perfidei impietatem. Iurant enim regibus suis, ⁊ fidem, quam pollicentur, preuaricantur, nec metuunt volumen illud iudicij, per quod inducit̄ maledictio, multaque penarum comminatio, sup eos qui iurant in nomine dei mendaciter. Qui ergo spes talibus populis contra hostes laborantibus erit? que fides vltra cum alijs gentibus in pace credenda post fedus non violandum. Que in hostibus iurastabili permanebūt sponsione, quando nec ipsis regibus ꝓprijs iuratam fidem conseruant. Quis enim adeo furiosus est qui caput suum manu propria desecet. Illi vt notum est immemores salutis sue propria manu seipsos interimunt, in semetipsosque suosq̄ reges proprias, conuertendo vires. Et cum dominus dicat. Nolite tangere Christos meos. ⁊ Dauid, quis inquit extēdit manum suam in Christum domini, ⁊ innocens erit. illis nec vitare metus est periuriuz, nec regibus inferre exitiuz, hostibus quippe fides pacti datur, nec violat̄. Quod si in bello fides vigeat, quantomagis in suis seruanda est, sacrilegium quippe est, si violatur a gentibus regum suorum promissa fides, quia non solum in eis fit pacti transgressio, sed ⁊ in deum in cuius nomine pollicetur ipsa promissio, inde est, ꝙ multa regna terraruz celestis iracundia ita permutauit, vt pro impietate fidei ⁊ moruz alterum ab altero soluerentur. vnde ⁊ nos cauere oportet causam huiusmodi gentium, ne similiter plaga feriamur precipiti ⁊ plaga puniamur crudeli. Si enim deus Angelis in se preuaricantibus non pepercit, qui per inobedientiam celeste habitaculum perdiderūt. vnde per Esaiā dicit. Inebriatus est gladius meus in celo, quantomagis nos nostre salutis interritum timere debemus, ne per infidelitatem eodem seuiente gladio pereamus. Quod si diuinam iracundiā vitare volumus, ⁊ seueritatez eius ad clementiam prouocare cupimus, seruemus erga deum religionis cultum, atq̄ timorem custodiamus erga principes nostros pollicitam fidem atq̄ sponsionem non sit in nobis, sicut in quibudam gentibus fidelitatis subtilitas, impia, non subdole mentis perfidia, non periurij nephas, ⁊ coniurationum nephanda molimina. Nullus apud nos presumptione regnuz accipiat, nullus excitet mutuas seditiones ciuiuz, nemo meditetur interitus regū. Sed defuncto in pace principe, primates gentis cū sacerdotibus successorem regni consilio ꝯmuni constituant, vt dū vnitatis concordia a nobis retinetur, nullum patrie gentisq̄ discidium per vim ambitionis moueatur. Quod si hec admonitio mentes nostras non corigit, ⁊ ad salutem communem cor nostrum nequaq̄ perducit, audi sententiaz nostrā. ¶ Quicūq̄ igitur ex nobis vel totius Hispanie populis, qualibet coniuratione vel studio, sacramentum fidei sue quod pro parte gentisq̄ Gothorum statu, vel conseruatione regie salutis pollicitus est temerauerit, aut regem nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut presumptione tyrannica regni fastigiū vsurpauerit anathema sit in conspectu Dei patris ⁊ angelorum, atq̄ ab ecclesia catholica, quā periurio ꝓphanauerit, efficiat̄ extraneus, ⁊ ab omni cetu christianorum alienus cū omnibus impietatis sue socijs, q͛ oportet vt vna pena teneat obnoxios, quos similis error inuenerit implicatos, quod iterum secundo replicamus dicētes. ¶ Quicūq̄ amodo ex nobis vel cunctis Hispanie populis quolibet tractatu vel studio sacramentum fidei sue quod pro patrie gentisq̄ gothoꝝ statu, vel conseruatione regie salutis pollicitus est violauerit, aut regē nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut presumptione tirannica regni fastigium vsurpauerit, anathema in conspectu Christi, ⁊ apostoloꝝ eius sit, atq̄ ab ecclesia catholica, quam periurio prophanauerit, efficiatur extraneus, ⁊ ab omni consortio christianorum alienus, ⁊ damnatus in futuro Dei iudicio habeatur cū participibus suis, quia dignum est, vt qui talibus sociantur, ipsi etiam dānationis eorum participatione obnoxij teneātur. Hoc etiam tertio acclamamus dicētes. ¶ Quicūq̄ amodo ex nobis vl' cūctis Hispanie populis, qualibet meditatione vel studio sacramentū fidei sue quod pro patrie, salutis gentisque Gothorum statu, vel incolumitate regie potestatis pollicitus est, violauerit, aut regē nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut presumptione tirannica regni fastigiū vsurpauerit, anathema sit in conspectu spiritussancti ⁊ martyrum Christi, atq̄ ab ecclesia catholica, quam periurio prophanauerit, efficiatur extraneus, ⁊ ab omni Christianorum cōione alienus, nec partem habeat iustorum, Sed cum diabolo ⁊ Angelis eius eternis supplicijs condemnetur, vna cum eis, qui eandem coniurationem nituntur, vt par pena perditionis constringat quos in perniciem praua societas copulat. Et ideo si placet omnibus qui adestis hoc tertio reiterata snia vestre vocis ꝯsensu firmate, ab vniuerso clero vel populo dictuz est ꝙ q̄ ꝯtra hanc nostram diffinitionem presumpserint anathema maranatha, hoc est perditio in aduentum domini sint. ⁊ cum iuda scarioth partem habeant ipsi ⁊ socij eorum amen. Qua ꝑꝑ nosipsi ⁊ sacerdotes oēm sanctā ecclesiam Christi ac ppl'm admonemus vt h̄ tremenda ⁊ toties reiterata snia nullū ex nobis presenti atq̄ eterno ꝯdēnet iudicio, sed fidez ꝓmissam erga gloriosissimū dn̄m nostrū Sisenādū regē custodiētes ac sincera illi deuotiōe famulātes nō solū diuine pietatis in nobis clemētiā ꝓuocemus, sed ēt grāz antefati principis ꝑcipere mereamur. Te quoq̄ p̄ntē regē ac futuros etatū sequētium principes humilitate debita deposcimus, vt moderati ⁊ mites erga subiectos existentes cum iustitia ⁊ pietate populos a Deo vobis creditos regatis bonāq̄ vicissitudinez, qui vos nobis cōstituit largitori Christo, rependatis, regnantes in humilitate cordis, cū studio bone actionis, nec quisq̄ vestrum solus in causa captiuum aut reum sententiam feriat. Sed consensu publico cum rectoribus ex iudicio manifesto delinquentiū culpa pascat, seruata a vobis in offensis mansuetudine, vt non seueritate magis in illis q̄ indulgentia polleatis, vt dum omnia hec autore Deo pio a vobis moderamine conseruentur, ⁊ reges in populis, ⁊ populi in regibus, ⁊ Deus in vtrisq̄ letetur. Sane de futuris regibus hanc sententiaz promulgamus, vt si quis ex eis ꝯtra reuerentiā legum superba dn̄atione, ⁊ fastigio in flagitijs,

⁊ facinore sine cupiditate crudelissimam potestatem in populis
exercuerit, anathematis sententia a Christo dño cōdemnetur,
hēat a deo separationē, atq; iudiciū pp qđ presumpserit praua
agere, ⁊ in perniciez regnū deducere. De simithilane vero qui
propria scelera metuens seipsum regno priuauit, ⁊ potestatis
fascibus exuit id cum gentis ꝯsultu decreuimus, vt neq; eum,
vel vxorē eius pp mala, que ꝯmiserūt, neq; filios eoꝝ vnitati no
stre vnq; consociemus, nec eos ad honores, a quibus ob iniqui
tatem deiecti sunt, aliquando promoueamus. Qui q; ēt sicut in
fastigio regni habentur extranei, ita possessione rerum quas de
miserorum sumptibus auxerant, maneāt alieni, preter id quod
pietate pijssimi principis nostri fuerunt consecuti. non aliter, ⁊
geillanem memorati Simithilane ⁊ sanguine ⁊ scelere fratrē q
nec in germanitatis fide stabilis extitit, nec fidem gloriosissimo
domino nostro pollicitam conseruauit. Hunc igitur cum coniu
ge sua, sicut ⁊ ante factum est, a societate gentis atq; ꝯsortio no
stro placuit separari, nec in amissis facultatibus in quibus per
iniquitatem creauerant reduces fieri preter id quod ꝯsecuti fue
rint pietate clemētissimi Principis cuius gratia bonos donoꝝ
premijs ditat, ⁊ malos a beneficientia sua nō separat. Gloria au
tem ⁊ honor omnipotenti deo nostro in cuius nomine ꝯgregati
sumus. Posthec pax ⁊ salus ⁊ diuturnitas pijssimo ⁊ amatori
Christi domino nostro Sisenādo Regi cuius deuotio nos ad
hoc decretum salutiferū ꝯuocauit, corroberet ergo Christi gra
tia regnum illius, gentesq; gothorum in fide catholica annis ⁊
meritis, protegant illum vsq; ad vltimam senectutez summi dei
gratia, ⁊ post presentis regni gloriam ad eternum regnum tran
seat, vt sine fine regnet, qui in seculo feliciter imperat ipso pstan
te, qui est rex regum ⁊ dominus dominorum. Cum patre ⁊ spiri
tu sancto in secula seculorum Amen.

¶ Definitis itaq; his que superius comprehensa sunt annuen-
te religiosissimo principe placuit deinde nulla re impediente a
quolibet nostrum ea que constituta sunt temerari, sed cuncta
salubri concilia conseruari. Et quia profectibus ecclesie ⁊ ani-
me nostre conueniunt, etiam propria subscriptione, vt pmaneāt
roboramus. Ego Isidorus in Christi noie ecclesie Hispaleñ.
metropolitanus episcopus hec constitutiones subscripsi. Simi
liter ⁊ alij episcopi subscripserunt numero .xl.

¶ Item in .v. concilio Toleta. c. ij. iij. iiij. v. vj. vij. viij. ⁊. ix. ac
vlti. cōtinet, qualiter ecclesia ⁊ omnes Christiani debent esse so
liciti de custodia salutis regū, ⁊ de illis qui Rege superstite cō-
bladiuntur de spe regni habenda, ⁊ de illis qui principibus ma
ledicere presumunt, ⁊ vt fideles subditi regum non fraudentur
iure rerū suarum ex cupiditate a successoribus eorum, ⁊ facino-
ra principum obseruando ad obseruantiam conciliorum de qui
bus scribit in. d. c. ij. ⁊ sequentibus in hunc modum. Sūma au
tem nobis vigilantia, ⁊ grandi religionis cura prouidendū est,
vt mala que assidue prohibita perpetrantur, circumspecta di-
sciplina ecclesiastica extirpentur. Non enim incassum scriptuz
est penitente flagellato stultus sapientior erit, quamobrez quo-
niam preponderante onere delictorū experientia pene semper
ac sepe fieri discimus, Quod magnopere vitare debemus,
quod etiam custoditur cum hoc quod diuinis sacramentis spo
pondimus, temeritate non violamus. Ideoq; frequenter est cō
pescendum, quod crebro inuenitur trāsgressum. Sed ne succe-
dentes precedant, ac deinde sequentes inuideant altioribus, ⁊
cuncta quieta ⁊ pacata permaneant, hec in concilio communi-
ter considerata defertur sentētia, vt seruetis quecunq; in vniuer
sali ⁊ magna sinodo prouisa conscriptaq; circa principum salu
tem ⁊ vtilitatem sunt. Hec quoq; adiecta custodiantur, videli-
cet vt omni benignitate omnique firmitate circa omnem pote-
statem principis nostri Chintillani regis teneatur dilectio, ⁊
prebeatur rationabile defensionis adminiculum, nec res iu-
ste prouise, aut etiam parentum digna prouisione procurate
ad iuris proprietatem pertinentes iniuste fraudulenterue a
quoq; tam illicite exquisita ledendi eos prebeatur, nec quocūq;
mō quibuslibet rebus spreta dilectiōe molestentur. hec enim li-
centia efficit ⁊ principes in subiectis suspectos, ⁊ subiectos in
bonis principum cupidos. Quo circa ne ⁊ premissa contemnan
tur, ⁊ vt cupiditas radix omnium malorum auferatur, contesta
mur omnes presentes ⁊ absentes, vel etiam futuris temporibus
consequentes coram Deo ⁊ Angelis eius, ꝙ si quisqua3 nostre
contestationis temerator extiterit, atq; contemptor ⁊ quaecunq;
argumentatione odiose eos molestare, aut in aliquo fuerit cona
tus ledere, sit anathema in Christianorum omniuz cetu, atq; su
perno condemnantur iudicio, sit explorabilis omnibus catholi
cis, ⁊ abominabilis sanctis Angelis in ministerio dei ꝯstitutis,
sit hoc seculo perditus, ⁊ in futuro condēnatus, qui tā recte pro
uisioni noluit prebere consensum. In expertis nobis moribus
nouam decet inuenire medelam, Qua propter quoniam sunt
inconsiderate quorundā mentes, ⁊ se minime capientes, quos
nec origo ornat. nec virtus decorat, q passim putant licenterq;
ad regalia maiestatis peruenire fastigia, huius rei cā nostra om-
nium cum inuocatione diuina prebet sententia, vt si quis talia
meditatus fuerit, quem nec electio omniū preficit, nec gothice
gentis nobilitas ad hunc apicez trahit, sit cōsortio catholicoꝝ
priuatus, ⁊ diuino anathemate condemnatus. Ergo qr, ⁊ reli-
gioni inimicum, ⁊ hominibus ꝯstat esse pernitiosum futura il-
licite cogitare, ⁊ casus principum exquirere, ac sibi imposterū
prouidere, cum scriptum sit, non est vestrum nosse tempora, vel
momenta, que pater posuit in sua potestate, hoc decreto cense-
mus, vt quisquis inuentus fuerit talia perquisisse, ⁊ viuēte prin-
cipe in alium attendisse pro futura regni spe, aut alios in se pro-
pter id attraxisse, a conuentu catholicorum cum excommunica
tionis sentētia expellatur. Sed ⁊ hoc pro pestilentiosis homi-
num moribus salubri deliberatione censemus, ne quis in princi
pem maledicta congerat. Scriptū est enim a legislatore, prin-
cipem populi tui ne maledixeris. Quod si quis fecerit excōmu
nicatione ecclesiastica plectat. Nā si maledicti regnū Dei non
possidebunt. quanto magis talis ab ecclesia necessario pellitur
qui diuine violator sententie inuenitur. Simili pudentia pro fi
delibus regū nostra datur sentētia, vt quisquis superstes prin-
cipuz extiterit iuste in rebus profligatis, aut largitate principis
acquisitis nullam debeat habere iacturaz. Nam si licēter ⁊ in-
iuste perturbentur fideliū mentes, nemo optabit proprium ac fi
dele prebere obsequium dum cuncta nutant in incertum, ⁊ in fu
turo discriminis formidant causam. Sed salnti eorum ⁊ rebus
principalis pietas debet prebere suffragia. Exemplis enim cete
ri prouocantur ad fidem, cuz fideles non fraudantur mercede.
Propter malarum mentiū facilitatem, ⁊ memorie obliuionis
hoc sacratissima statuit sinodus, vt in omni ꝯcilio episcoporuz
Hispanie vniuersalis ꝯcilij decretum, quod propter principum
nostrorum salutem est constitutum peractis omnibus in sinodo
publica debeat voce pronunciari, quatenus sepe replicatū au-
ribus vel assiduitate iniquorum mens territa corrigatur, que ad
preuaricandum ⁊ obliuione ⁊ facilitate perducitur. In his om-
nibus que premisimus potestatē indulgentie in culpis delinquē
tiuz principi reseruamus, vt iuxta bonitatis sue moderamē, vbi
emendationem prospexerit mentium, veniam tribuat culparuz.
His vero omnibus finem ⁊ robur subscriptione nostra facien-
tes, gloriam ⁊ laudem omnipotenti domino deo inquantū mor
talium valitudo sinit, reddimus. Post hec gratias excellentis
simo ⁊ gloriossimo principi nostro Chintillano regi peragimus
cuius ardor fidei studiū bone intentionis ⁊ vnanimitatis ꝯcor-
diam nobis tribuit, ⁊ fiduciam charitatis, donec ei dominus de
inimicis triumphum, ⁊ de beatitudine gaudium, custodiat eum
protectiōe assidua, ⁊ muniat bone voluntatis sue circumspectio
ne tutissima, cuius regnum manet in secula seculorum.

¶ Ego Eugenius Tolet. ecclesie prouincie Carthagineñ. me
tropolitanus episcopus his omnibus decretis annuens subscri
psi, similiter ⁊ alij episcopi subscripserunt numero viginti.

¶ Item in. iij. capitulo. vj. concilij Toletani. Rubrica.

Inflexibilis iudeorum perfi
dia ō
flexa tandem vr̃ pietate ⁊ potentia superna. Hinc
enim liquet, ꝙ inspiramine summi dei excellentissi-
mus ⁊ Christianissimus princeps francorū rex Ludouicus ar-
dore fidei inflamatus, cum regni sui sacerdotibus preuarica-
tiones ⁊ superstitiones eorum eradicare elegit funditus, nec si-
nit degere in regno suo eum, qui nō est catholicus, ob cuius fer
uorem fidei gratias omnipotenti domino celorum agimus, eo
quod ei tam illustrem creauerit animam, ⁊ sua repleuerit sapiē
tia, ipse quoq; donet ei ⁊ in presenti seculo longeuam vitam, ⁊
in futuro gloriaz eternam. Illud āt pudida nobis cura, ⁊ valde
est decernenduz vigilanti solertia, ne eius fidei calor ⁊ noster la
bor quandoq; in posteris tepefactus liquescat, quo circa conso
nam cum eo corde ⁊ ore promulgamus Deo placituram senten
tiā simul ēt cū suoꝝ optimatū illustriūq; viroꝝ ꝯsensu, ⁊ delibe
ratione sanximus, vt qsquis succedētiū tēpoꝝ regni sortitus fue
rit apicē, nō añ ꝯscēdat regū sedē, ꝙ inter reliqua ꝯditionū sa-
cramenta

cramenta pollicitus fuerit hanc se catholicam non permissurũ eos violare fidẽ. Sed ꝛ nullatenus eorum perfidie fauens, vel quolibet neglectu, aut cupiditate illectus tẽdentibus ad precipitia infidelitatis auditum prebeat preuaricationis. Sed quod magnopere nostro est tempore conquisitum, debeat illibatũ perseuerare in futurum. Nam incassum bonum agitur, si non eius perseuerantia prouidetur. Ergo postꝗ ordine premissorum ad gubernacula accesserit regni, si ipse temerator huius extiterit promissi, sit anathema maranatha in conspectu dei, ꝛ pabulũ efficiatur ignis eterni, simulqꝫ cũ eo damnatione perculsi, quicunqꝫ sacerdotum vel christianorum quilibet eorum implicati fuerũt errore. Nos etenim ita presentia decernimus vt preterita que in vniuersali sinodo de iudeis ꝯscripta sunt, confirmemus, quoniam ea que necessaria pro eorum saluatione scribi potuerũt in eisdem esse cauta sanximus. Qua propter que tũc decreta sunt valitura esse censemus.

¶ Et in. xiij. c. eiusdem concilij quod sequitur.

¶ Qui primatu dignitatis, atqꝫ reuerentie, vel gratie ob meritũ in palatio honorabiles habentur his a iunioribus modestus honor per omnia deferatur, qui etiam minores a senioribus, ꝛ dilectionis affectu amplectantur, ꝛ vtilitatis imbuantur exemplo.

¶ Et in. x. c. concilij Toletani.

¶ Item ad idem faciunt omnia que dicta sunt. s. in proxima rubrica de reformatione cleri, ꝛ in precedentibus.

¶ Rub. c. De reformatione regum ꝛ secularium personaruꝫ.

D reformationem regũ ꝛ principum ꝛ omnium dominorum temporalium faciũt illa que dicta sunt. s. in primis quatuor rubricis prime partis. s. vt regerentur iuribus ꝛ rationibus de consilio proborũ, ꝛ non proprijs voluntatibus ꝛ motibus ꝛ arbitrio eorundẽ. Et ꝙ cohiberent se a grauaminibus ecclesie inferendis de quibus quinquaginta grauamina tacta sunt. in. lxxx. huius secunde partis rub. ꝛ ꝙ liberaliter iustitiam exhiberent, monetas non mutarẽt, insufficientes tabelliones non crearent, nec permitterẽt rẽ publicam in mensuris ponderibus ꝛ alijs defraudari prout dictũ est in. xciij. rubrica. ꝛ quod ab omnibus fidelitas seruetur eisdem, sicut in. lxj. rubrica dictum est. Et speciales oratiões fiant pro eisdem, vt in. vj. rubrica. quod non capiant personas ecclesiasticas nec eis acquirere ꝓhibeãt. vt in. iij. rub. ꝛ. v. Et ꝙ deputẽt defensores ecclesijs. vt in. xl. rubri. Et ꝙ venationibus nimis non insisterent. vt in. lj. rubrica.

¶ Ad reformationem autẽ totius status secularis faceret specialiter reformatio dictorum regum ꝛ principum quo ad predicta. Et reformatio etiam ecclesie romane prelatoꝝ religiosoruꝫ ꝛ totius cleri, qꝛ qd̃ ab eis agit̃ trahit̃ ab ipsis laicis in exẽplũ.

¶ Ad dictam etiam reformationem secularium personarũ faciunt illa q̃ dicta sunt. s. in. xxxv. rub. xxxix. xlij. xlv. xlvij. xlviij. l. lvj. lvij. viij. ix. lxj. lxij. iij. iiij. vij. ix. lxxj. iij. ꝛ. v. lxxx. lxxxj. ꝛ. ij. vj. vij. viij. ꝛ. ix. ꝛ. xc. s. vt decimas ꝛ primitias ꝛ alia iura ecclesiastica soluant.

FINIS

Incipit Tertia pars Tractatus reuerendi in Christo patris domini Guilielmi dei gratia Mimatensis episcopi.

SVMMARIVM

1 Ecclesia romana aliarum est caput.
2 A prelatis peruerse actum de facili a subditis in exemplum trahitur.
3 Ecclesia romana aliarum est domina.
4 Papa locum dei in terris tenet.
5 Iura eterna ꝛ non persona regem faciunt.

¶ Rubrica. j. De reformatione vniuersalis ecclesie, ꝛ (quod in ea est precipuuꝫ) a capite sancte romane ecclesie prelatis ꝛ alijs superioribus inchoandum.



Sane quantũ ad reformationeꝫ vniuersalis ecclesie, vtiliter ꝛ pseuerabiliter ac efficaciter faciendam
1 † videtur a capite ratio sit edenda, vcꝫ a sacrosancta romana ecclesia q̃ caput est oium aliarũ. ad quã tanꝗ ad caput ecclesiarum omnis scẽ religionis relatio ẽ ƀm Greg. referenda, ꝛ quã tanꝗ caput ꝛ mrẽꝫ oium ecclesiaruꝫ ƀm calixtũ mẽbra oia sequi debẽt. Que sicut Inno. papa scribit est omnibus posita in speculum ꝛ exemplum, vnde sicut speculum sine macula atqꝫ ruga, exẽpluꝫ absqꝫ reprehensionis nota dꝫ esse. Sic predicta ecclesia sancta romana ƀm Pelagiũ vrbis rome epm, non dꝫ habere in se maculaꝫ neqꝫ rugã, neqꝫ aliquid huiusmodi. Capite nanqꝫ languescente omnia corporis membra dolent testimonio Esaye ꝛ cum incuruantur hi qui preeunt ad ferenda onera peccatorum, facile inclinantur sequentes.
2 † Et si quid peruerse agitur a prelatis cũ facta verbis contraria plusꝗ ipsa verba ƀm Senecam, moueant trahitur a subditis de facili in exemplum. Et ꝯcussis columnis ecclesie corruit edificium. Et quãquam de scribis ꝛ phariseis super cathedrã Moysi sedẽtibus p̃cipiat dñs ꝛ instruat in Matth. quod dicunt facite que autem faciunt facere nolite. Dicunt autem ꝛ non faciunt, ꝛ alligant onera grauia ꝛ importabilia ꝛ imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolũt ea mouere, oia opera sua faciunt, vt ab hoibus videant̃, dilatãt philateria sua ꝛ magnificãt fimbrias, amãt prios recubitus in cenis, ꝛ prias cathedras i sinagogis, ꝛ salutatiões i foro, ꝛ vocari ab hoibus rabi. Et hoc idẽ ƀm Jo. chri. intelligi posset de platis, ꝛ sacerdotibus nostri tpis, qui oẽm iustitiaꝫ pp̃lo mandant, ꝛ ipsi nec modicam seruãt, vt sic non faciendo sed dicendo iusti appareant. Nihilominus tamen, qꝛ vt psalmista ait, Oculi seruorum, idest subditorum, ꝛ laicorum sunt in manibus, ꝛ operationibus dñorum suorum, idest prelatorum superiorum. ꝛ oculi
3 ancille, idest vniuersalis ecclesie in manibus domine sue † hoc est romane ecclesie que dña ac iudex est aliarum, cuius rector catholicus nõ iudicatur a quoqꝫ, cum eius sedi primum Petri apostoli meritum, deinde secura iussione dñi conciliorũ venerandorum auctoritas singularẽ in ecclesijs tradiderit potestatem, sicut scribitur in decretis, plus ad facta dicte romane eccle
4 sie attenditur ꝗ ad verba. † Potissime cum dñs papa locum eius teneat, ꝛ vice fungatur in terris, q cepit facere, ꝛ docere ꝛ turbam sequentem cibo corporali reficere nõ solo pabulo verbi sui, qui digito suo scripsit in terram (cum de peccatricis mulieris iudicio ageretur) Qui sine peccato est vestrum primus in
5 illam lapidem mittat, vt docuit eius in sacro euangelio † Regẽ enim eterna iura faciunt non persona, quia non constat sui mediocritate, sed sublimitatis honore. Que ergo honori debeant honori õseruiãt, ꝛ que reges accumulant, regno relinquant, vt quia eos regni gloria decorat, ipsi quoqꝫ regni gloriam non extenuent, sed exornent. Habeant deinceps iure conditi reges in regendo iudicia iusta, in parcendo pector prompta, in conquirendo studia parca in conseruando vota ancera. ꝛ tanto gloriaꝫ regni cum felicitate retentent, ꝗto iura rẽgiminis, ꝛ mansuetudinis conseruauerint, ꝛ equitate direxerent premisse primũ dicionis, nec non prodijsse putetur ex fomite rationis reuelare cõuenit euidentissima operis specie, vt ex illo nos idone os assertores habeat probitas veritatis ex quo semp semetipsam reseruauerit qualitas actionis. Ecce. n. ita ex gẽtis nostre mediocribus maioribusqꝫ ꝑsonis multos hactenus corruisse repimus, ꝛ defluẽs, vt eoꝝ agnitis ruinis nõ aliud possimus, ꝗ diuine ꝯsiderare iudicia ꝓmissiõis quoꝝ domoꝝ spolia, ꝛ potẽtiarũ diuitias simul ac p̃dia ita ꝯspicimus ꝓrsus exinanita, vt nec fisci vsibus ꝯmoda, nec palatinis officijs reperiant̃ in remediũ salutare collata. Cuius rei serie ex vtroqꝫ ꝯcurrẽte, dũ ꝛ iudicatos iudicioꝝ sniaꝫ elisit, in eoꝝ bonis ad ipsoꝝ vicẽ munificatus nemo, pene nõ tenuisse disciplinã i ordine sꝫ defectũ potuisse pẽsant̃ in gẽte illo maiori salutis dispẽdio cumulato, qd̃ taꝫ ħ q a iudicijs vigor iudicioꝝ abstraxerat ꝗ illa q̃ ꝗlisc̃ūqꝫ ꝓuẽtus ordine ꝓfligatiõis ꝯtrinerat tota ꝓprietatis p̃ncipũ amplitudo in sinũ sue receptiõis iclusẽrat, sicqꝫ solo p̃ncipali vẽtre suppleto, cũcta totius mẽbra gẽtis vacuata lãguescerẽt ex defuncto, vñ venit, vt nec subsidiũ mediocres, nec dignitatẽ valerent obtinere maiores. Qꝛ dũ soliꝰ ꝓtãtis vigor maxia occupauit, totius plebis status nec minima iura defendit, atqꝫ cuꝫ omni palatino officio simulqꝫ cũ maiorum minorumqꝫ conuentu oẽs nos tam põtifices ꝗ etiam sacerdotes vniuersi sacris ordinibus famulantes concordi deffinitione decernimus ꝛ optamus, vt omnis conqui-

sitionis. profligatio in omnium rerum viuentium immobiliumqz τ moueri valentium corpore, vel specie, forma, vel genere, que a gloriose memorie Cindasuintho rege a die quo in regnum dignoscitur cōscendisse reperta quolibet modo extiterit, omnia in serenissimi atqz clemētissimi domini nostri Recesunthi principis perēni transeant potestate, τ ꝑpetuo deputentur in iure nō habenda parentali successu. Sed possidenda regali congressione, ita vt iuste sibi debita quisqz percipiat, τ de rebus ad remedia subiectorum quecunqz elegerit principis voluntas exerceat illis tantummodo exceptis que memoratus diue memorie Cindasuinthus princeps ante regnum, aut ex proprijs, aut ex iustissime cōquisitis visus est habuisse, in quibus cūctis filijs vna cū gloriosissimo domino nostro Recesuintho rege maneat diuisio libera τ possessio pace plenissima. Sed ille res quas predictus princeps de iustis prouentibus filij suis vel quibuslibet iustissime visus est contulisse vel reliquisse omnes in eorum iure maneant incōuulse, illa negotij huius veritate seruata τ quia grata voluntas gloriosi dñi nr̃i Recesuinthi regis reddere decernit vnicuiqz iustissime debita, nemo inuasionis calumniam moueat, aut damna requirat preter que gloriose memorie genitorez eius quedam indebite habuisse constiterat.

SVMMARIVM

1 Episcopi τ alij prelati violantes iuramenta in salutem regiā facta quomodo puniantur.

Incipit secundum capitulum .x. concilij Toletani.

Rubrica .ij.

1 Frequentium † molestiarū nocens impulsus contēni quidem magnitudine decētis poterit grauitatis, sed qꝫ honesta solicitudo cobibere properat quod frequētata vsitatio vitatere non curat, ideo τ cum quorundam paternorum sanctionibus decretorum τ institutionibus sit legalibus cautum ne contra salutem principum, gentisqz, aut proprie patrie quisqz meditari conet̄ aduersū, hoc vnum spāliter nūc depromit̄ obseruandū, vt si quis religiosorū ab episcopo vsqz ad extremum ordinis clericorum siue monachorum generalia iuramenta in salutē regiā gentisqz aut patrie data reperiat̄ violasse voluntate prophana, mox propria dignitate priuatus, τ loco τ honore habeatur exclusus eo miserationis obtentu tantūmodo reseruato, vt an locum, an honorem, an vtraqz possideat concedendi ius licentiamqz, principalis potestas obtineat.

Rub. iij. De his q̄ imperatores reges, principes, τ domini temporales intra ecclesiā τ in personis ecclesiasticis rebus τ bonis agere τ exercere possunt.

Istam rubricā non prosequor nec etiam vigesimamsextam de presenti propter librūquem de contentis in .d. duabus rubricis, reuerēdus in Christo pater frater Egidius Dei gratia Bituriceñ. episcopus in quo profunditas τ sublimitas vigent sciētie, copiose ac vtiliter edidit in quo plenius videri possunt ꝑtinentias ad istas duas rubricas q̄ꝫ posset hic explicari, licet ex precedentibus rubricis multa colligi possint que ad istas duas rubricas reducuntur.

SVMMARIVM

1 Nimia prolixitas confusionem inducit.
2 Animarum cura est ars artium.
Ignorantia omnium errorum mater est.
2 Concilia antiqua in omnibus cathedralibus ecclesijs haberi deberent.
Figuralia deberent moralizari.
3 Canones populum contingentes debent per curatos populo exponi.

Rubrica. iiij. De regulis fidei τ doctrine Christiane catholicis exponēdis, τ de quibuslibet scientiarū scriptis potissime dubijs, abreuiandis, τ opinionibus resecandis, τ curatis, τ presbyteris per scripta informandis, τ officio ecclesiastico, τ canonibus moralibus exponendis, τ concilijs ab omnibus ecclesijs cathedralibus habendis, τ de euangelijs τ figuralibus misticandis.

Item cum in .xxj. τ vlti. c. primi concilij Toleta. τ in .j. c. vj. ꝯcilij Toleta. τ in pluribus alijs concilijs contineantur faciētia ad catholicorum instructionem, τ hereticorū, τ heresum exterminationem sicut .in. vij. τ vlti. c. primi concilij Constantinopolitani. τ .x. c. vj. ꝯci. Cartagineñ. τ in .ij. c. iij. conci. Toletani τ similibus, videretur considerandū an expediret seruari predicta, cū paucissimi in his que ad fidem τ eius articulos, τ animarum salutem pertinent, etiam literati inueniantur instructi, propter qđ risui patent infidelibus. quandocunqz de fide habetur collatio cum eisdem. Cuiusquidem fidei doctrinam ab episcopis suscipere debent. xxv. dist. audire.

1 † Item cum nimia prolixitas τ etiam similitudo confusionez inducant, sicut habetur in prohemio decretalium τ vt alibi scribitur. Ars longa, vita breuis, τ experimentum difficile, τ diuersitas interpretantium frequenter confussionem, materiam litiū τ discordiarum inducunt. Videretur vtile ꝙ de qualibet facultate sumerentur literati τ experti viri τ arbitri, ad quorum iudicium per summū pontificez oēs probabiles dubitationes circa quaslibet scientias exorte, resecatis omnibus similibus, τ superfluis, remanentibus tantum ipsarum scientiarum textibus originalibus, tollerentur, ac etiam alique declarationes compendiose pro sacerdotibus, τ curatis in omni scientia ederentur, ꝑ quas possent in eis scholastici, curati, τ rei publice administratores, τ rectores breui tempore informari in omnibus pertinētibus ad officia eorundem, τ libri scriberentur in quibus esset videndum. Cum propter dictam diuersitatem opinionum, dubiorum diffusionem, τ confusionem scripturarum ad quas habēdas vix vnius scholaris diuitis sufficiūt facultates, ab ipsarū
2 scientiarū disquisitione, τ studio plurimū retrahant̄. † τ ignorātes preficiantur cure animarū, que est ars omniū artium, vt de etate, τ quali. cum sit ars, τ regimini reipublice. ex quo cuncti errores proueniunt. cum ignorantia mater sit cūctorum errorꝝ sicut habetur in concilio Tolet. xxxviij. distin. ignorantia, τ cū cecus per ignorantiam ceco populo ducatum prebeat ambo in foueam delabuntur ꝑm euangelicā veritatem. Matth. xv. τ. ea. dis. que ipsis. ad predicta concordat principium .x. concilij
15 ¶ †Item ꝙ si dicta romana ecclesia vacaret vltra tres menses quod extunc cardinales essent eligendi potestate illa vice priuati,⁊ ꝙ ad aliquos archiepiscopos,⁊ episcopos,⁊ alios de quibus videretur expediens illa vice deuolueretur eligendi potestas,vel quod aliud tale adhiberetur remedium vltra illud,quod statutum fuit a Gregorio.x.ex necessitate Cardinales concordare haberent.

16 ¶ †Item ꝙ primatus dicte romane ecclesie declaretur,⁊ distingueret per iura ecclesiastica ⁊ secularia,nec dominus Papa vocaretur vniuersalis ecclesie Pontifex,cum hoc prohibeat Gregorius,⁊ contra aliquem in dignitate constitutū non audiret aliquam querelam nisi conditione,⁊ zelo querelantis examinatis, nec aliquem personaliter citaret ad curiam,

17 nisi prius summaria contra ipsum inquisitione premissa.† Et quod ad conuincendum episcopos cardinales,qui columne debent esse ecclesie,reciperet numerum testium in epistola Clementis contentum,nec per executores suos,⁊ conseruatores,⁊ alios censuram ecclesiasticā infligi permitteret,sine magnis ⁊ rationabilibus causis,⁊ absq̃ monitionibus competentibus dilationem iuris continentibus,⁊ quod in eis episcopis deferretur,nec interdicerentur ecclesie,nisi pro graui delicto clero ⁊ populo communiter ecclesiaꝫ scandalizante,sed alias procederetur contra inobedientes vel rebelles.

¶ Item plura ad reformationem dicte romane ecclesie pertinentia tacta sunt supra in tota prima parte huius tractatus.⁊ ad idem faciunt omnia, que infra subijciuntur in duabus rubricis proximis de reformatione prelatorum ⁊ cleri.⁊ illa que dicta sunt in hac secūda parte in primis.x.rubricis.⁊ in.xiij.xv.xviij.xx.xxj.ij.iij.ix.xxxj.xxxiiij.vij.viij.xlj.xlvij.Lvj.vij.lxxiiij.lxxxiij.⁊.iiij.xciij.et.iiij.et.v.

SVMMARIVM

1 Prelatorum reformatio in quibus fieri debet.

¶ Rub.xxviij.de reformatione prelatorum.

a Ad hoc circa reformationem prelatorum seruari haberēt omnia que in precedenti rubrica de reformatione Romane ecclesie dicta sunt inquantum statum ⁊ officium possunt tāgere eorundem.

¶ Item ꝙ haberent concilia prouincialia celebrare,⁊ ad ea conuenire,⁊ inibi omnia statum prouincie contingentia pertractare,⁊ que corrigenda essent in ea corrigere ⁊ reformare, prout superius tractatū extitit in.xj.rub.huius scđe partis.

¶ Item ꝙ extra ciuitates,dioceses,⁊ prouincias suas non cōmorentur,nec accedant ad curias principum,⁊ ꝙ economos ex dispensatione habeant.Et ꝙ contra facta predecessorum suorum rationabilia non veniant,⁊ ꝙ ante ordinationem eorum omnia ad officium eorum pertinentia.Et quod ipsi vel curia eorum pro minimis vel irrationabilibus causis excommunicationis,suspensionis,⁊ interdicti sententias non ferant.Et ꝙ magistros sufficientes in eorum ciuitatibus,⁊ diocesibus scholares docentes in generalibus studijs teneant. Discordātes ad concordiam reuocarent,⁊ ꝙ defuncti episcopi per vicinos episcopos sepeliantur,⁊ ꝙ per eos stipendia ecclesiastica iuxta probitatis merita assignarentur.⁊ ꝙ tempore chrismatis conficiendi,⁊ in solennitatibus se ab eorum ecclesijs nō absentarent,⁊ ꝙ ꝓcuratores in absentia non recipiant.suasq̃ ciuitates,dioceses,⁊ prouincias visitarent,⁊ coruꝫ officium in missarum solēnijs predicationibus,correctionibus,⁊ alijs adimplerent,ecclesiastica bona,⁊ beneficia cōgrue dispensarēt, ab oibus excessibus in victu,vestitu,ornatu,⁊ alijs similibus se cohiberent.Semper in mensa coraꝫ se legi facerent, rochetos extra deferant super guarnachias eorum,inualidis ⁊ languidis prouiderent,hospitalia erigerent,⁊ erecta fouerent.

¶ Item ad dictam reformationem prelatorū faciunt illa que dicta sunt supra specialiter in.xxxviij.rub.secunde partis.et etiam in prima.vij.viij.x.xj.xiij.xvj.xvij.xviij.xx.xxiij.xxvij.xxix.xxx.xxxj.xxxvij.xliij.xlix.lj.liij.lxvj.lxvij. lxxiij.lxxviij.lxxix.lxxxij.lxxxvj.vij.viij.ix.xcj. Et insuper omnia que dicuntur in sequenti rubrica.

SVMMARIVM

1 Clerus quomodo reformari debeat.

¶ Rub.xxix.de reformatione cleri.

1

a Ad cleri †reformationeꝫ pertinent omnia que de reformatione romane ecclesie,⁊ prelatorum premissa sunt in duabus precedentibus rubricis.

¶ Item ꝙ inhonesta ⁊ impia euellantur.Item ꝙ clerici seculares curas,⁊ negotia secularia non assumerent.Item qđ inhonesta,⁊ turpia lucra non sectarētur.Item ꝙ nullus de clero mendicaret.Sed omnes priusq̃ admitterentur ad cleruꝫ, haberent vnde viuerent,vel artem scribendi seu aliam honestam artem,de qua viuere possent,vel ꝙ de bonis ecclesie assignarentur redditus illis,qui perpetuo vellēt clerici esse,⁊ clericaliter viuere,⁊ ꝙ aliter non admitterentur ad clerum,nec gauderent priuilegio clericali,cuius obtētu multas violētias committunt seculariter,inhoneste,⁊ irregulariter viuentes,⁊ diuinis officijs,⁊ literarum studio non curantes.

¶ Item ꝙ nullus promoueretur ad aliquos ordines seculares vel regulares,nisi ꝓm artem bene,⁊ competenter sciret cātare,⁊ legere,⁊ latinum intelligere,⁊ congrue loqui,nec ad sacerdotium nisi vltra predicta sciret canones penitentiales,⁊ illa que sunt necessaria ad regimen animarum.

¶ Item ꝙ nullo modo persone ecclesiastice cohabitarent cū mulieribus quotquot essent in vna parochia sub disciplina curati, vel aliorum ꝓhoꝝ insimul viuerent,⁊ erudirentur secundum prouisionem primi capituli secundi concilij Tolet.posit.xxviij.dis.de his.⁊.xij.q.j.omnis etas.

¶ Item ꝙ omnes sortilegi,diuinatores, adulteri publici,⁊ alij de clero publice delinquentes publice punirentur.taliter ꝙ ceteri formidarent.Item ꝙ in victu ⁊ vestitu,⁊ in omni modestia statum excederent laicorum.

¶ Item ꝙ omnes homicidie voluntarij,⁊ in casu degradationis existentes priuilegium perderent clericale.

¶ Item ꝙ ludis inhonestis,⁊ reprobatis non intenderent, nec spectaculis,⁊ vanitatibus interessent.

¶ Item ꝙ officium ecclesiasticum vniformiter dicerent.Et ꝙ omnis diebus dominicis ⁊ festiuis simul ad diuina conuenirent,⁊ ꝙ per ecclesias non discurrerent, nec absq̃ literis episcoporum euagari valerent.

¶ Item ꝙ ab eis geniti in seruitutem redigerentur ecclesie.

¶ Item ꝙ seruarentur plura alia ad dictam reformationem facientia posita supra in secunda parte in rubrica prima.viij.x.xij.xiij.xiiij.xv.xvij.xviij.xix.xx.xxj.xxij.xxiij.xxvj.xxviij.⁊.xxx.Et specialiter in.xxxij.⁊ in.xxxiij.⁊ in.xxxiiij.⁊.xxxvj.⁊.xxxvij.⁊.xliiij.⁊.xlv.⁊.vi.xlix.L.lj.ij.lv.⁊.vj.⁊.lix.lx.lxij.lxiij.⁊.v.xlvij.viij.lxxij.⁊.iiij.vj.vij.viij.⁊.xciij.

SVMMARIVM

1 Religiosi quomodo reformari debeant.

¶ Rubrica.xxx.De reformatione religiosorum.

1

a Ad reformationem religiosorum similiter faciunt illa que dicta sunt in.iij.rubrica prime partis huius tractatus vbi agitur de exemptionibus necnon ⁊ secunde partis.liij.rub.in qua tractat̄ de statu ⁊ conditione dictorum religiosorum.⁊.xcij.in qua agitur de

exemptionibus necnon, et secūde partis. liij. rub. in qua tractatur de statu et conditione dictorum religiosorum. e. xcij. in qua agitur de abbatibus et prioribus. e. lxxxv. in qua agitur de mēdicātibus. e. xxij. iiij. v. viij. e. xxxv. vj. lij. lxxix. lxxxiij. e. viij.

¶ Decime colluctationis assensu molestis actibus quibus sagax indagatio pietatis obuiaret decreuit, non tam bene regendi licentia, quam se māsuetudo impugnasse probatur satis, ut opinamur illi et gloriosi principis et dcreto huius sancte sinodi contradictum esse conspeximus. Ita enim sanctus spiritus per vtrasq; diffinitiones mortalium corda perflauit, vt vitali flatu verbox in postex oēm exureret male cōcupiscentium rabiem animorum. Actum namq; est definitionibus ipsis, vt qr pietatis diuine incomprehensibilis natura se conditioni mortalium in vnione persone coniunxit misterio redemptionis humane. Nos quoq; membra capitis huius, et perfidie malum, et cōcupiscentiam, que radix omnium malorum est, et auaritiam, que inuenit seruitus idolorum, pari simul igne ac mucrone totoq; artificio radicitus euellamus ac desecemus, ab hinc ergo deinceps ita erunt in regni gloriaz preficiendi rectores, vt aut in vrbe regia, aut in loco vbi princeps decesserit cum pontificum maiorumq; palatij omnimodo eligantur assensu, non forinsecus cetu, aut conspiratione paucorum, aut rusticarum plebiuz seditione tumultuosa, sed erunt fidei catholice assertores, eāq; et hanc que imminet iudeorum perfidiam, et cunctarum heresum iniuriam defendentes, erunt actibus iudices, et vita modesti, erunt, in prouisionibus rerum parci plusq; extenti, vt factione scripturarum, vel definitionum qualiumcunq; contractus a subditis vel exigant vel exigendos intendant, erunt in conquisitis obligationibus gratissime rebus non prospectantes proprij iura commodi, sed consulētes patrie atq; genti. de rebus congregatis ab eis illas tantum sibi vendicent partes quas dictauerit auctoritas principalis regum, quecunq; inordinata relinquerint hereditabunt successores proprij eorum, et ante regnum iustissime conquisita, aut filij, aut heredes capiant iure proximitatis. De affinium successione, vel munere q̄uis inordinata relicta sint, aut primo tantum filijs, aut heredibus frequenter proficiant, vel propinquis, ita in eorum cunctis actibus moribus atq; rebus priuate legis auctoritas erit valitura, vt et perenniter maneat inconuulsa, et non prius regni apicem quisq; percipiat, q̄ se illa per omnia suppleturum iurisiurandi taxatione definiat, cui etiaz lege vel decreto episcopalem non solum in futuro, sed etiam in presenti reuerentiam apponentes decernimus, vt quicunq; detractor, et non potius venerator decreti eiusdem atq; legis esse maluerit, siue religiosus ille fuerit siue laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum etiam et sui ordinis dignitate priuet̄.

¶ Hoc est decretum vniuersalis ꝯcilij editū in noīe pncipis.

f Soliditatem reddidisse fracture atq; fecisse consurgere quod extiterat collisum, et incrementum est huius mercedis, et plenitudo consumate perfectionis, ponderi etenim collidentis ruine si equalium proximorum cura conuenit obuiare, quandoq; grandioris erit culpe prelibate in curie discrimen incurrere, si non quo valent ex communi onere sibi commissos procurent populos sublimare. Properanduz ergo est inter ruinas collisionum, caternas eripere collisoruz, vt ex hoc iugiter et vltra nec vigorem nocendi habeat execranda pressura, et omnis compressus nouerit sancte sanctionis esse sibi collata remedia. Cum diuersis ergo temporibus, dure dominationis sese potestas grauis attolleret, et in subiectis populis impiox dominatus nō reformaret iura reginius, sed excidia, vltionis aspeximus subditox statū nō ex ordine vegetari rectoris, sz deijci ex grauedine ptātis. Contraxerunt enim reges elata fastigia in bifronti dissidio motionis, et aut in culpis lex ardua seuiebat, aut in spolijs fauorem lex voluntaria commodabat, inde mestos animos nō spes fouebat ex munere, sz tollerantia vexabat in funere. Unde iā increpationis occursu non tantum nos abire sola ratio cogit, verum et ipsa cōmotio rerum impellit, vt ex omnium animorum deliberatione cōcordi illa maneat sententia dicti, que et finem ausibus rite ponat illicitis, et consultum saluandis iure ferat populis, quosdā namq; conspeximus reges preterq̄ fuerint regni gloriam assecuti extenuatis viribus populorum regie proprie lucrum congerere, et obliti q; reges sint vocati, defensionem in vastationē conuertunt, et vastationem defensione pellere defugiunt, illud granius innectētes q; ea que vīr acqrere, nō regni ꝺputāt honori vel glorie, sz ita malūt in suo iure ꝯfundi, vt veluti ex debito decernāt hec in liberox posteritatez transmitti. quāobrē in ꝓprietatis illa conant̄ redigere sinu, p quo solo ꝯstat illos imperij percepisse fastigium, et illud in iuris proprij collocant antro, quod populi vtilitatis acquisitum esse constat obtentu. nā nunquid ad illos, aut populorum aduentus, aut rerum poterat concurrere sensus, nisi extitissent glorie sublimati culminibus? Aut ab equalibus illi potuerint rerum coacernatione ditari, nisi per subiectos glorioso apice potuissent attolli? Omnia recte totius plebis memoria subiecta principale caput reuelat, attentum debite iussiois obtutu ab illo negociorum prospectant remedium, cui modo gratum, modo debitum irrogant censum. Regalis proinde ortodoxa sublimitas hec cuncta sibi debere conuincit, ex quo se regem recognoscit, et inde conquisita non alteri q̄ sibi iuste defendit. Unde non persone, sed potentie subdi hec debere non ambigit. Regem eterne iura faciunt, non persona, quia non constat sui mediocritate, sed sublimitatis honore. Que ergo honori debeant, honori deseruiant, et que reges accumulant regno relinquant, vt qr eos regni gloria decorat, ipsi quoq; regni gloriam non extenuent, sed exornēt. Qui itaq; trabem gestat in oculo, non potest festucam educere de oculo fratris sui. Ex his vniuersaliter instruens sicut Grego. in morali. ait vt qui ad aliena peccata reprehendenda, vel punienda constituti sunt et sua impunita relinquunt, reuocari debent intus ad conscientiaz vt prius propria corrigant et postea aliena reprehendant in grauibus peccatis quis positus dum suis p̄ remitur aliena non diluit. nec immunda manus sordes diluere valet. propter quod scribit Augustinus q; sacerdos, vt sapiens medicus et perfectus prius debet peccata sua diluere et poesta aliena dtergere et sanare. Et beatus ambrosius docet q; ille de alterius errore iudicet qui non habet in seipso quod condemnet, et qui non agit ea que in alio putauerit punienda ne cum de alio iudicat in seipso sniaz ferat. Nā q aliū docet, seipz nō docet, q p̄dicat nō furādū, furat̄, q dicit nō mechādū, mechat̄, q abhominat̄ idola, sacrilegiuz facit, et qui in lege gloriat̄, per preuaricationem legis dominum inhonorat, et per tales blasphematur nomen domini inter gentes sicut scribit apostolus ad roma. c. ij. Tales namq; prelati et sacerdotes (sicut Gregorius ad Januarium scribit) sunt laqueus iuuenum, et illi de quibus intelligi potest dictum Hierony. q; veteres scrutans historias inuenire nō potuit aliquos alios scidisse ecclesiam Dei, et de domo domini populum seduxisse preter eos qui sacerdotes a domino positi fuerant, et prophete id est speculatores versi in laqueum tortuosum et in omnibus locis ponentes scandalum. sequuntur enim sicut Beda in secunda epistola Petri scribit viam Balaam prophete ex Bosor qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem vero habuit sue vesanie, quia subiugale mutum hominis voce loquens, eius prohibuit insipientiam. et ideo iudei, pagani, sarraceni, et infideles qui rōne diuine agnitionis carent, et passim omnes peccatores et fideles talium distorta, et Deo contraria itinera sapiendo sanius redarguunt, et docti ab indoctis et clerici a laicis exemplo asine, redarguuntur. In cuius significatione per Ezechielem prophetam dominus dixit, A sanctis meis incipite. Quod beatus Petrus considerans ait, Tempus esse vt iudicium incipiat a domo Dei, quia s̄m Hieronymum non omnes episcopi sunt episcopi, nec sanctoruz sunt filij qui tenent loca sanctox, sed qui exercent opera eorum. Et ideo non est facile stare in loco Petri, et Pauli, et tenere cathedram regnantium cum Christo. Nā licet sanctum nemo esse dubitet quem apex tāte dignitatis attollit in quo si deficiant bona acquisita per merituz sufficiunt que a loci predecessore testantur, non tamen habet priuilegiuz non peccandi secundum Simachum Papam. Et quia aliqua culpa vel negligentia, aut remissio si que reperiretur in co ad mancipium gehenne innumerabiles populos trahit, Nec huiusmodi culpas istic redarguere mortaliuz vllus presumit, quia cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus nisi a fide deprehendatur deuius, sicut Bonifacius Papa et martyr scribit, habet secundum Nicolaum Papam et sanctam sinodum sacrosancta ecclesia romana in sinu suo colligere causam suam, et in seipsa ostendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuersari. Nam oues pastoris vocem audiunt et precuntis vestigia subsequuntur.

Summarium

SVMMARIVM

1 Ecclesia vniuersalis quomodo reformari debeat, et infra in discursu.
2 Genus humanum iure naturali, ⁊ moribus regitur.
3 Nouitas nostri tẽporis negligit quod antiquitas statuit.
4 Nouitas temporis nostri inquieta est.
Ordo ecclesiasticus quare confundatur.
5 Princeps lege diuina ⁊ apostolicorum non est solutus.
6 Principis auctoritas in peccatis non excusat.
Peccantium sublimitas iudicia peccatorum grauiora facit.
7 Prelati quia deterius in populis delinquunt, ideo ceteris grauius puniuntur.
8 Papa obligatur legibus humanis in concilijs, ⁊ canonibus contentis.
9 Principem legibus obtemperare iustum est.
10 Princeps quod populis prohibet sibi licere non patiatur.
11 Statutum pro tempore necessitatis, ea cessante cessare debet.
12 Tribulatio id esse non debet ceteris quod alijs est remissio.

¶ Rub. xxxi. de modo generali per quem vniuersalis ecclesia deberet reformari scilicet vt seruarentur iura, ⁊ reuocarentur in contrarium attemptata.

1 Primo dicta † vniuersalis ecclesia, ⁊ ẽt totus populus Christianus reformari posset, ⁊ valeret, ac deberet, si duo, a quibus secundum Gelasium papam principaliter hic mundus regitur, videlicet auctoritas sacra Pontificum, ⁊ regalis potestas, † humanum genus duobus quibus salubriter potest regi, videlicet naturali iure cõtento in lege, ⁊ in euangelio, ⁊ moribus hoc est humanis legibus sancti spiritus instinctu in canonibus apostolorum concilijs, ⁊ a Romanis pontificibus, ⁊ a catholicis principibus prelatis pro communi vtilitate gubernarent. Et ꝙ contra ea per eos vel per alios attentata in contrarium prout melius, conuenientius, ⁊ absq; minori scandalo fieri posset, reuocarent, corrigerent, ⁊ emendarent. Non obstantibus qbuscunq; priuilegijs, indulgentijs, libertatibus, immunitatibus, ⁊ exemptionibus datis ⁊ concessis in contrarium per eosdem. Non obstantibus etiam quibuscunq; vsibus, vel consuetudinibus contrarijs, que verius censende sunt corruptele. Et prouideret ne vno verbo ⁊ vno non obstante, que multis sunt excogitata vigilijs ⁊ matura deliberatione decocta, tollerentur ⁊ reuocarentur impune. † Nam qd antiquitas bene statuit, nouitas nostri tpis (licet ueneranda esset vetustatis auctoritas) male neglexerit. Et cum magistratus spirituales ⁊ temporales digesti fuerint ⁊ distincti, vt alij maiores, alij medij, ⁊ alij minores existerẽt, ⁊ ad quosq; eorum que ipsorum officijs appropriata fuerant ptinerent, ⁊ gradatim ad eorum officia pertinentia exercerent. Et que vni officio deputata fuerant, nequaq̃ ab alio turbarentur. † Nouitas nostri temporis sub inquietudine degit, quia dictum gradum ⁊ ordinem derelinquit. Secundum namq; Augusti. minus ordinata inquieta sunt, ordinata vero quiescunt. Et ideo quia antiqua ordinatio de regimine mundi ⁊ ecclesie, ⁊ sua vnicuiq; iurisdictio a romana ecclesia, ⁊ presidentibus non seruatur, ⁊ ordo ecclesiasticus confunditur, sicut Gregorius attestatur, sed ad se que ad minores ⁊ medios pertinent trahere volunt, vt in eis verificetur illud, cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum, mundus turbatur vniuersalis, ecclesia leditur ⁊ grauatur, ⁊ ordo ecclesiasticus confunditur, sicut Gregor. attestatur. † Et si forsan inferatur ꝙ legibus sunt soluti, responderi potest ꝙ non diuinis, nec illis in quibus dominus, vel eius apostoli, ⁊ eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid diffiniuerunt, sed eas vsq; ad animam ⁊ sanguinem cõfirmare debent, sicut Urbanus papa attestatur, Christus non venit soluere legem sed adimplere. † In his ergo in quibus peccatum includitur nequaq̃ presidentis auctoritas excusatur, sicut Simachus papa testatur, quinimo secundum Ilarium papam, Maiori reatu delinquit, qui potiorum honorum fruitur, ⁊ grauiora facit iudicia peccatorũ sublimitas peccantium, cum homo christianus secundum Joannem chrisostomum propter altitudinem dignitatis cadat fortius in peccatum, † ⁊ secundum Nicolaum papam, deterius in populis prelati delinquunt, ac per hoc grauius q̃ ceteri (secundũ beatum Gregoriũ) puniuntur. Nam si peruersa perpetrant, ⁊ cõ mittunt, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. † Et si ad humanas leges contẽtas in concilijs, ⁊ in sacris canonibus consideratio habeatur ad eorum obseruationem secundum Gelasium, ⁊ Zosimũ prima sedes pre ceteris obligatur. Et voluntaria eorũ transgressio in spiritumsanctũ blasphemia a Papa Damaso indicatur. Et Nicolaus papa scribit, quod ridiculũ est ⁊ satis abominabile dedecus traditiones quas antiquis temporibus suscepimus, infringi patiamur. † Justum namq; est, sicut Isidorus tertio libro de summo bono testatur, principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodiẽda existimet, quando ⁊ ipse illis reuerentiã prebet, principes legibus teneri suis, nec in se posse damnare iura que in subditis constituuntur iustum est. † Justa enim vocis eorum auctoritas si quod populis prohibent sibi licere non patiantur, in quo concordat etiam lex ciuilis, nec negatur, quin sicut quedã sunt, que nulla possunt ratione conuelli, sicut quin sint multa alia semper cõditione seruata, vt in his que vel dubia fuerint, aut obscura id nouerimus esse sequendũ, quod nec preceptis euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrũ inueniatur aduersum, sicut Leo papa testatur. † Si quid autem ꝓ remedio, aut pro necessitate temporis statuatur, cessante necessitate cessare debet pariter quod vrgebat, cum alius sit ordo legitimus, alia vsurpatio, prout Gelasius attestatur. Consideranda est itaq; ratio equitatis, vt sacrosancta romana ecclesia que iustitie mater ẽ, in nullo ab ea dissentire videatur, nec ita diuites aliquos faciat eorum inopiam releuãdo, vt multos in paupertate deijciat. † Cum secundum apostolum ad Corinthios quod alijs est remissio, ceteris non debeat esse tribulatio, nec omnia que licent expediant, prout idem Apostolus attestatur.

(Marginal note numbers in this passage: 2 at "cum, ⁊ regalis potestas"; 3 at "ratione decocta"; 4 at "ficio deputata"; 5 at "cut Gregor. attestatur"; 6 at "stus non venit"; 7 at "catum, † ⁊ secundum"; 8 at "tionis exempla"; 9 at "scepimus, infringi"; 10 at "tis constituuntur"; 11 at "niatur aduersum"; 12 at "in paupertate deijciat".)

SVMMARIVM

1 Ecclesia romana quid haberet agere, vt ecclesia vniuersalis reformari possit.
2 Ecclesiam Dei confundit dicere clerici sunt peiores q̃ laici.
3 Peccata mortalia in figura septem animalium designantur.
4 Fides sine operibus mortua est.
5 Mala si non corrigantur, excessus via alijs aperitur.
6 Uitia odit, qui errantes damnat.
7 Erranti consentit, qui non occurrit ad resecanda, que corrigi debent.
8 Ueritas cum non defenditur opprimitur.
Negligentia in prelatis mortale peccatum est.

¶ Rub. xxxij. de secundo modo reformationis ecclesie. scilicet vt mala exempla ⁊ scandalizantia, ⁊ ad peccatum tendẽtia resecarentur ab ecclesia Dei.

1 Secundo posset † vniuersalis ecclesia reformari, si romana ecclesia a se primo, ⁊ gradatim a prelatis ⁊ alijs mala exempla tolleret, ex quibus scãdalizatur, ⁊ quasi inficitur populus vniuersalis, ⁊ nomen domini dominatores populi, secundum Esaiam ex hoc sinunt
2 blasphemari. † Nam secundum Augustinum nihil magis cõfundit ecclesiam Dei vel ei officit, quam dicere peiores sunt clerici quam laici. Prob dolor quia videtur in ipsa ecclesia verificari dictum Esaie. xxxiiij. in figuram Babylonice ciuitatis gloriose in regnis ⁊ inclite in superbia caldeorum, de qua dicitur. Erit cubile draconum ⁊ pascua struthionum, ⁊ occurrent demonia. Onocentaurus ⁊ pilosus clamabit alter ad alterum, ibi cubauit lamia, ⁊ inuenit sibi requiem, ibi habuit foueam ericius, ⁊ enutriuit catulos. Illic congregati sunt milui
3 alter ad alterum. † Ex quibus signantur ⁊ signari possunt vitia ⁊ vitiosa exempla que sunt in vniuersali ecclesia reformanda, que possunt nomine ⁊ figura animaliũ septem que dictus Esaias propheta in supradicta auctoritate exprimit, per que septem peccata mortalia intelligere possumus, designari. Significatur namq; per ericium auaritia, per draconem superbia, per pilosum luxuria, per lamiam gula, per leenã inuidia, per onocentaurum odium ⁊ ira, per struthionem accidia, sicut in eorum prosecutione apparebit inferius. Et nisi in hoc sacro concilio prouideatur de competenti remedio in premissis, que
4 quasi manifeste ⁊ notorie in Dei ecclesia committuntur, † si

des (que secundum Jacobum sine operibus mortua est) dicetur per fideles ⁊ infideles in prelatis ⁊ personis ecclesiasticis (qui lux mundi esse debent ⁊ lucernas bonorum operum gestare in manibus) perijsse. Cum enim in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita, si vita defuerit, fides meritum non habebit, sicut Gregorius francie regibus scribit. Et elapso ⁊ trãsacto presenti sacro concilio, in omni statu reformatione carẽte, nisi reformatio debita facta fuerit incorporabiliter, peiora prioribus subsequentur. Et omnia imputabuntur domino nostro summo pontifici, eiusq; venerabili collegio, ⁊ huic sacro concilio, qui possunt ⁊ debent corrigere supradicta ⁊ ob-
5 uiare eisdẽ. † Scribit eniz Greg. Simicusano episcopo quod si negligenter ea que male vsurpantur corrigere omittimus, excessus viam alijs aperimus. Et Leo papa dicit ꝙ inferiorum ordinuz culpe ad nullos magis referende sunt quã ad desides negligentesq; rectores, qui multam sepe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.
6 † Et Joannes papa octauus scribit, quod facientium proculdubio culpam habent, qui quod possunt corrigere negligunt emendare, et negligere, cum possint, perturbare peruersos, nihil aliud est ꝙ̃ fauere impietati eoruz. Nec caret scrupulo societais occulte qui manifesto facinori desinit obuiare. Et ꝓ
7 batur odisse vitia qui damnat errantes. † secunduz autez Grego. consentire videtur erranti qui ad resecanda que debẽt corrigi non occurrit. Et secundum Innocentium papaz error cui
8 non resistitur, approbatur, † ⁊ veritas cum minime defensatur, opprimitur. Negligentia autem predicta corrigere in prelatis mortale peccatum est, ⁊ depositionem inducit, sicut iura testantur. Unde Calixtus papa ait, si ecclesiasticam sollicitudinem vigoremq; negligimus, perdit desidia disciplinam ⁊ animabus profecto fidelium nocebitur.

SUMMARIUM

1 Ambitio, cupiditas, ⁊ auaritia, per ecclesiam reprehenditur. Simonia per vtrumq; testamentuz detestatur.
2 Auaritia postꝙ̃ in imperio romano creuit, lex de sacerdotibus, ⁊ visio de prophetis perijt.
3 Sacerdos vlla cupiditate violari non debet.
4 Auari mens semper auruz ⁊ argentum videt, ⁊ aurum gratius ꝙ̃ solez intuetur.
5 Auaro totus mundus diuitiaruz non est obolus. Pauper si non habet quod offerat, non soluz audiri contẽnitur, veruz etiaz contra veritatez opprimitur.
6 Auruz sitiuit crassus, auruz bibit, ⁊ auro perijt.

¶ Rubrica. xxxiij. de auaricia, ⁊ ambitione, ⁊ questibus, ⁊ simonia, ⁊ muneribus.

1 Sane ꝙ reproba † exempla ambitionis, cupiditatis, ⁊ auaritie publice vocentur ⁊ arguantur ꝑ fideles ⁊ infideles, in romana, ⁊ etiam in vniuersali ecclesia, euidenter demonstrant questus, ⁊ munera, que pro ecclesiasticis beneficijs, dignitatibus, ⁊ officijs recipiuntur, ⁊ dantur, in animarum dantium ⁊ recipientium detrimentum, in peccatum simonie, quam vtrinsq; pagina testamenti detestatur, ⁊ que est, ⁊ reputatur heresis, ad idem pertinent questus, qui fiunt ꝑ legatos, ⁊ nuncios, ⁊ familiares apostolice sedis, ⁊ per illos qui in domini Pape ⁊ prelatorum seruitijs commorantur. Ad idem pertinent tallie, subiectiones, subsidia, procurationes in absentia, emolumenta scripturarum ⁊ sigilloꝝ, que exiguntur, recipiuntur, ⁊ leuantur a prelatis superioribus, ⁊ inferioribus eorundem. Ad idem questus indulgentiarum, priuilegioruz, dispensationum, ⁊ exemptionum. Ad idez spectant multiplicationes beneficiorum, ecclesiasticorum, ⁊ pensionum, que indebite vni committuntur, ⁊ conferuntur persone. Ad idez exemptiones munerum, venditiones iurisditionum, lucra turpia, ⁊ inhonesta negociationum secularium, ⁊ mercationum, quaruz multe ad speciem vsurariam, quam mercatores ecclesiasticarum personarum pecunias tenentes exercent dietim, pertinent. Ad idem pertinent eleemosynaruz defraudatio, hospitalitatis restrictio, munerum ecclesiasticaruz personarum ad cultum diuinum deputatarum diminutio, prelatorum ⁊ curatoꝝ in solẽnitatibus ⁊ alijs ecclesiasticis ciuitates, ⁊ loca sua fugientium, euagatio. Ad idem pertinet argumentum satis de nouo in romana curia introductuz, de his que pro bulla, scripturis, ⁊ alijs quibuscunq; que consueuerũt in ea ab antiquo persolui, Super quibus omnibus esset de cõpetentibus ⁊ contrarijs remedijs (cum secundum phisicoruz assertionem medicina fiat per contrarium) salubriter in hoc sacro concilio prouidendum. Nam in omnem terram in qua exiuit sonus apostolorum, sancta Dei ecclesia ⁊ potissime sacrosancta romana infamata est, ⁊ vulgariter cuncti clamant ⁊ refricant qđ in ea ⁊c. Omnes a maiori vsq; ad minorez auari-
2 tie student. † Ex quo autez in ecclesijs, sicut in romano imperio creuit auaritia, perit lex de sacerdotibus, ⁊ visio de prophetis, sicut Hieronymus ad rusticum Narboneñ. Episcopum scribit, Nec mirum qđ secunduz Gregoriuz bonoruz auctori inherere aliter non valemus, nisi cupiditatem a nobis
3 que omnium malorum radix est, abscindamus. † Et ideo secũdum Leonem Papam, virum catholicum, ⁊ precipue domini sacerdotez, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sacra scriptura ecclesia. xviij. Post concupiscentias tuas ne eas. Mens etiam vt idem Leo ait, potentie auida, nec abstinere nouit a vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum. Nam sicut hi qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas sed phanta-
4 sias passionis sue vident, † ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum videt, ⁊ gratius intuetur aurum quam solem, ipsa eius oratio, ⁊ supplicatio ad Deum aurum querit, semperq; redditus computat, sicut beatus Ambrosius probat. Tali autem, sicut Au-
5 gustinus ad Macedonium scribit, † totus mundus diuitiarũ non est obolus, a talibus secundum Isidorum cito auro iustitia violatur, ⁊ pauper dum non habet quod offerat non soluz audiri cõtẽnitur, sed etiam contra veritatem opprimit̃, nullãq; reus pertimescit culpam, quam redimere nummus existimat.
6 † Crassus aurum sitiuit, ⁊ auruz bibit, ⁊ eque auro perijt, vt veneno quod est exemplum omnibus auruz desiderantibus formidandum. Hec igitur auaritia per eritium figuratur congrue quia est animal figuratum spinis, diuitias (vt Christus in euangelio ait) significantibus, per quarum acquisitionem in laqueum diaboli, secundum Apostolum, incidiur, ⁊ cum eis homo a diabolo capitur, sicut ericius dum in spinis fructibus oneratur, de quo eritio Esaie decimotertio perdam Babilonis reliquias, ⁊ ponam eam in possessionem erinij, ⁊ Sophonias accubabunt in medio eius omnes bestie ⁊ eritius.

SUMMARIUM

1 Superbia in ecclesia in notorio vestium excessu, equoruz, ⁊ familiarum moderanda esset, ⁊ nu. seq.
3 Beneuolentia in corrigendo plus agit ꝙ̃ seueritas. Honor in superbiam inflat.
4 Prelatos apostolorum successores vilipendentes Deum vilipendunt.
5 Superbia per draconem.

¶ Rubrica trigesimaquarta, de superbia, elatione, ⁊ pompis ecclesiasticis, ⁊ nimijs, ⁊ varijs aparatibus, ⁊ conuiuijs vitandis, ⁊ quod taxaretur certus numerus euectionum, familiarium, ⁊ modus ornatuum.

1 Quod † perniciosa exempla elationis, ⁊ superbie manifeste, tam in capite, quam in membris in Dei nascantur ecclesia, cum probent excessus notorij vestium, ornatuum, societatuz, familiaruz, equoruz, armoruz, verboruz, ⁊ factorum, quibus status ecclesiasticus extollitur, se quibuslibet preferẽdo, aliorũ vitã ⁊ merita deprimẽdo, ⁊ obũbrãdo seipsos, ꝯmendãdo improbos ⁊ defendendo, sancta indignis committẽdo, malos pro bonis, ⁊ bonos pro malis approbando, prout Ambrosius in libro de
2 officijs attestatur, † Remedium esset ꝙ caperetur certus numerus euectionum, ⁊ familiarium, ⁊ modus ornatuum. Ad idem pertinet, qui ex dictis elatione ⁊ superbia contra doctrinam Bracharen. concilij subditi non leniter castigantur, sed cum asperitate nimia (contra admonitionem Apostoli, qui ait, argue, obsecra, increpa in omni patientia, ⁊ doctrina) immo asperrime puniuntur. ⁊ aliqui superiores, ita volunt ꝑ modicis excessibus in eorum subditos (licet oneratos) penis efferuescere,

fernescere, sicut latrocinantium poterant promereri persone, nec seruatur instructio Leonis Pape dicentis, quod licet nō nunquam accidant, que in sacerdotum sunt reprehendenda
3 personis. † Plus tamen erga corrigendos agat beniuolentia quam seueritas, plus coarctatio quam comminatio, plus charitas quam potestas. Sed ab illis qui que sua sunt querunt, non que IESV Christi, facile ab hac lege disceditur, ⁊ dum dominari magis quam consulere subditis placeat, honor inflat in superbiam, ⁊ quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxiam. Isti sunt quibus dominus loquitur per Ezechielem prophetam dicens, Vos cum asperitate imperabitis eis, ⁊ cum potentia. Nam (sicut Gregorius in moralibus exponit) cum austeritate, ⁊ potentia imperant, qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed aspere inflectere dominando festinant. Tales namque in quodam sibi videntur summitatis culmine residere, ⁊ infra se positos despiciunt, quibus frequenter in consulendo loqui, sed vix dominādo dignant̄, nec imitantur (sicut deberent filij charissimi) exēplum CHRISTI in Matthei vndecimo capite dicentis, Discite a me, quia mitis sum ⁊ humilis corde. Vnde verendum est, ne cum Nabuchodonosor de eius gloriante potentia, in mentem bestialem mutentur. Sed vtinam cum eo penitentiam agant, ne cum elationis, ⁊ superbie Principe reci-
4 piant portionem, † ⁊ hoc tangit specialiter in Romana curia existentes, qui prelatos successores Apostolorum, ⁊ alios secundum status eorum exigentiam non honorant, quinimmo contemnunt, ⁊ vilipendunt eosdem, se eis in sedibus, ⁊ alijs indebite preferentes, minus prouide attendentes sententiā domini in Mattheo, ⁊ Luca, dicentis de Apostolis, quod Anacletus Papa ad eorum successores extendit. Qui vos recipit, me recipit, ⁊ qui vos honorat, me honorat, ⁊ qui vos spernit, me spernit. Qui autem eum spernit, spernetur a domino, cum spernat eum scilicet CHRISTVM, a quo primo in nouo testamento cepit pontificatus, ecclesie veneranda potestas. Sed vtinam nostris temporibus non videndum ꝙ in ecclesia catholica, sicut dudum fuit ⁊ greca factum, nisi de alio prouideatur remedio per Romanā ecclesiam humiliantem seipsam, ⁊ aliarum iura non vsurpantem illud dictum oratoris domitij. Cur ego inquam te habeam, vt Principem, cū
5 tu me non habeas vt senatorem. † Hec igitur superbia figurata est per Draconem, qui maximus est cunctorum serpentiū siue animantium super terram. qui sepe a speluncis abstractus fertur in aerem. Sic ⁊ prelati multi ecclesie dignitate, ⁊ potestate, nobilitate, ⁊ diuitijs maiores ceteris, a speluncis domorum paternarum abstracti, ⁊ postmodum in ecclesia sublimati in aere vane glorie, ⁊ superbie efferuntur: quos quasi quandam pestem, immo veram pestem fastidiens Hieronymus asserit fugiendos, quibus in Ezechiele dicitur, Assimilatus es draconi, nam ventilabas cornu in fluminibus tuis. talibus draconibus formidanda est sententia Psalmi dicentis, Dilecto contribulasti capita draconum in aquis, dedisti eum escam populis ethiopum, id est demonum.

SVMMARIVM

1 Clerus dat populo perniciosa exempla luxurie.
2 Etas omnis in adolescentia ad malum prona est.
3 Clerici mulieres extraneas secum habere non debent.
4 Feminarum accessibus se copulans cum Deo toto corde habitare non potest.
5 Clerici a quibus abstinere debeant, ⁊ nu. seq.
6 Clerici a mundi voluptatibus se abstinere debent.
7 Luxuria figuratur per pilosum.

¶ Rubrica trigesimaquinta, De luxuria, inordinatione, ⁊ cohabitatione clericorum, ⁊ mulierum, ⁊ voluptatibus euitandis.

1 **Quod † perniciosa exempla** luxurie a clero populus recipiat Christianus, testimonium perhibent gradientes filij super terram, sicut Gregorius de Ioanne diacone Neapolitanis ciuibus scribit. Et rubrica de filijs presbyterorum, ⁊ de cohabitatione clericorum, ⁊ mulierum. Et licet multe super innouatione ordinis clericorum hactenus emanauerint sententie patrum, nihilominus ipsorum queuis correctio morum quamquam vltimo illata fuerit, non solum in authores scelerum, verumetiam in progeniem damnatorum protenditur, sicut in Toletano concilio continetur. Nempe cum difficile sit inter prunas, ⁊ flammas igneas, siue quodāmodo
2 impossibile, non exuri. † cū omnis etas ab adolescentia in malum prona sit, ⁊ procliuis sit cursus ad voluptates, naturaqꝫ imitatrix sit vitiorum, fomesqꝫ peccati, ⁊ stimulus sathane ei cohereant, ⁊ difficile sit cōtinere, pauciqꝫ sine vitio carnis reperiantur, sicut Gregorius secundino Episcopo scribit, luxurie carnisqꝫ vitio incentiuum tribuit quia remedia, que hactenus super a sanctis concilijs sanctis patribus, ⁊ Romanis pōtificibus statuta sunt, non seruantur. Sicut est illud ab omnibus constitutum, quod habitatio mulierum, ⁊ predictarū personarum euitetur. In tertio namqꝫ capitulo niceni concilij ex-
3 titit ordinatum, siue constitutum. † Neque episcopo, neqꝫ presbytero, neque diacono, neque vlli clericorum omnino licere habere secum mulierē extraneam, nisi forte mater, aut soror, aut auia, vel amita, vel matertera sit, quia in his solis personis, ⁊ harum similibus omnis, que ex mulieribus est suspitio declinatur. Et qui preter hoc ageret periclitaretur de clero. Et idem in effectu constitutum fuit in tribus ⁊ quatuor capitulis secundi concilij Agathensis, ⁊ in decimo, ⁊ in vndecimo capitulis concilij Arelatensis, ⁊ in vigesimoquinto capitulo concilij Aurelianensis, ⁊ in vigesimoseptimo capitulo concilij Elibertani, ⁊ in decimosexto capitulo concilij Hirlerdeñ. ⁊ in secundo capitulo concilij Toletani, ⁊ in quadragesimosecundo ⁊ quadragesimotertio capitulo quarti concilij Tolletani. ⁊ trigesimosecundo capitulo quarti concilij Bracharensis. plus etiam fuit in primo capitulo Terraconeñ. concilij constitutū, quod clerici ad proximas sanguinis sine testimonio non accederent. Et secundum Augustinum omnes que cum sorore mea sunt, sorores mee non sunt.

¶ Ad idem concilium Hieronymi dicentis Hospitiolum tuum, aut raro, aut nunquam mulierum pedes tangat, vel te-
4 ratur, † quia non potest toto corde habitare cum Deo, qui feminarum accessibus copulatur, propter quod Gregorius in quarto dyalogo, commendabile exemplum ponit de presbytero, qui presbyteram suam ante susceptos ordines in coniugem habitam ex tempore accepti ordinis, vt sororem, diligens, sed quasi hostem cauens ad se accedere propius sibique appropinquare occasione aliqua non sinebat.

5 ¶ † In Agathensi concilio extitit ordinatum, vel constitutū quod presbyteri, ⁊ alij qui ducendi vxores licentiam non habebant, alienarum nuptiarum conuiuia euitarent, nec illis immiscerentur cetibus, vbi amatoria cantarentur, aut obsceni motus corporis choreis, ⁊ saltationibus efferuntur, ne auditus, ⁊ obtuitus sacris misterijs deputatus turpium spectaculorum atque verborum contagione pollueretur. In Laodiceñ. concilio extitit constitutum, quod clerici, ⁊ ministri altaris spectaculis, aut nuptijs non interessent. Et ad idem concordat decimotertio capitulo concilij Carthaginensis quinto capitulo cōcilij Arelateñ. ⁊ etiam adijcitur quod qui in theatris conueniunt, excommunicentur, ⁊ idem in quinquagesimonono capitulo tertij concilij Bracharensis.

¶ Item Isidorus de vita clericorum scribit vigesimatertia
6 distinctione his. † ꝙ dicti clerici a vulgari vita seclusi, a mundi voluptatibus se abstineant, non spectaculis, non pompis, intersint. Et quod conuiuia publica fugiant, priuata non tantū pudica, sed sobria colant, vsuris nequaquam incumbant, neqꝫ turpium occupationibus lucrorum, non fraudibus cuiuscūqꝫ studium appetant, amorem pecunie, quasi materiam cunctorum criminum fugiant, ⁊ secularia officia, negociaqꝫ abnuant, honoris gradum per ambitionem non suscipiant. Pro beneficijs medicine Dei munera non accipiant, Dolos ⁊ coniurationes caueant, Odium, emulationes, obtrectationes atqꝫ inuidiam fugiant, non vagi oculis, non effreni lingua, aut petulantia fluidoqꝫ gestu incedant, sed pudorem atqꝫ verecundiā mentis simplici habitu, incessuqꝫ ostendant, obscenitatem verborum ⁊ membrorum, sicut ⁊ operum penitus execrentur, viduarum, ⁊ virginum frequentationes penitus fugiant, contubernia extranearum feminarū nullatenus appetant, castimoniam quoqꝫ inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant, aut certe vnius matrimonij vinculo federent̄, senioribus quoqꝫ

debitam prebeant obedientiam, neque ullius iactantie studio semetipsos attollant, doctrine lectionibus, psalmis, hymnis, ⁊ canticis exercitio iugiter incumbant. Tales enim esse debent qui divinis cultibus se esse mancipandos studēt scilicet ut dū scientiam operam dant doctrine gratiā populis administrēt. ¶ In concilio etiam Maneteñ. constitutum fuit quod dicte persone ecclesiastice plausus, ⁊ risus inconditos agere, aut fabulas inanes referre, aut cantare non presumerēt, nec turpia ioca ante se fieri paterentur, nec larvas demonum ante se deferri consentirent. Et quod in mensis honeste conversarētur, ⁊ sobrie viverent ⁊ comederent. Cum itaque vite mundicia esset pre ceteris in his qui ferūt vasa domini, sicut ipse dominus per Esaiam prophetam precipit requirenda, esset plurimum ad refrenandum inordinationem, ⁊ luxuriam status ecclesiastici vigilandum.
7 † Hec autem luxuria a predicto Esaia propheta figurata est per pilosos, quorum alter clamabat ad alterum, Pilosi enim secundum septuaginta interpretes, ⁊ secundum Isidorum ethimolog. sunt demones incubi ab incubando dicti, quia sunt improbi, ⁊ interdum cubant cum mulieribus, per quos recte qui luxuriose agūt in ecclesia ⁊ spiritu maligno ducuntur, qui spirituales esse deberent, significari possunt similes Esau, de quo in Genesi dicit̄ quod pilosus erat. Et tales sunt Deo odibiles, sicut ⁊ ipse Esau fuit, de quo scribitur, Jacob dilexi, Esau autem odio habui.

SUMMARIUM

1 Clerus lautius vivit q̄z faciant principes.
2 Ebrietas ubi est, ibi libido ⁊ furor dominatur.
3 Vina Loth vicerunt, quem sodoma non vicit.
4 Ebrietas si non fuisset, servitus non esset.
5 Ebrietas sicut prohibetur, ita ⁊ veracitas.
6 Clerici a crapula ⁊ ebrietate abstinere debent.
7 Christum crucifixum pauperem plenis corporibus predicare ignominia est.
8 Redditus ecclesiarum in conviuijs excessivis expenduntur.
9 Gula per milvum designatur.
Milui mature designatio.
10 Clerus circa victum reformari deberet.
11 Episcopo visitanti secundum qualitatem loci convivia preparari debent.

¶ Rubrica trigesimasexta, De regula, ebrietate, ⁊ comessationibus, ⁊ ferculorum multiplicitate, ⁊ superabundātia resecandis, ⁊ cohibendis.

Q

Uod pernitiosa exēpla peccati gule universus populus christianus a clero recipiat, in aperto apparet,
1 † cum dictus clerus lautius, ⁊ splendidius, ⁊ pluribus ferculis q̄z faciant reges, ⁊ principes domini contra honestatem ecclesiasticam, ⁊ clericalem regulam, ⁊ doctrinam constitutam a sanctis patribus conuiuentur. In regula apostolica ad Titum tradita continetur, q̄ promovēdus sit sobrius, ⁊ non violētus. Et hoc forte quia sicut Hieronymus ait, Venter mero estuans, cito despumat in libidinem,
2 † ⁊ ubi ebrietas ibi libido dominatur, ⁊ furor, Luxuriosa res est secundum eundez vinum, ⁊ contumeliosa ebrietas, ⁊ omnis qui cum his immiscetur, non erit sapiens, propter quod sponsa Christi vinum monetur fugere, ut venenum. In veteri testamento ministri templi vinum, ⁊ siceram bibere prohibebantur, ne ebrietate gravarentur corda eorum ⁊ ut sensus eorum semper vigeret ⁊ tenuis esset. Noe enim nudavit femora.
3 † Et Loth quem sodoma non vicit, vina vicerūt. Apostolus autem scribit ad romanos, ad exordiū conditionis humane prospiciens, Bonum est vinum non bibere, ⁊ carnes non comedere, vinum enim cuz carnibus post diluviū dedicatum est. Secundum Ambrosium, sexto die bestie sunt create, ⁊ cum eis orta est edendi potestas, ⁊ usus escarum. ubi cibus cepit, ibi factus est finis mundi, unde per cibos mundus habet minui per quos desinit augeri.
4 † Non esset servitus si ebrietas non fuisset. In canonibus Apostolorum episcopus, aut presbyter, aut diaconus alee atq̄ ebrietati deserviēs si non desinat, condemnatur, subdiaconus, lector, aut cantor similia faciens, ⁊ non desinens, communione privatur, ⁊ statuitur, ut ille quem ebrium fuisse constiterit triginta dierum spacio a communione submoveatur, aut corporali supplicio subdatur. Cum autem vinolentus esse prohibetur minister ecclesiasticus, gule intemperantiam nequaquam habere permittitur.
5 † Nam sicut ebrietas ita ⁊ voracitas prohibet̄, ⁊ utrunq̄ inter opera tenebrarum Apostolus ad Romanos connumerat, dicens, Non in comessationibus, ⁊ ebrietatibus ⁊c. Ventris namque ingluvies ad luxuriam facile provocat, ⁊ omne opus bonum dissolvit, unde venter ⁊ genitalia sibimetipsis vicina sunt, ut ex vicinitate membroꝝ intelligatur confederatio vitiorum. Venter cui coquorum multitudo deservit, edificia virtutum ad solum redigit. Sacerdoti secundum Hieronymum de altari vivere licet, non luxuriari permittitur, personis ecclesiasticis tabernas, nisi causa necessitatis intrare, in Laodiceñ. ⁊ Carthaginensi concilijs easq̄ tenere in sexto sinodo prohibetur.
6 ¶ † A crapula ⁊ ebrietate in generali concilio abstinere iubentur clerici universi. super Micheam prophetam scribit Hieronymus q̄ ecclesie principes qui delitijs affluunt, ⁊ inter epulas atq̄ delitias pudicitiam servare se credunt, propheticus sermo dicti Michee prophete describit quod eijciendi sunt de spaciosis domibus lautisq̄ cōuiuijs ⁊ multolabore conquisitis epulis in tenebras exteriores, ubi erit fletus ⁊ stridor dentium.
7 † Nam confusio ⁊ ignominia est Christum crucifixum pauperem ⁊ esurientem fartis corporibus predicare, ⁊ ieiuniorum doctrinam rubentes ⁊ tumentia ora proferre, inferens idem Hieronymus q̄ si in apostoloꝝ loco sumus, non solum sermones eorum imitemur, sed conversationem ⁊ abstinētiā. Esset itaq̄ super sobrietate ⁊ parcimonia servandis in statu ecclesiastico providendū,
8 † cum magna pars ecclesiasticorum redditnum in excessivis conviuijs ⁊ comessationibus expendatur. Unde verendum est q̄ Deus propter hec ⁊ alia contra ecclesiam ⁊ eius ministros irascatur, ⁊
9 q̄ eam permittat deprimi, sicut fecit iudeos. † Hec autem gulositas a dicto propheta per milvum cōgrue designata est, cuz secundum Isidorum. Milvus inter alias aves mollis, ⁊ voracissimus, ⁊ rapacissimus describatur, ⁊ inter immunda animalia in Levitico ⁊ in Deuterono. figuratus, gulosos molles ⁊ mollia diligentes, escarum voratores ⁊ devoratores qui immundi sunt, ut supra probatū est, est competenter designans.
10 † Remedium bonum esse videtur q̄ statueretur ne ultra tria fercula ministrarentur, nec in dictis tribus ferculis in quantitate excederent, nec in quolibet ferculo diversas species comestibilium apponerent, sicut frequenter faciunt capones, perdices, fasianos, cuniculos, ⁊ lepores in uno incisorio, in tāta copia ministrando, quod de hoc quod in uno incisorio ponitur posset sufficienter serviri undecim vel duodecim personis. Et q̄ circa ministrationem vinorum, confectuum, ⁊ specierū, ⁊ excessuum vestium in ipsis ⁊ familiaribus eorundem, modificatio haberet̄ in toto, ⁊ in domibus ꝓprijs ⁊ alienis,
11 † ⁊ potissime in ꝓcurationibus, ⁊ visitationibus circa quas multi platoꝝ excedūt supra vices suas, ab illis quos visitant quinia sibi preparari facientes, contra prohibitionem Grego. defensori Sicilie factam, ⁊ constitutionem Pelagij qui prohibet (Cresconio scribens) prandia enormia fieri, mēdans secundum mediocritatem uniuscuiusq̄ loci, episcopo visitāti convivium preparari, Tantusq̄ excessus est, ⁊ in preparatione conviviorum ⁊ in numero evectionum contra provisionem concilij Lateraneñ. q̄ interdum victum longi temporis brevis hora cōsumit, ⁊ usq̄ ad extreme virtutis exinanitionem quasdam basilicas perdit contra. vij. ca. quarti concilij Toletani.

SUMMARIUM

1 Invidia in ecclesia Dei multum radicata est.
2 Invidia in clero multos periclitari facit.
3 Malū nullū peius est, q̄z christianos sacerdotibus invidere.
4 Invidia per lamiam figuratur.

¶ Rubrica trigesimaseptima, De invidia, ⁊ detractionibus, ⁊ partialitatibus.

P

1 Eccatum invidie † nimis patēter ⁊ notorie videtur in ecclesia Dei radicari. Nam vix est aliquod collegium in quo propter dictam invidiam divisiones, scissure ⁊ partialitates non fiant, ⁊ q̄tum in ipsis est unitatem

est vnitatem ecclesie que diuisionem non capit, contra doctri-
nam Pelagij scindunt, ⁊ tunicam domini inconsutilem ⁊ indi
scissam minutim per frusta discerpunt. sicut Hierony. attesta
tur, nec proficit constitutio concilij Carthaginen. continentis
q clericus fratrum profectibus inuidens, donec in vitio est,
non promoueatur, Cum dicta constitutio non seruetur, ⁊ ad
iam promotos dicta inuidia que in interioribus medullis recō
dita est, sicut habetur in octaua sinodo, diriuetur. Et ex hac in
2 uidia † plurimi periclitantur in clero, sicut ⁊ propter prelatio-
nis inuidiam, Abel a Caym fratre suo extitit interfectus, sicut
in Gene. continetur. ex hac inuidia multe false accusationes,
⁊ delationes fiunt in clero ab his, qui inuidie stimulis agitan-
3 tur, sicut Anacletus papa testatur. † Nec peius malum est se
cundum Gregoriū quam christianos sacerdotibus inuidere.
Hec inuidia ab Isidoro de vita clericorum plurimum repro-
batur. Dicit enim Clerici emulationes, ⁊ obtrectationes, ⁊
4 inuidiam fugiant. † Hec inuidia recte a dicto Esa. figurata est
per lamias que a lamiando dicte sunt, que sicut Isidorus ait
in libro ethimolo. fabulose in fauces, ⁊ laniatis narrantur. Et
secundum Gregorium in glos. super illud Treñ. iiij. Sed ⁊
lamie nudauerunt mammam ⁊c. Dicit quod lamie crudeles
sunt, ⁊ suis fetibus quos lamiarunt feruntur, per quas inuidi,
⁊ detractores significantur, qui bonorum mores vitamque quā
tum in ipsis est lacerare nituntur, deteriores secundum Ana-
cletum papam quam hi qui substantias aliorum prediaqꝫ diri
piunt. Tales secundum Gregorium in puluerem sufflant, ⁊ in
oculos suos terram excitant. vt vnde plus detractionis perflāt,
inde magis nihil veritatis videant.

SVMMARIVM

1 Detractores homicide dicuntur.
2 Odium fugere debent clerici, ⁊ odio peccata habere.
3 Sententia per iram ferri non debet.
4 Ira innocentes sepe ad crimen adducit.
Ire locus dandus est.
5 Judicia publica exercentes, furore aliquo ad sententiam duci non debent.
6 Occidens proximum per insidias, ab altari euellatur.
7 Ira per onocentaurum designatur.
Centauri qui fuere.

Rubrica trigesimaoctaua. de ira ⁊ odio ⁊ precipitatione in sententijs, ⁊ alijs euitandis.

P Eccatum ire ⁊ odij
inter personas ecclesiasticas sicut de inuidia pre
missum est, fere in singulis collegijs notorie radi
1 catur. † Nec videtur clerus considerare quod
beatus Petrus homicidiorum tria genera, ⁊ eorum penam
parilem esse dicebat. sicut enim homicidas interfectores fra-
trum, ita quoque eorum detractores eosque odientes homici-
das esse manifestabat. sicut ex epistola Clementis habetur
2 hoc odium, † sicut Isidorus de vita clericorum ait, maxime per-
sone ecclesiastice fugere debent, ⁊ odio peccata habere, nō ho
mines, sicut Leo papa rustico Narbonensi episcopo scribit, ⁊
ex officio suo eos qui se odio habent, aut longinqua inter se li-
te dissenserint ad pacem, ⁊ concordiam inducere, ⁊ per censu-
ram ecclesiasticam, si opus fuerit, compellere debent, sicut ha
betur in concilio Agatensi, ⁊ super pace, quam odium impe-
dit, conseruanda, sibijpsis mutuum concilium ⁊ auxilium, non
obstante cuiuscunqꝫ amore vel odio, impartiri, Sicut Innocen
3 tius papa secundus testatur. † Nec odio, nec rancore, nec ira
debent suas sententias fulminare, nam illa prepositorum solici
tudo est vtilis, illa est cautela laudbilis. in qua totū ratio agit,
⁊ furor nihil sibi vendicat. Quare restringenda est sub ratione
potestas, nec est quid agendum priusquam concitata ad tranquil-
litatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum pu-
tat esse omne quod fecerit. sicut Gregori. imperatori Mauri-
4 cio scribit, † Ira sepe etiam innocentes ad crimen adducit, quā
do iusto amplius irascimur, ⁊ volumus aliena cohercere pec
cata, grauiora committimus, sicut Ambrosius attestatur, pro-
ter quod apostolus scribit romanis, Non vos vindicantes ca-
rissimi, sed date locum ire, hoc est declinemus eam, ne nos illa
corripiat. † Summo igitur opere precauendum est ne rectores
ecclesie, ⁊ qui publica iudicia exercent in dictandis sententijs
nullatenus leuitate, aut furore ducti sint pcipites, sicut ait Gre
go. Qđ minime obseruatur ab his qui iuris ordinem in feren-
dis senteutijs non obseruant. ⁊ qui more ⁊ vltra morem laicoꝝ
se vindicant, ⁊ per se ⁊ per alios vindictas publicas fieri man-
dāt ⁊ faciunt sub confidētia ecclesiastice libertatis, nullius p-
timescētes culpam, quam se redimere nummis posse existimāt
sicut Isidorus ait. Ex quo frequenter ꝯiurationes ⁊ ꝯspiratio
nes, vt in decretali Gregorij decimi ꝓ humani. ꝯ assassinos, ⁊
contra illos qui p eos vindictas mādāt fieri, non seruant. ⁊ in-
super qui psonis ecclesiasticis homicidia studiose ppetrātibus
prebent defensio in psonis, ⁊ in ecclesijs receptant. q tñ sicut do
6 minus pcepit in exodo, ⁊ ꝯtinet decretalis. † si p industriā occi
dāt pximū suū ⁊ p insidias, ab altari dei euellēdi sunt vt moriā
tur. qđ si executioni mādaret ꝯ clericos ⁊ laicos p industriā oc
cidētes, ⁊ degradarent persone eccl'iastice talia homicidia stu-
diose, ⁊ voluntarie ppetrātes, summū esset remediū eccl'ie sancte
dei ꝯ insolētias ⁊ scādala clericoꝝ ⁊ religiosoꝝ q p certitudinē
quā hñt qđ pp talia maleficia nō tradentur curie seculari, nec
morti subijcient q ad sacros ꝓmouent ordines, ex dicta impu-
nitate ad statū clericalē accedit vt ex h ⁊ būficio canonis si qs
suadēte diabolo, cuius snīa videret cū talibus retrahēda, fiāt q
7 neqꝫ fuerāt, neqores. † Cōgrue itaqꝫ a dicto Esa. pphe. hoc
odiū ⁊ ira p onocētauꝝ in auctoritate ꝓposita designant. Nā
onocētaurus dr ab onos q est asinus ⁊ cētaurus. Cētauri aūt
fuerūt eqtes in bellis discurrētes, hominesqꝫ notātes, figuram
asini ⁊ hominis faciem pretēdentes, sicut Isidorus in lib. ethi
mologiaꝝ scribit, vbi agit de portentis.

SVMMARIVM

1 Negligenter opera domini exercens maledictus est.
Deum timens nil negligit.
2 Ignorantia cunctorū errorū mater in sacerdotibus vitāda est.
3 Ignorantia scripturarum, Christi dicitur ignorantia.

Rub. xxxix. de accidia, ⁊ negligētia, ⁊ ignorantia.

P Eccatum accidie ⁊ ne-
gligentie maxime radicatur in ecclesia sancta
Dei, malumqꝫ exemplum inde assumit vniuer-
sus populus christianus. Nam pauci sunt in cle
ro qui non vocentur, vel vocari possint in his que ad eorum p
tinent officia, propter que sunt constituta stipendia, ⁊ ecclesia-
stica beneficia, negligentes. Ex qua negligentia verendum est
1 quod diuina contrahatur offensa. † Maledictus eniz qui ope
ra domini ngligenter exercet, sic Hieronymus testatur, Qui
autem negligit viaz suam (vt ait sapiens) mortificabitur, ⁊ qui
timet Deum nihil negligit, sicut ecclesiastes ait. ⁊ in prouerbio
rum. j. vos quoqꝫ increpationes meas negligitis propter quod
ego in interitu vestro ridebo, ⁊ cum repentina calamitas su-
peruenierit inuocabitis me, ⁊ ego non exaudiā. Si ergo inspi-
ciatur titulus de negligentia prelatorum, liquide apparebit quā
2 tum negligentia Dei officit, † Nam sicut in vno quoqꝫ artium
opere inuenitur mater iustitia, ita nouerca eruditionis in eccle
sia dei radicatur ignorantia, que mater est cunctorum errorum
⁊ que maxime in dei sacerdotibus est vitanda, qui docendi offi
cium in populo susceperunt, ⁊ qui scripturas sacras ⁊ canones
scire debent, cum omne opus eorum in vita predicatione ⁊ do
ctrina consistat, ⁊ cunctos edificare habeant tam fidei scien-
tia quam operum disciplina. Sicut habetur in concilio Tole
3 ta. † Cum itaqꝫ ignorantia scripturaruz ignorantia Christi sit,
sicut Hieronymus in Esa. testatur. ⁊ Paulus ad corinthios
scribat, quod si quis ignorat ignorabitur. ⁊ Gregorius in mora
libus dicat, quod qui ea que Dei sunt nesciunt a Deo nesciun
tur. ⁊ Christus testetur, quod si cecus ceco ducatum prebeat
ambo in foueam dilabuntur.

SVMMARIVM

1 Remedium contra negligentiam eruditionis prelatorum.
In prelatos promouendi quales esse debeant.
2 In episcopum promouendus qualiter examinari debeat.

Rubrica quadragesima. De primo remedio contra negli-

gentiam eruditionis in prelatis, scilicet quod regula apostolica in promouendis seruetur.

1 **Contra negligentiam** † eruditionis, et pestem ignorantie remediari posset, ꝙ seruaretur in promouendis ad prelaturas prout conuenientius fieri posset regula apostolica scripta ad Thimote. et Titum, videlicet vt promouendi essent doctores, non litigiosi, non cupidi, non neophiti. Sed prudentes, ornati, hospitales, pudici, et domui sue bene prepositi sicut gratianus prosequi-
2 tur in decretis. † et sicut statutum fuit in concilio quarto Carthaginensi, cui Augustinus interfuit in. c. cum episcopus ordinandus est, antea examinetur si sit prudēs si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si peruigil, si semper suis negotijs cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturā sensibus cautus, vel acutus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus vt taliter examinati, et promoti secundum dictum concilium Carthaginense suscepto In nomine Christi episcopatu, non sue delectationi, nec suis motibus, sed patrum diffinitionibus acquiescat. Licet enim sicut in Lateranensi concilio scribitur, In cunctis sacris ordinibus et ecclesiasticis ministerijs sint etatis maturitas, morum grauitas, et literarum scientia inquirenda, multofortius in episcopo hec oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum in seipso debet ostendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuersari.

SVMMARIVM

1 Remedium contra negligentiam eruditionis curatorum.
2 Sacerdotij substantia sunt eloquia diuinitus tradita.

¶ Rubrica. xlj. De secundo remedio contra negligentiaȝ eruditionis in curatis.

1 **Remedium contra** † negligētiam eruditionis curatorum posset esse, vt seruaretur concilium Toletanum in quo statutum fuit, quod quando presbyteri in parochijs ordinantur, libellum officialeȝ idest continentem omnia ad officium curati pertinentia ab episcopo suo accipiant, vt ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant, ne per ignorantiam in diuinis scripturis offendant. Unde esset perquam vtile ecclesie sancte dei, quod componeretur vnus liber ad intelligendum facilis, ad studendum et retinenduȝ vtilis, in quo ponerentur canones penitentiales, quos non licet secundum Celestinum papam et Augusti. sacerdotibus ignorare. et instructio plena traderetur eis circa confessiones audiendas, et penitentias, et satisfactiones iniungendas, et circa administrationem sacramentorum ecclesiasticorum, et celebrationem, et intellectum diuinorum officiorum, gubernationem animarum vtilia, et necessaria esse viderētur, ita quod nullus secularis, vel regularis posset ad sacerdotalem ordinem, nec aliquo modo curatum beneficium obtinere nisi in premis-
2 sis esset competenter eruditus. † Sicut enim peribet magnus Dionisius, substantia sacerdotij sunt eloquia diuinitus tradita. et secundum Augustinum si vnum de his que ad discenduȝ necessaria sunt sacerdotibus defuerit, nomē vix in eis ꝯstabit.

SVMMARIVM

1 Remedium contra negligentiam conditionis vniuersi cleri.
2 Officio clericatus emancipati in primis annis quomodo regi debeant.

¶ Rubrica quadragesimasecunda. De tertio remedio cōtra negligentiam conditionis vniuersi cleri.

Remedium contra negli
1 gentiam † conditionis vniuersi cleri posset esse, vt secundum prouidentiam Lateranensis, et generalis concilij, ecclesia que sicut pia mater prouidere tenetur ne pauperibus qui parentum opibus iuuari non possunt, legēdi, et proficiendi oportunitas subtrahatur, in vnaquaque cathedrali ecclesia, et in alijs collegiatis et honorabilibus magistros tenerēt, qui clericos, et seculares pauperes ciuitatis, et diocesis in cantando, et legendo, et scribendo, et grammaticalibus, et logicalibus gratis instruerent, et pro doctrina sua nihil ab eis reciperent, sed ecclesiastica beneficia, vel stipendia ab episcopis et capitulis ac collegijs, et alijs prelatis assignarentur eisdem. Et quod in istis seruaretur doctrina, et constitutio concilij To-
2 leta. † In quo statutum fuit quod illi quos a primis annis voluntas parentum clericatus officio mancipauit, mox detonsi vel ministerio lectorum tradi in domo ecclesie sub speciali presentia tenerentur sub vno conclaui, vt lubrice etatis annos nō in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agerent deputati probatissimo seniori, quē et magistrum doctrine, et testem vite haberent. et quod tales taliter enutriti. xviij. anno etatis sue completo, si clerici esse vellent castitatem seruire vouerent, et in clero remanerent, et ad ordines statutis temporibus promonerētur. Et si contrarium facerent rei sacrilegij secundum formam dicti concilij haberentur. et si ꝯtrahere vellent decimo octaua anno expleto, et voto nondum emisso, concessa ab apostolo licentia non negaretur eisdem. Si tamen cum vnicis, et virginibus contrahere vellēt, et priuilegijs ecclesiasticis gaudere vellent, sub ecclesiastica regula tenerentur, in bonis moribus viuerent, et canendis psalmis inuigilarent, et ab omnibus illicitis, cor et linguam, et corpus Deo actore seruarent, sicut Gregori. Augustino anglorum episcopo scribit. Ex talibus autem, et taliter enutritis q in cathedralibus collegiatis, et honorabilibus ecclesijs sub regula et disciplina ecclastica vsque ad. xviij. etatis sue annum completum enutriti essent, et in officio ecclesiastico, et grammaticalibus informati possent illi qui magis apti, idonei et docibiles viderentur ad Metropolitanam ciuitatē in qua essent magistri docētes in sacra pagina, et in vtroque iure, et exinde ad generalia studia destinari.

SVMMARIVM

1 Beneficia plura sine periculo animarum non tenentur.
2 Clerici qui bona paterna non habent de stipendijs ecclesie sustentari debent.
3 Episcopus his qui sua sufficiunt nil erogare debet.
4 Clerici peccata populi comedere dicuntur.

¶ Rubrica quadragesimatertia. De beneficijs ecclesiasticis vnde posset dictis pauperibus magistris, et scholaribus prouideri.

Et ad prouidenduȝ ta-
1 libus † de quibus constaret quod amplius ad seculum redire non possent, sufficerent beneficia ecclesiastica que non absque animarum, et ecclesiarum dispendijs, et periculis in pluralitate tenentur, et detinētur a multis contra canonicas sanctiones, secundum quas singula officia, et beneficia ecclesiastica singulis sunt committenda, et conferenda personis, nec debet quis in pluribus beneficijs intitulari. Et idem fuit in. x. capitu. Calcedoneñ. concilij. et in sinodo Placentie celebrata. In qua Urbanus papa affuit constitutum. Et a beato Gregori. qui super hoc etiam omnibus episcopis scripsit. et in sinodo, et etiam in concilio Toletano. et ad idē ꝯcordant iura ciuilia et diuina. Tenēt nāque aliqui ppter fauorem quem in ecclesia habēt, tot beneficia ꝙ viginti, et aliquando quinquaginta scholares, et vltra possent in scholis sustētari de eis. Nec ita successiue beneficiati plus ceteris pauperibus communiter proficiunt, quinimmo frequentius deficiunt, et expendunt in pompis, et vanitatibus dies suos, et ecclesiasticos redditus cumulatos eisdem. Posset etiam talibus clericis prouideri de beneficijs que diuitibus indebite confe-
2 runtur. Nam sicut Hierony. ad Damasum papā scribit † Clericos illos conuenit ecclesiasticis stipendijs sustentari, quibus parentum, et propinquorum nulla bona suffragantur. Qui autē ex bonis parentum, et suis operibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegiū profecto cōmittunt, et per abusionē taliū iudiciū sibi manducant et bibūt. Prosper et in libro
3 de vita contemplatiua scribit, † ꝙ pastor ecclesie his quibus sua sufficiūt, nō debet aliqd erogare, quia nihil aliud est habētibus dare, quam perdere

q̃ perdere, nec illi qui sua possidentes dari sibi de ecclesia ali
quid volũt, sine grandi peccato suo vñ paup victurus erat ac-
4 cipiunt. † De clericis quidem spiritus sanctus dicit p Oseã
prophetam, ꝙ peccata populi comedunt, sed sicut nihil habẽ
tes proprium, non peccata, sed alimenta quibus indigere vidẽ
tur accipiunt, ita possessores non alimenta quibus abundant,
sed aliena peccata suscipiunt, ⁊ infert dictus Prosper, Non
est meum dicere quale peccatum est qui cibos pauperum pre
sumendo suscipiunt, qui ecclesiam quam de proprijs facultati
bus iuuare debuerãt, suis expensis insuper grauant.

¶ Posset etiam prouidere predictis de ecclesiasticis benefi-
cijs, que tenent multi alienigene ⁊ in alienis regnis, quorum lin-
guazia non intelligunt, nec habiles sunt ad curam exercendã
in eis, nec in ipsis residere intendunt, ⁊ etiam possunt, que vti
nam non teneantur cum solo periculo animarum ipsorum, qui
se excusare nituntur obtentu diuersarũ dispensationum pro-
pter suam, vel suorum importunitatem, vel potentiã absq; eui
denti necessitate, vel vtilitate obtentarum. Illi enim qui sunt
eiusdem linguagij, ⁊ eiusdem regni ⁊ prouincie, ciuitatis ⁊ dio
cesis, ⁊ ecclesie, ceteris paribus sunt alijs in ecclesiasticis be-
neficijs, ⁊ prelationibus secundum iura preferendi. ⁊ in hoc cõ
cordant iura a multis Romanis pontificibus edita, ⁊ speciali
ter a Celestino, Pelagio, Gregorio, Innocẽtio, Leone, Ste
phano, ⁊ concilium generale ne pro defectu, ⁊ penultimum ca
pitulum concilij Neocesarieñ. ⁊. ij. ⁊. iij. capitu. concilij Bra-
charen. ⁊ penulti. capitu. concilij Taurineñ. ⁊. viij. ⁊. ix. capi
tu. concilij Auraiceñ. ⁊ vltimum capitulum concilij Valenti-
niani. ⁊. xij. capitu. primi concilij Toletani. ⁊. ij. capitu. ij. cõ-
cili Toletani. ⁊. ij. capitu. concilij Bracharen.

¶ Posset etiam prouideri predictis de aliqubus parochia-
libus ecclesijs, que ita pingues sunt ⁊ abundantes quod reli-
cta congrua portione vicario perpetuo, possent de eis multi
scolares in studio sustentari. Tales autem possent teneri sub
disciplina ⁊ regula ecclesiastica. ⁊ sub vno conclaui non solum
in cathedralibus, ⁊ collegiatis ecclesijs, vt est dictum, verum
etiam in studijs prouincialibus, ⁊ generalibus in quibus pos-
sent ad hoc per prouincias loca certa deputari. ⁊ tales possunt
se astringere prouincijs ciuitatibus ⁊ diocesibus ⁊ ecclesijs, de
quarum bonis enutriti essent in scolis, quod sine licentia se ad
alias ecclesias nõ trãsferrent. Tales in puritate vite, ⁊ sub di
sciplina ecclesiastica enutriti ab infantia, ⁊ in sacra pagina ⁊
alijs scientijs informati possent cum bona conscientia assumi
ad curam animarum, ⁊ regimen prelationum, ⁊ in Dei ecclesia
secundum Danielẽ, velut splendor fulgerent firmamenti. Ex
quibus postmodũ posset copia doctorũ haberi, qui velut stelle
in perpetuas eternitates mansuri, valerent ad iustitiam pluri-
mos erudire. sicut Honorius tertius attestatur. ⁊ p tales pos-
set processu temporis vita ⁊ doctrina vniuersalis ecclesia refor
mari. Potissime si ordinaretur ex nunc, ⁊ executioni debite
mandaretur, ꝙ viri literati ⁊ idonei, de quibus multi reperiun
tur, quibus vel nullo modo, vel minus competenter prouisum
est quibuscunq; alijs nõ idoneis ⁊ minus sufficientibus prefer
rentur in assequendis ecclesiasticis beneficijs, ⁊ officijs, ⁊ prela
turis secularibus ⁊ regularibus ecclesie sancte dei, in qua xp̃s
dedit potestatem filios dei fieri his qui non ex voluntate viri,
sed ex deo nati sunt. sicut sacrum beati Joannis euangeliũ at
testatur. ⁊ cessaret ex tunc forma pauperum ⁊ specialis forma
prouisionum, quo ad omnes qui non essent, sicut premissum est
bene literati, vita probati, ⁊ in etate legitima constituti.

SVMMARIVM

1 Remedia contra clericorum ignorantiam.
Ociositas omnium malorum est radix.
2 Tonsura prima nulla conferenda est, nisi legere ⁊ cãtare sciat.
3 Clericos paucos sufficientes habere melius est, quam mul-
tos inutiles.

¶ Rubrica quadragesimaquarta. De quarto remedio con-
tra ignorantiam cleri, ⁊ negligentiam eruditionis.

r Emedium aliud cõtra
1 † clerici ignorantiam posset adhiberi, vt omnes cle
rici non coniugati fugerent ociositatem, que ociosi
tas est radix omnium malorum, ⁊ semper aliquid boni facerẽt
ne diabolus, secundum doctrinam Hieronimi, eos occupatos
inueniret ⁊ ꝙ secundum doctrinam apostoli, quando diuinis
obsequijs non adessent lectioni attenderent ⁊ doctrine, ⁊ semp
2 permanerent in his. † Quod etiã nulli conferretur prima tõ-
sura, nisi competenter sciret legere ⁊ cantare, Nec minores or
dines, nisi vltra predicta haberet maiorem instructionem, ⁊ ni
si haberet vnde viueret, vel esset in scriptura vel aliquo artifi
cio honesto taliter instructus, ꝙ inde vitã querere sibi posset
sicut fuit statutum in concilio Carthagineñ. Nam frequen-
ter illi qui promouerentur ad titulos secularium personarum,
vel beneficiorum, propter eorum demerita dictos titulos per-
dunt, ⁊ sic mendicari ⁊ euagari coguntur, ⁊ si omnes certi es-
sent ꝙ aliter non possent peruenire ad clerũ, omnes addijsce
re, ⁊ eorum parentes ⁊ propinqui eis prouidere amplius cona
rentur, maxime si certi essent ꝙ beneficia ecclesiastica assequi
non valerent, nisi haberent sufficientiam literarum, a quorum
studio ⁊ laboriosa inquisitione retrahuntur, qui presidentium
iuuenes insufficientes ⁊ illiteratos prouectoribus literatis, ⁊
meritis propter ambitionem ⁊ deordinationem rectorum ⁊ p̃
3 latorum ecclesie indebite anteferri. † ⁊ melius esset domini sa-
cerdotium atq; clerum paucos sufficientes habere ministros
qui possent digne opus Dei exercere, q̃ multos ⁊ innumera-
biles habere inutiles, qui secundum Clementem graue onus
⁊ confusionem inducunt ecclesie sancte dei.

SVMMARIVM

1 Remedia contra cleri ignorantiam ⁊ negligẽtiã eruditiõis.
2 Glosarum ⁊ scriptorum diuersitas que incõuenientia pariat.
3 Scolares scientijs ⁊ non vanitatibus ⁊ dissolutionibus vaca-
re debent.

¶ Rub. xlv. de quinto remedio contra cleri ignorantiã, ⁊ ne
gligentiam eruditionis.

r Emedium aliud posset
1 † esse contra negligentiam eruditionis ⁊ ignoran-
tiam cleri, vt specificaretur ⁊ declarert que scien-
tia literarum, ⁊ que sufficientia est in singulis gradibus, ⁊ sta-
tibus ecclesiasticis requirẽda, ⁊ quod sine ea nullos ad dictos
2 gradus ⁊ status admitterentur. † Et insuper quod diuersitas
glossarum ⁊ scriptorum que est in singulis facultatibus, que
diuersitas, ⁊ varietas cum multiplicate ⁊ prolixitate ac simili
tudine dictorum ⁊ recitatorum, studentium sensus ebetat, tem
pus ⁊ facultates consumit, confusionẽ ⁊ ignorantiam inducit,
Cum ex hoc textuum ⁊ originalium notitia contemnatur, re-
duceretur per certos magistros in qualibet facultate approba
tos, ⁊ deputatos, resecatis superfluis, similibus, ⁊ contrarijs,
ad compendium veritatis, quod compendium approbaretur
per apostolicam sedem. ⁊ sic scolares ⁊ magistri qui pre nimia
paupertate dicta scripta habere non possunt, ⁊ quantum ha-
bent temporis in eis consumunt, plus in quinq; annis profice-
3 rent quam faciant nunc in decem. † Et ordinaretur quod sin-
gula studia reformarentur per locorum ordinarios ⁊ rectores
⁊ magistros, ita quod scolares vacarent scientie ⁊ non vanita-
tibus, ⁊ dissolutionibus, pompis, cõuiuijs, dissentionibus, par
cialitatibus, atq; brigis. Non enim gerunt se cõmuniter tanq̃
persone ecclesiastice, sed potius tanq̃ seculares vel peius, ⁊
conantur plus expendere quam possint, ⁊ quam expenderent
in patria eorundem, ⁊ maiores se ostendere quam sint de veri-
tate non tantum scientie quantum de ostensionibus notorijs
brocardicorum, ⁊ verborum folijs curam gerentes, ⁊ vacui a
scientia recedentes. Et multi indebite efficiuntur magistri,
qui nondum forma discipuli didicerunt, ⁊ libros facultatis in
qua magistri sunt, non legerunt, super quibus esset omnibus
prouidendũ ⁊ dicta studia reformãda ⁊ ad antiquũ statũ q nõ
erat pomposus, nec sumptuosus, nec inordinatus, nec ingetus
solicitudine paterna que consiliũ capere debet pro liberis ⁊ ec
clesie filijs reducenda. Esset insuper vtile quod concilia gene-
ralia hactenus celebrata in siugulis studijs ⁊ insuper in omni
bus cathedralibus ⁊ collegiatis ecclesijs haberentur, vt qui
vellent possent habere copiam de eisdem ⁊ quod idem fieret
de canonibus penitentialibus ⁊ de alijs libris, ⁊ scriptis vtili-
bus pro salute ⁊ regimine animarum.

SUMMARIUM

1 Prelati circa animarum custodiam attenti esse debent.
2 Electio de pastore ecclesia vacante vltra menses tres differri non debet.

¶ Rubrica quadragesimasexta. De negligentia circa curam animarum, quia causas electionum Romana ecclesia ad se trahit, ⁊ ecclesie remanent viduate.

1 De negligentia † Prelatorum, rectorum, curatorum, ⁊ ministrorum ecclesiasticorum, circa curam animarum commissarum eisdem, circa quarum custodiam attenti esse debent, sicut dicitur in actibus apostolorum, quia ab eis grex qui ipsis datus ⁊ commissus est, pecus inclitum secundum Hieronymum, requiretur, ⁊ pro quo animam pro anima reddent, ⁊ se reddituros spondent etiam notorie deprehenditur ⁊ notatur in ecclesia sancta Dei quia manifeste apparet quod ecclesia Romana causas electionum multis vijs ⁊ remedijs ad se trahit, ⁊ ecclesie remanent ex hoc longis temporibus viduate, Gregemqꝫ dominicum propter defectum pastoris lupus rapax inuadit, ⁊ ecclesie in earum iuribus, ⁊ facultatibus dispendia grauia patiuntur, contra prouisionem concilij generalis.
2 † quod volens in hoc periculis occurrere animarum ⁊ ecclesiarum indemnitatibus prouidere, statuit vt vltra tres menses cathedrales, vel regulares ecclesie quando vacarent, non differretur electio, ne pastore ecclesia esset destituta. Que quidem prouisio quodammodo est inanis cum propter appellationem inanem ⁊ friuolam deductaꝫ ad Romanam curiam, per plures annos ecclesie remaneant viduate, ⁊ suis facultatibus spoliate, modica consideratione de dicta cura habita animaruꝫ, ⁊ lites efficiuntur ibi quodam modo immortales.

SUMMARIUM

1 Prelati in ecclesijs suis residentiam facere tenentur.

¶ Rubrica quadragesimaseptima. De secunda negligentia circa curam animarum, quia prelati ⁊ curati non resident.

1 Negligentia etiam † circa Curam dictarum animarum manifeste apparet, quia per Romanam ecclesiaꝫ absqꝫ euidenti necessitate, vel vtilitate dispensatur cum multis, vt pluralitatem beneficiorum curatorum obtineant, ⁊ quod non teneantur ad tempus valde longum residentiam facere personalem, ⁊ dictam curam habentes, ⁊ etiam prelati absqꝫ necessitate, ⁊ vtilitate predictis, longis temporibus in Romana curia detinētur, ⁊ diuersis vijs ab ecclesijs, que eisdem ⁊ eorum cure commissa sunt, se absentant. Nec seruatur rubrica de clericis non residendis in ecclesia vel prebenda, nec etiam sexagesimiquarti capituli cōcilij Agathen. in quo statuitur quod presbyteri, ⁊ diaconi qui vltra tres ebdomadas ab ecclesijs suis defuerint, ⁊ epi qui in eis in epiphania, pasca, ⁊ pentecoste non fuerint, suspendantur. Nō seruatur etiā trigesimioctaui capituli. d. conci. Agathen. ⁊ alia iura in quibus precipitur quod dimissis curis ⁊ ecclesijs non debeant euagari. Non seruantur etiam. xiiij. ⁊. xv. capitu. Sardiceñ. concilij continentia quod episcopi in alienis prouincijs non morentur, nec possessiones acquirant, nec penultimum capitulum eiusdem concilij, nec. iij. capi. concilij Anthiocheñ, nec. xx. c. ⁊. xxiiij. c. conci. Calcedoneñ. prohibentia ne dicti prelati se absentent.

SUMMARIUM

1 Prelatus curam animarum habens qualis esse debeat.
2 Curam assumens animarum preconis officium accipit.

¶ Rubrica quadragesimaoctaua. De tertia negligentia cure animarum, quia inhabilibus committitur qui eam exercere nesciunt.

1 Negligentia † contra dictam curam animarum manifeste apparet quia non solum curata beneficia, ⁊ simplicia veruꝫ etiam duplicia, ⁊ quod detestabilius est, prelature committuntur talibus quod publice ⁊ notorie ꝑpter defectuꝫ etatis vel scientie, vel propter alia constat laicis ⁊ alijs esse inhabiles ad curam huiusmodi animarum, de quarum perditione, licet preciosiores sint cunctis corporibus, ⁊ corruptilibus rebus, parum curari videtur, eo quod per generalem abusum prelatorum ecclesie talibus committantur quibus non vsquequaqꝫ forsitan suffragatur si per alios fieri faciant quod tenentur personaliter facere per seipsos, cuꝫ per virum proprium ⁊ non alienum cui copulatur ecclesia habeat fecundari. Hieremias nāqꝫ dicit cōstitui te vt euellas scilicet vitia, ⁊ plantes. s. virtutes. ⁊ in Joan. dicitur quod pastor debet precedere gregem, ⁊ oues vocem eius audiunt. ⁊ de Aaron dicitur in libro sapiē. qđ stans inter viuos ⁊ mortuos restituit ire Dei, Sicut enim speculator secundum Bernardum non debet esse cecus nec dux claudus. Sic nec preco id est curatus debet esse mutus.
2 † Preconis enim officium accipit qui curam assumit animarum. Sicut Grego. in. xv. capi. sui pastoralis exponit. Labia namqꝫ eius custodire debent scientiam, ⁊ subditi eius legeꝫ eius requirunt, quia est angelus, ⁊ nuncius domini exercituum sicut Malachias dicit per Esaiam dominus admonet dicens Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuaꝫ ⁊ annuncia populo meo scelera eoꝝ, ⁊ domui Jacob peccata eoꝝ. Tales inhabiles non clamāt, nec ꝑdicāt populis eorum scelera annunciant, nec confessiones audiunt, nec de cura animaruꝫ se in aliquo intromittunt. Sed duntaxat de redditibus percipiendis sacculum pecunie secum ferentes in die plene lune id est quādo redditus colligendi sunt reuersuri. sicut dicitur per Salomonem de alio qui vir est, cui curatus propter fecundationem ⁊ fidem equiparatur in figura.

SUMMARIUM

1 Peccator quomodo redargui debeat.
2 Ira dei vno peccante super populum venit, quomodo hoc intelligatur.
3 Grex vniuersus ob vnam ouem morbidam corrumpitur.
Ouis scabiosa a caulis repellenda est.
4 Adulteri ⁊ peccatores publici per prelatos ⁊ curatos euitari debent.
Adulteri magis ꝙ adultere puniendi sunt ⁊ quare.
5 Oblationes a quibus recipi non debeant.
6 Pene pecuniarie que ab ecclesia pro criminibus recipiuntur in vsus pios conuerti debent.

¶ Rub. quadragesimanona. De quarta negligentia circa curam animarum que publice peccatores nullo modo vel insufficienter puniuntur, nec publice euitantur, nec eorum oblationes respuuntur, ⁊ quod pene pecuniarie conuerterentur in pios vsus.

1 Negligentia † etiam predicta circa curam animaruꝫ aparet, ꝙ publice peccatores secundum doctrinam apostoli dicentis ad Thimoteum peccantem coram omnibus argue vt ceteri metuꝫ habeant, non puniuntur, nec admonitio Christi adimpletur dicentis vt peccantes primo secrete, Secundo duobus vel tribus testibus adhibitis arguantur. ⁊ si emendare contempserint tanqꝫ ethnici ⁊ publicani euitentur.
2 † Hierony. aūt exponēs illud numeri, ꝙ vno peccante ira Dei super omnem populum venit, dicit, ꝙ hoc accidit quādo sacerdotes qui populo presunt erga delinquentes beniuoli videri volunt ⁊ verentes penitētium linguas, ne forte de eis male loquantur sacerdotalis seueritatis immemores. Ex tali autem iniusta misericordia in discrimen alij adducuntur.
3 † ⁊ sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur, sic etiaꝫ vno fornicatore, vel aliud quodcunqꝫ scelus committente plebs polluitur vniuersa. Unde secundum Hieronymuꝫ secande sunt putride carnes, ⁊ scabiosa a caulis ouis repellēda est, ne tota domus massa, corpus ⁊ peccora ardeant, corrumpantur, putrescant, ⁊ intereant.
4 † Adulteri enim ⁊ peccatores publici per curatos ⁊ prelatos non euitantur qđ est ꝯ iura. Nā in. xlviij. c. ꝯci. Elibertani fuit ꝯstitutū, ꝙ si qs fidelis hñs vxorē, nō semel, sed

mel sed sepe mechatus fuisset, ei communio non daretur, ⁊ secundum Augustinum de adulte. giuga. magis puniendi sunt viri adulteri quam vxores adultere pro eo ꝙ magis ad eos p̄
5 tinet ⁊ virtute vincere ⁊ exemplo feminas regere, †nec seruantur a dictis prelatis ⁊ curatis iura continentia quod oblationes talium publice peccantium non recipiantur, licet nonagesimitertij. c. cōcilij Carthagineñ. statutum sit quod oblationes discordantium fratrum neqꝫ in sacrario neqꝫ in gazophilatio recipiantur, ⁊ similiter dona eorum qui pauperes opprimunt a sacerdotibus refutentur. Et idem statuit Nicolaus papa de respuentibus oblationibus sacrilegorum, ⁊ inuasorum, ⁊ depredatorum rerum ecclesiasticarum. Idem etiam scripsit Augusti. prima epistola ad Bonifacium capitu. primo de respuēdis oblationibus illius qui per violentiaꝫ de ecclesia seruum extraxerat, qui fugerat ad eandem. ⁊ ad macedo. scripsit idem de offi. qui contra ius societatis humane furtis, rapinis, calumnijs, inuasionibus, ⁊ oppressionibus, aliqua abstulerunt, que Zachei publicani exēplo reddenda sunt potius ꝙ donanda. Indecens namqꝫ videt̃ secundum predictum Augustinum ꝙ oblationes recipiantur a talibus, ⁊ a publicis vsurarijs, aleatoribus, histrionibus, simoniacis, lenonibus, meretricibus, ⁊ consimilibus, Videretur esse remedium congruū ꝙ iura huiusmodi seruarentur, vt rubore suffusi ad sinuꝫ ⁊ gremium sancte Matris ecclesie facilius ⁊ citius conuerterent̃, cum hec causa reddatur propter quam excommunicati vitari iubentur. Qualiter autem talis negligentia correctionis in p̄latis ⁊ superioribus eorundem mortale peccatum inducat, ⁊ eis propter dictam negligenitam correctionis subditorum mala imputetur cum ex negligentia videantur ea fouere, tactum fuit supra in fine rubrice de tertio modo reformatiōis ecclesie.

¶ Alia negligentia correctionis est, qꝛ grauia ⁊ grauissima d̄licta ⁊ scelera per personas ecclesiasticas perpetrata quando ea puniri contingit, puniuntur in pecunia, cum deberent talia perpetrantes, perpetuo carceri mancipari.

¶ Et hoc secundum Hierony. est in ecclesia Dei afferre stateras dolosas, in quibus pro arbitrio modo appendimus qd̄ volumus, dicentes hoc graue est, ⁊ hoc leue, cum tamen hoc quod sceleratius est commissum, deberet esse grauius vindica
6 tum, †Remedium autem esse videretur quod pene pecuniarie que ab ecclesia pro criminibus ⁊ personis ecclesiasticis recipiuntur, conuerterentur in pios vsus sicut tradūt aliqui doctores esse faciendum de iure.

SVMMARIVM

1 Episcopi ⁊ alij clerici ad laudem Dei ⁊ ad bonorum operum occasionem constituti sunt.
Et quare aduocatos ⁊ economos habere debeant.
2 Prelati in negotijs secularibus se immiscere non debent.
3 Episcopus relicta ecclesia cathedrali ad aliam se conferre non debet.
4 Episcopi sine metropolitani licentia longe ire non debent.

¶ Rub. l. de prima negligentia prelatorum ⁊ curatorum ecclesiasticorum circa ecclesiasticum officium ⁊ cultum diuinuꝫ.

b **Ec negligentia** nimis māifeste apparet in clero tam in capite quam in membris, ⁊ vtinam non verificetur verbum in clero Esaie dicētis, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. ⁊ illud quod in machabeis scribitur de his qui contempto templo ⁊ sacrificijs festinabant participes fieri palestre hoc est vanitatum ⁊ occupationum secularium, Nonne notorius est abusus communiter prelatorum, qui propter curam temporalium obmittunt curam spiritualium, ⁊ solēnitatem diuinorum officiorum
1 prouisionem anacleti Pape non seruantes, †qui statuit quod qꝛ ipsi episcopi vniuersiqꝫ sacerdotes ad solam laudem Dei bonarumqꝫ operum occasionem constituuntur tam pro suis ꝙ etiam ecclesiasticis actionibus aduocatos, ⁊ economos bone opinionis haberent, ne dum humana lucra attendunt. eterna premia perderent, Apostolus scribit quod nemo militās deo se implicet negotijs secularibus propter quod fuit in canonibus apostolorum, ⁊ in sacris concilijs Carthagineñ. ⁊ in alijs
2 ⁊ a multis romanis pontificibus constitutum. † quod prelati ⁊ cetere persone ecclesiastice non immiscerent se negotijs, placitis, curis, ⁊ actionibus secularibus, sed diuinis officijs, orationibus, ⁊ sacrificijs deseruirēt, quod tamen minime obseruatur. Jn quarto concilio Carthaginensi. xiiij. ⁊. xv. capitulis ⁊ sequenti, extitit constitutum quod episcopi hospitiolum nō lōge ab ecclesia haberent vt diuinis congrue vacare possent, qd̄ minime obseruatur, cum vnusquisqꝫ maneria sua, ⁊ castra, ⁊ loca remota exquirat, etiam aliquando in prouincijs alienis, cō
3 tra prohibitionem. xiiij. ⁊. xv. c. concilij Sardinensis. †Jn qnto etiā. c. v. concilij Carthaginensis fuit constitutum vt nulli episcopo esset facultas, relicta cathedrali ecclesia ad aliquam ecclesiam sue diocesis se conferre ⁊ in ea vel in re propria diutius immorari, ne ex hoc curam, vel frequentationem proprie cathedre negligeret. ⁊ in. xv. ⁊. xvj. capitulis Nicene sinodi ex eadem causa extitit constitutum quod episcopi ⁊ reliq clerici de ciuitate ad ciuitatem non migrarent. Et Greg. statuit quod episcopus deputaretur in monasterio, qui in sua ecclesia
4 contemneret residere. †Ex ea etiam causa fut in vigesimo. capitulo tertij cōcilij Carthaginensis constitutum quod episcopi sine licentia metropolitani longius non proficiscerentur. ex eadem etiam causa processit ordinatio concilij Agathensis septuagesimiprimi capituli quod dicti episcopi, curati ⁊ clerici ī diebus solēnibus scilicet natiuitate domini, epiphania, pasca, pentecoste se a clero ⁊ ab ecclesia non absentarent. ⁊ Constitutio Gelasij pape quod sine auctoritate papali, vel concilij prouincialis ad comitatus regales non accederent. ⁊ illud vltimi capituli concilij Aurelianen. in quo statuitur quod diebus dominicis si infirmitate impediti nō fuerint, ecclesie cui proximi fuerint, deesse non debent, ⁊ consimilia. Pauci etiam sunt ex dictis prelatis ⁊ superioribus eorundem qui ad officium cum solennitate ⁊ absqꝫ occupatione ⁊ interpellatione dicendum ⁊ audiendum insistant, sed alijs occupationibus, ⁊ aliquando si ne nota indeuote ⁊ sincopatiue dicit̃ ⁊ minus competenter.

SVMMARIVM

1 Clerici qui ad officia non intersunt per episcopum puniunt̃.

¶ Rubrica quinquagesimaprima. de secunda negligentia canonicorum ⁊ aliorum qui officio non intersunt, vel si intersunt, confabulantur, aut per ecclesiam discurrunt.

1 d **E negligentia** †vero secūda canonicorum ⁊ aliorum ī cathedralibus ⁊ collegiatis ecclesijs deseruientiū notoria sunt exempla. Nam pauci ex eis ad matutinum vel ad horas nisi magnum emolumentuꝫ tēporale ⁊ magne distributiones ⁊ manualia percepturi sunt, queniunt, al's non venturi, sed in locis suis ⁊ domibus remansuri. nec sufficiēter constitutiones seruentur, nec. xxxiij. c. concilij Aurelianē. in quo cauetur quod tales clerici qui officio adesse contemnūt episcopi arbitrio recipiant ecclesiasticam disciplinam. ⁊ idem a papa Pelagio extitit constitutum. Jn. xxj. autem. c. concilij Elibertani cauetur ꝙ si quis in ciuitate positus per tres dominicas ad ecclesiam non accesserit quod pauco tempore abstineatur, causa correctionis, ⁊ consimile in canonibus apostolorum extitit constitutum. Predicti etiam canonici ⁊ persone ecclesiastice dum diuina officia peraguntur, frequenter confabulantur adinuiceꝫ, vel dormiunt, vel officium turbant diuinū, aliqui vero eorundem de choro(dum diuina peraguntur officia exeuntes) per ecclesiam ambulant, ne distributionibus defraudentur, virorum ⁊ mulierum se confabulationibus, iocis, risibus, ⁊ applausibus immiscentes. Alij vero ꝙꝫ existāt p̄sbyteri ⁊ a predictis illicitis se abstineant, tamen vix missarum solennia quater in anno celebrant, nec contra premissa sufficit nec proficit prouisio concilij generalis, in quo sub pena suspensionis inhibita sunt supradicta. Quare opus esset de alijs remedijs prouideri, ⁊ declarari quod distributiones cotidianas non reciperent, si personaliter intra chorum celebrando officio non adessent. ⁊ posset ordinari quod possessiones que in diuersis locis dantur absentibus in studio non residentibus sed ex alia causa illegitima absentibus distribueretur inter p̄sentes qui diuino obsequio interessent.

SVMMARIVM

1 Misse integre in diebus dominicis audiri debent.

℄ Rub.lij. Qualiter tertio principes ⁊ populus negligũt officium, qꝛ vident negligi a prelatis ⁊ clericis, cum tamen ex integro audire diuina officia teneantur.

c **Ex predictis** autem insolentijs ⁊ negligentia circa diuinũ officium in principibus, ⁊ populis instructio diriuatur. Nam multi ex dictis principibus dum missarum solennia sibi faciunt celebrari, quasi continue pro alijs negotijs audientiam prestant, vel circa alia vacant ad officiũ nõ intẽdẽtes, nec orationibus insistentes. Nõnulli ex nobilibus potentibus, ⁊ alijs popularibus, ad ecclesiam dũtaxat conueniunt dum est corporis Christi eleuatio facienda, ⁊ eleuatione facta festinanter recedunt, ⁊ vix dicunt intra ecclesiam Pater noster. Unde videretur super hoc prouidendum, vt solum
1 ea que super hoc hactenus constituta sunt seruarentur, † Fuit autem statutum in concilio Agatheñ. c.xlvij. ⁊ preceptum secularibus, vt in diebus dominicis missas per ordinem ex integro audirent, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi nõ presumerẽt, ⁊ si contrariũ facerent ꝙ publice ab episcopo confunderentur. In canonibus apostolorum fuit constitutum, ꝙ omnes fideles in solennitatibus ad ecclesiam conuenirent, ⁊ scripturas apostolorum, ⁊ euangelium audirent, qui autem nõ perseuerarent quousqꝫ missa perageretur, nec sanctaꝫ communionem perciperent, velut inquietudines ecclesie commouentes, communione priuarentur, In.iiij.concilio Carthagineñ. c.lxxxiiij. ⁊. lxxxviij. fuit statutum, ꝙ dictus populus ad ecclesiam conueniret, ⁊ quod ille qui, sacerdote verbum in ecclesia faciente, egrederetur, excommunicaretur. In concilio Aurelianeñ. fuit constitutum in.c.xxij. quod populus non discederet anteꝙ̃ missa ex integro celebraretur, ⁊ anteꝙ̃ benedictionem missa completa recepisset a sacerdote si tempus decesset, ⁊ in.lxxxviij. quarti concilij Carthagineñ. fuit statutum ꝙ excommunicaretur qui pretermisso ecclesie conuentu ad spectacula iret.

SVMMARIVM

1 Dies dominici, ⁊ festiui coli ⁊ seruari debent.

℄ Rub.liij. de quarta negligentia circa diuinum officium, qꝛ festa non coluntur ⁊ peiora ꝙ̃ diebus alijs committuntur.

1 n **Negligitur** † insuper diuinuꝫ officium, eiusqꝫ cultus, qꝛ dies festiui ⁊ dominici, sicut iura precipiunt, nõ coluntur nec seruantur, quinimmo placita iudiciaria, opera rusticana ⁊ mundana ⁊ mercata fiunt, ⁊ tenenẽ in eis, contra precepta decalogi in quibus precipitur, memẽto sanctificare sabbatum, ⁊ etiam contra iura que super hoc non seruantur, ⁊ interdum in dictis diebus dominicis ⁊ festiuis plura perpetrantur mala ꝙ̃ fiant tota ebdomada, nec populus videtur curare de diuinis, sed de cantibus, iocis, ballis, tripudijs, ⁊ cantilenis inhonestis, ⁊ turpibus, etiam intra ecclesias, ⁊ cemiteria earundem, de die ⁊ de nocte predictis vanitatibus insistẽdo, nec seruaretur. c. vlti. iij. concilij Toletani, in quo statutum fuit ꝙ predicta irreligiosa consuetudo secundum quam vulgus qui d̃beret ad diuina officia cõuenire predictis saltationibus ⁊ cantationibus intendit, a singulis prouincijs pelleretur. Non seruatur etiam. xviij. capitu. concilij Agatheñ. in quo statutum fuit quod seculares qui in natali domini, pascha, ⁊ pentecoste non communicarent, catholici non crederentur, nec inter catholicos haberentur, Nec ordinatio Fabiani pappe, in qua statutum fuit, quod saltem ter communicarent in anno, nec etiã. xiij. capitu. primi concilij Toletani, in quo illi qui ecclesiam colũt ⁊ non communicant statutis temporibus, excõicari iubentur.

SVMMARIVM

1 Officium diuinum competentibus horis in ecclesijs dõm est.
2 Moteti in ecclesia cantari non debent.
3 Officium diuinum nimium prolixum reprehenditur.

℄ Rubrica quinquagesimaquarta. De quinta negligẽtia circa officiũ, ⁊ vt distincte hors competentibus sine motetis dicatur, ⁊ ꝙ nimis prolixum abbreuietur.

1 a **Alia negligentia** † circa diuinum officiuꝫ est, quia in ecclesijs parochialibus potissime, non dicitur competentibus horis, nec distincte nec intelligibiliter, sed cum barbarismis, ⁊ solecismis, sicut Augusti. in libro de Cathechizandis rudibus ait, Sed vtinam excusari possent cum eodeꝫ Augustino tales, vt vniuersi cognoscerent eos magis morum deuitare vitia ꝙ̃ verborũ, vt sic cordi casto linguã exercitatam non preferent. Nam sepe, sicut ait Gregorius, dũ in sacro misterio blanda vox queritur, cõgrua vita negligitur ⁊ cantor Deum moribus stimulat cum populum vocibus de-
2 lectat. † Cantatur nãqꝫ in ecclesia frequẽter vt diuinis officijs moteti ⁊ cantilene inhoneste ⁊ cantus lasciui. Et cõtra doctrinam Hieronymi super epistolam ad epheseos, guttur ⁊ fances more cantorum tragediarum medicamine liniunt, vt in ecclesia in diuinis officijs eorum blanda voce theatrales moduli audiatur ⁊ cantica. † In quibusdaꝫ etiam ecclesijs cathedralibꝰ
3 regularium ⁊ secularium personarum, secundum dictum Hieronymi, non mediocriter erratur, ⁊ mediocre bonum magno bono prefertur ex nimijs vigilijs que in ipsis ecclesijs propter prolixitatem lectionum cantuum ⁊ aliorum diuinorum fiunt. Talia facientes ⁊ officium continuantes, sensus integritatem amittunt, ⁊ propter immoderatam atqꝫ indiseretam psalmorũ vel officiorum decantationeꝫ aut amentie, aut tristitie, aut melencolie vota incurrunt, ac si Deus vt homo verborũ multitudine flecti posset, aut tm̃ verbis ⁊ nõ corde orãdus esset deus. Qua praeter secundum eundem Hieronym. melior est qnqꝫ psalmorum decantatio cum cordis puritate ac serenitate ⁊ spirituali hilaritate ꝙ̃ psalterij modulatio cum anxietate cordis atqꝫ tristitia. Remedium igitur in premissis esset per contrarium apponendum.

SVMMARIVM

1 Ecclesie romane consuetudo circa diuina officia dicenda seruanda est.

℄ Rubrica. lv. Quod officium romane ecclesie vbiqꝫ dicatur ⁊ quod dicendum sit probatur.

1 e **Et insuper** † ꝙ officium ecclesiasticuꝫ vniformiter i tota ecclesia Dei diceretẽ, sicut dicitur in ecclesia Romana, cuius consuetudo esset ab omnibus in hoc obseruanda cum debeat esse omnibus in speculum ⁊ exemplum, nec alterius ecclesie quam Romane in consecrandis misterijs ⁊ archanis agendis consuetudo ꝯseruanda sit, cum id quod a beato Petro principe apostolorum Romane ecclesie traditũ est ac nuncusqꝫ custoditur ab omnibus, debeat obseruari, nec superduci aut introduci aliquid quod auctoritatem debeat aliũ de accipere vel exemplum, Presertim cum sit manifestum in omnem Italiam ⁊ Galliam ⁊ Hispaniam ⁊ Affricã atqꝫ Siciliam ⁊ insulas interiacentes, nullum instituisse ecclesias nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus aut successores eius constituerunt sacerdotes, nec in predictis prouincijs alius apostolus inuenitur aut legitur docuisse. Propter que Innocentius papa in decretis decentio episcopo scribens, infert quod oportet eos sequi in premissis hoc quod ecclesia romana custodit, a qua principium eos non est dubiũ assumpsisse ne dum ꝑegrinis sermonibus studeãt, caput institutionis ꝑdere videant.

SVMMARIVM

1 Officium sicut in ecclesia metropolitana agitur, ita in tota prouincia agi debet.
2 Officij inordinata diuersitas mores discipline ab ecclesia depulit.

℄ Rub. lvj. Quod in quacunqꝫ prouincia officiũ vniformiter est dicendum, ⁊ etiam in eodem regno, ⁊ a regularibꝰ sicut a secularibus, ⁊ de vtilitate consecuta ex ꝯformitate officij.

1 b **Hactenus autem** † statutuꝫ fuit in primo capitulo concilij Gerundeñ. quod sicut in metropolitana ecclesia officium agitur, ita in tota prouincia tam ipsius misse

misse ordo quam psallendi vel ministrandi consuetudo seruaretur. τ hoc idem fuit in quarto capitu. vndecimi conci. Toletani constitutum, quod capitulum ponitur in decretis τ ab habilibus, τ alijs regularibus etiam precipitur obseruari, † In
2 secundo etiam capitu. quarti concilij Toleta. dicitur ꝙ nulla pene res magis discipline mores ab ecclesia Christi depulit quam inordinata diuersitas officij, que apud Carnales scisma tis errorem videtur ostendere, τ multis est materia scandalorum. Unde qui in vna fide τ in vno regno morantur. vnum officium in dicto concilio dicere precipiunt. Et ad idem cōcordat statutum concilij Bracharen̄. continens ꝙ vnus atqꝫ idē ordo psallendi in matutinis τ diuinis officijs teneatur. Si igitur predicta remedia τ idem psallendi ordo seruaret̄, vniuersalis ex hoc ordinatio τ vtilitas ministrantium in dei ecclesia sequeretur, τ illi qui in vna ecclesia essent bene instructi in diuinis officijs, essent vbicunqꝫ instructi, τ possent vbicunqꝫ collocari. nam cum diuerse ecclesie diuersas habeant in diuinis officijs obseruationes, τ difficile sit inexptos, sicut Grego. fortunato episcopo scripsit hominū obsequijs associari, τ grauius ad dei seruitiū applicari, illi qui nūc sunt apti τ experti in diuinis officijs in vna eclesia, sunt inhabiles τ iexperti in alia. a qua si recesserint mendicare cogunt̄, Sequerent̄ etiam ex predicta ordinatione multa alia bona licet magna librorum exinde pditio sequeretur, τ aliqui sancti de quorum veneratione per vniuersum orbem fit memoria, τ in Romana curia corum non habetur notitia, forte non venerarent̄ per diuersas nationes sicut nunc venerantur, τ posset inde referuescere laicorum deuotio, nisi prouideretur de remedio competenti circa venerationem predictam. τ circa pditionē librorum, in qua posset prospici faciendo rubricas generales de omnibus que ad officium ecclesiasticum spectant, ita ꝙ psalmi τ alia que vniformiter scripta sunt, vniformiter dicerentur, in his autem in quibus est difformitas sicut in lectionibus antiphonis τ responsorijs, vnum de vna materia vel historia iuxta ecclesiarum consuetudinem pro alio dici posset. τ secundum hoc cum paucis additamentis ecclesiasticorum librorum deperditio vitaretur.

SUMMARIUM

1 Regulares circa officium vti ritibus suis possunt.
2 Ecclesie traditiones sicut a maioribus tradite sunt obseruande sunt.
3 Mos cuilibet ecclesie seruandus est.

¶ Rub. lvij. Quod regulares reliq possent ceremonijs suis quo ad officium diuinum.

1 f Si etiam † regulares qui circa officiū magis insistere habent ex premissis grauarentur, possent relinqui ritibus τ cerimonijs suis, cum sicut Nicolaus Michaeli impatori scribit. Sancta romana sciat ecclesia ꝙ nihil obsunt saluti credentium diuerse pro loco τ tempore consuetudines τ illis canonica non obsistat auctoritas pro qua eis obuiare debemus. τ ƀm
2 Hierony. ad Lucinanū. † Traditiones ecclesie presertim que fidei non officiunt, sicut a maioribus fuerunt tradite, sunt seruāde, nec aliquorum consuetudines aliorum contrario more subuerti debeant. Greg. Augusti. anglorum episcopo scribit, placere eidem ꝙ ipse Augu. siue in romana, siue in gallicorum, siue in qualibet ecclesia iuerit quod plus omnipotenti deo possit placere eligat, τ hec quasi in fasciculum collecta in anglorū ecclesia que in fide nouella erat, instituat. Et secundum Augustinum ad Januarium, quod neqꝫ contra fidem, neqꝫ cōtra bonos mores esse comittitur, indifferenter habendum est, τ pꝛo
3 rum inter quos viuitur societate seruandum. † τ mos cuiuslibet ecclesie obseruandus, ne inde ad scandalum subsequatur. Quod tamen Gratiannus intelligit de illa consuetudine que vel vniuersalis ecclesie vel temporū prolixitate roboratur, qꝛ si pro varietate temporum vel locorum vel aliorum varie consuetudines inducantur, inuenta oportunitate resecande sunt potius ꝙ̄ seruande. Jn quo etiam Augu. ad inquisitores Januarij scribens concordat pro eo quia ꝙ̄uis inueniri non possit quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem confundunt quam in paucissimis, τ manifestissimis celebrationuꝫ sacramentis, misericordia Dei voluit esse liberum.

SUMMARIUM

1 Sacerdos ornatus esse debet.

¶ Rub. lxviij. de sexta negligentia circa cultum diuinum in ꝺ fectu ornamentorum, τ sine eis deseruientium.

a Sexta negligentia ƀm cultū diuinū est in ecclesiasticis ornamētis, qꝛ in multis ecclesijs parochialibus, τ maxie in ptinētibus ad pſentationē, collationē, vel dispositionē religiosoꝝ exēptoꝝ, est gn̄alis defectus vestiū τ indumētoꝝ sacerdotaliū, τ ministroꝝ ecclesiasticoꝝ, necnon τ libroꝝ calicum τ aliorū ornamentorum ecclesiasticorum. τ in aliqbus alijs ecclesijs sunt ita vilia τ sordida vestimēta, ꝙ abominationem inducunt. Jn nonnullis vero ecclesijs celebraturi presbyteri desuper tunicam vel super tunicale, aut tabardum in conspectu populi absqꝫ rocheto seu camisia romana, vestes sacerdotales apponūt. Jn alijs sacerdotalibus ministrantes, τ in ecclesijs deseruientes supelicium non deferunt, nec habitum clericalem. τ in aliquibus religionibus laici conuersi sacerdotibus seruiunt, τ in generali confessione que ante introitum misse fit a sacerdote, dicti laici τ clericuli, τ pueri more alterius sacerdotis presbytero celebrāti, respondent τ quodammodo absoluunt eundem a peccatis generaliter confessatis, τ si nequaꝙ̄ habeant potestatem. Cū itaqꝫ secundum doctrinam apostoli ad Corinthi. τ ad Titū.
1 † Sacerdotem oporteat esse ornatū. τ in veteri testamēto. Sacerdotes Dei τ ministri tēpli ex preceptis domini varijs vestibus τ ornamentis, sine quibus officium suū exequi non audebant legantur fuisse ornati, quod de exteriori etiam ornatu nō solum de ornatu virtutum intelligendum est secundum Hieronym. τ secundum eundem tales sordes laudes non parant. τ beatus Joannes in apocalip. describat contra prefatos defectus ornamentorum τ absqꝫ ornamentis deseruientes, esset ꝺ contrarijs remedijs prouidendū, cum sicut Gregori. decimus ait, deceat domum domini sanctitudo, deceat vt cuius factus est in pace locus, eius sit cultus cum debita veneratione pacificus. Que constitutio Grego. ꝙ̄ꝙ̄ sancta τ vtilis, non seruat̄.

SUMMARIUM

1 Reliquie sanctorum a laico teneri nec ostendi debent.
2 Laici secus altare stare vel sedere non possunt.
3 Oze morte subitanea interijt, quia manum ad Archam domini posuit.
4 Clerici in minoribus ordinibus cōstituti sacra altaris vasa portare non debent.

¶ Rub. lix. de septima negligentia, quia laici τ insacrati homines reliquias τ deo dicata ornamēta contingunt, τ sacrarium intrant, τ cruces portant.

1 a Septima est negligentia circa diuinum obsequium atqꝫ cultum, quia prelati permittunt qꝺ reliquie sanctorum teneantur a laico τ etiam ostendantur, cruces τ thuribula portentur, τ alia ad cultum diuinum pertinentia fiant per dictos laicos que pertinet ad officium clericorum, Nec seruantur iura, nec remedia contra hec hactenus constituta secundum que constitutum fuit in sexagesimosexto capi. concilij Agathensis ꝙ insacrati ministri licentiam non haberent ingrediendi sacrarium, quod greci diaconium appellant. τ quod vasa dominica non continge-
2 rent. † τ idem statutum fuit in concilio Laodicen̄. τ in primo concilio Bracharensi, τ in concilio Martini pape, τ in concilio Maguntino, in quo etiam fuit superadditum quod dicti laici secus altare stare vel sedere inter clericos non presumerēt quando misteria celebrantur. Jtem statuit Sixtus papa causam dicte constitutionis assignans, vt pro talibus presumptionibus iratus dominus plagam populo suo imponat, τ hi qui non peccauerunt pereant, quia perit sepe iustus pro impio τ Stephanus papa ait, Uerendum esse ne vltio que Baltha sar percussit super transgredientes veniat, τ corruere ad ima
3 faciat. † A talibus exemplum Oze, qui morte subitanea interijt quia manū ad archā dn̄i apposuit, est plurimū formidādū.
4 ¶ † Non solum autem predicta laicis prohibent̄, verumetiam

clericis in minoribus ordinibus gstitutis, Nam fuit gstitutum in gcilio Brachar. ꝛ i. xliij. ꝛ. v. capi. iij. gci. Brachareñ. q̄ n̄ liceret cuilibet ex lectorib⁹ sacra altaris vasa portare, nec alijs nisi illis qui ab episcopo subdiaconi fuissent ordinati., quodq̄ dicti lectores nō ingrederentur sacrarium, nec psallerent in ecclesia existentes in habitu seculari.

SVMMARIVM

1 Prelati ad reparationem ecclesiarum, ꝛ luminaria tenenda sunt obligati.

¶ Rubrica. lx. De negligentia circa reparationem ecclesiarum, ꝛ luminarium.

1 a Lia † vero negligētia dictorū prelatorū, ꝛ curatorum est circa reparationem ecclesiaꝝ qꝛ eas non faciunt reparari, nec luminaria debita i ecclesijs dū diuina pagunt̄ officia fieri, Nec i aliqbus ecclesijs, ꝛ monasterijs potissime religiosorum ad eleuationem corporis Christi tortitia accenduntur, nec cāpanella pulsatur, sicut est debitum, ꝛ in ecclesia fieri consuetū. Dicti etiā prelati accurati ad predicta onera reparationis ecclesiarū luminaria tenenda, ꝛ sartatecta restituenda frequenter cōtribuere nolunt, contra constitutionem concilij generalis, q̄ꝫ tertia pars redditum pro reparatione luminaribus ꝛ sartatectis predictis in Brachareñ. Mileuitano, ꝛ Toletano concilijs, ꝛ a Gelasio, Simplicio, ꝛ Gregorio romanis pōtificibus extitit deputata. Super quibus esset de remedio executionis debite prouidendum.

SVMMARIVM

1 Prelati iura ecclesiastica ꝛ beneficiorum deffendere tenent̄.

¶ Rub. lxj. de negligentia circa defensionē ecclesiasticorū iurium, ꝛ subditorum.

1 a Lia † negligētia dictoꝝ prelatorū, ꝛ curatorū est, qꝛ multi ex eis iura ecclesiastica dignitatum, ꝛ beneficiorum, que obtinent non defendūt, nec etiam subditos eorum contra tyrānos nobiles ꝛ potentes opprimentes eosdem, in eorum laudibus gloriantes, Contra quos Anacletus papa cūctis fidelibus scribit, q̄ nihil est illo pastore miserius, qui luporum, idest tyrannoꝝ laudibus gloriat̄, quibus si placere noluerit erit hinc omnibus magna pnicies, qꝛ nullus pastor placere lupis, ꝛ gregibus ouium pōt. Tales iuxta veritatis vocem in Joanne, nequaq̄ꝫ gregis custodie pastoꝝ studio, sed mercennariorum vice deseruiunt, qꝛ veniēte lupo fugiunt dum sub silentio se abscondunt. Quos p Esaiam dn̄s increpat dicens, Canes muti nō valētes latrare. De talibus ēt in Ezechiele gquerit̄ dn̄s dicens, nō ascēdistis ex aduerso, neq̄ opposuistis murum pro domo Jsrael, vt staretis in prelio in die domini. Que verba Gregorij in. xv. sui pastoralis expōnēs ait, ex aduerso ascendere est pro defensione gregis libera voce huiusmodi potestatibus cōtraire, ꝛ in die domini in prelio stare, est prauis decertantibus ex iustitie amore resistere. Pastores enim recta timuisse dicere, qd est aliud quam tacendo terga prebuisse? Quod nimirum si pro grege se obijcit murum pro domo israel hostibus opponit. Predicta autem beatus Thomas martir obseruans in celis extitit coronatus, beatus Ambro. de se scribit, Libenter pro altaribus imolato, nō me vallabo circūcisione populoꝝ, nec altari tenebo vitam obsecrans. ꝛ hec non solū tangūt prelatos superiores, qui ꝭm Anastasiū papam alijs prelatis ꝛ curatis inferioribus defensionis proprie auxilio desolatis, ꝛ qui pro debilitate ꝛ impotentia eorum suis subditorum ꝛ ecclesiaꝝ suaꝝ actibus ꝛ iuribus defendendis prodesse nō possunt, deberent forti brachio subuenire. Nam qꝛ nō faciūt, quinimmo multis principibus, dominis tꝑalibus, ꝛ laicis ecclesiā ꝛ ecclesiastica bona, ꝛ iura ac subditos opprimentibus ꝛ turbantibus fauent, ꝛ eis decimas ꝛ primitias ꝛ multas gratias concedunt, destituitur ecclesia, perditur deuotio subditorum, ecclesiastica iura depereunt. Et cum ipsas ecclesias ꝛ ecclesiasticas personas grauet romana ecclesia ꝛ aggrauantibus faueat neruus disrumpitur ecclesiastice discipline, nec oportet exempla super premissis longe querere, cū reperiant̄ ꝺ prope quodammodo, ꝛ vbiq̄.

SVMMARIVM

1 Ecclesie prouentus pauperum esse debent.
2 Clerici quidquid habent pauperum est.
3 Ecclesie redditus ꝛ oblationes in quatuor partes diuidi dn̄t.
4 Clerici hospitales esse debent.
5 Abraham ꝛ Loth. ob hospitalitatem Deo placuere.
6 Corporalis exercitatio modice vtilis est, pietas autem ad oīa vtilis est.
7 Hospitalitatem despicientes excommunicati sunt.
Prelati de hospitalibus sollicitudinem non habent, quod detestabile est.

¶ Rub. lxij. De negligentia prelatorum ꝛ beneficiatorum circa dispensationem prouentuum ecclesiasticorum, ꝛ circa hospitalitatem.

c St ꝛ alia negligentia multum periculosa in clero vniuerso circa dispensationem ꝛ distributionem ecclesiasticorum prouentuum, quorum procurationē quodammodo, † cum dicti pꝛuentus sint
1 ꝛ esse debeant pauperum, sicut in. xxiij. epistola Augustini ad Bonifacium comitem de differentia Arrianorum ꝛ Donatistarum, cuius pars in decretis est, continetur. Ad quos cōcordat beatus Ambro. dicens, quod omnia sua pauperum sunt.
2 † Et Hieronymus Damaso pape scribit, q̄ quidquid habent clerici, pauperum est, ꝛ domus illorū omnibus debent esse cōmunes, ꝛ quod ipsi clerici susceptioni peregrinoꝝ, ꝛ hospitio
3 inuigilare ꝛ studere debent. ꝛ ꝭm gcilia antiqua ꝛ canones, q̄tuor de redditibus ꝛ oblationibus deberent fieri portiones, q̄rum vna esset pontificis, altera clericorum, alia paupeꝝ. Quibus quidē pauperibus pars huiusmodi non distribuitur vt deberet, lꝫ Ambrosius exponens id qꝺ in Luca scriptū est, dicat neq̄ enim minus est criminis cū quis possit ꝛ abūdet indigentibus denegare q̄ꝫ habentibus tollere, subdens, Esurientium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, ꝛ miserorum redmptio est ꝛ absolutio pecunia, quā tu i terra deffodis. Tantorum ergo te scias inuadere bona, quantis possis prestare qꝺ velis. Apostolus in apostolica regula de promouendis dicit, † quod hospitalem oportet esse sacerdo-
4 tem, cuius rationem gratianus assignat, ne vꝫ ipse sacerdos ꝛ beneficiatus sit numero eorū quibus in iudicio dicit̄, Hospes eram, ꝛ non suscepistis me. Non enim potest esse hortator hos-
5 pitalitatis, qui domum propriam hospitibus claudit. † Debet autem ad memoriam reuocare quomodo Abraham, ꝛ Loth p hospitalitatis opera Deo placere, ꝛ angelos hospitio recipere meruerunt. Quomodo angeli sodomis hospitalitatis domū ingressi, Loth cū familia sua liberauerūt, quomodo clausas domos cum hospitibus ingressus ignis perdidit. Quomodo secundum Hieronymū aliena capere conuincitur, qui vltra sibi necessaria retinere probatur. Apostolus autē scribēs
6 ad Timotheum, ait, Exerce teipsum ad pietatem. † Nam corporalis quidem exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autē est vtilis ad omnia habens prouisionem vite, que nunc est ac future. Ab hac secundum Gratianum quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. Si vxor vidua ab ecclesia recipi prohibet̄ que pauperes non recipit hospitio, que pedes sanctorum non lauit, que omne opus bonum non est executa, multomagis sunt prohibendi a sacerdotio qui ab opere pieta-
7 tis probantur alieni. † Unde quidam hospitalitatis opera despicientes in Gangrensi concilio excommunicantur. Jsta hospitalitatis opera plusq̄ꝫ deceret in Dei ecclesia negligunt̄. Et qꝺ detestabile ēt est, a prelatis sollicitudo diligens, ꝛ cura debita non hr̄, de hospitalibus, zenodochijs, ꝛ alijs pijs ꝛ religiosis locis in republica hactenus salubriter gstitutis ad recipiendos ꝛ gstruēdos paupes pegrinos, senes, pueros parentibus orbatos, infantes, ꝛ miserabiles psonas, sicut sunt leprosi q debērēt epali pꝛuidētia ali, ꝛ a psonis alijs, ne eas inficerēt separi, exēplo Marie sororis Aaron sicut in lib. Numeri cōtinetur.

SVMMARIVM

1 Redditus ecclesiastici in supfluos vsus expēdi non debent.
2 Sacrilegium ꝛ rapina est retinere redditus ecclesie vltra victum

ctum necessarium quotidianum ⁊ simplicem vestitum.

Rubri. lxiij. Quomodo dicti prouētus ecclesiastici communiter in vsus vanos vel illicitos expenduntur.

1 Ane † si ad distributionē dictorū ecclesiasticorum prouentuū consideratio habeatur, videri potest quod expenduntur in superfluos elatos ⁊ vanos vsus vestium, ornamentorum, familiariū apparatum, ⁊ superfluitatem ciborum, ⁊ potuum, vel exinde ditantur, exaltantur, ⁊ nobilitantur parentes, ⁊ datur carni ⁊ sanguini, quod est Christi, vt de ceteris dantibus Histrionibus, personis vilibus, ⁊ lusoribus, principaliter taceamus. Cōtra quod beatus Bernardus scribens ait, ego acquisiui sanguine proprio, tu cōsumis ⁊ fulges in aparatu regio. Ego acquisiui opprobijs ⁊ flagellis, tu consumis in ciphis argenteis, aureis, ⁊ scutellis. Ego acquisiui vestibus nudatus, tu consumis vt fulgeas in vestibus preciosis. Ego acquisiui manibus cruci affixis, tu consumis manibus taxillis ⁊ aleis dedicatis. Ego acquisiui coronā spineā portando, tu consumis molle puluinar capiti tuo supponēdo. Ego acquisiui acetum ⁊ fel degustando, tu cōsumis ciceram ⁊ merū potando. Et postmodū subijcit in alio loco idem Bernadus. Honorati incedunt dei ministri de bonis domini, cui honorem non defferūt. Inde est quod quotidie cernis in frenis aureis, ⁊ in sellis, ⁊ phaleris meretricius nitor apparet, intrinsecus habitus regius est apparatu, vt plus fulgeant calcaria quā altaria.

2 † Idem Bernardus, Quicquid preter quotidianum victum necessarium ⁊ vestitum simplicem de altari retines, tuum non est, sacrilegium est, rapina est, presis vt prouideas, vt consulas, vt serues, vt procures, vt distribuas suo tēpore, vt fidelis seruus quem constituit dominus super familiam suam, sed ad quid, vt des illis escam in tempore, vt dispenses, non vt imperes aut dissipes. si multum accepisti, multum debuisti dare, ⁊ si modicum, ⁊ illud tribue. Nam qui in modico fidelis est, supra multa constituitur ⁊ intrat in gaudium domini sui, ad quod nos perducat ille qui viuit ⁊ regna in secula seculorum Amen.

Ista dicta fuerunt in concilio generali Vienne celebrato, per Reuerendum patrem dominum Gullielmum Dei gratia Episcopum Mimaten.

FINIS

Tractatus, siue Dialogus de Concilio, Clariss. iuris vtriusque docto. domini Marci Mantue, Patauini. incipit.

SVMMARIVM

1 Petri nauicula mergi non potest.
2 Heretici, scismatici, ⁊ peccatores si sunt in ecclesia in ea etiam sunt viri probi qui Christum sequuntur.
3 Passiones huius temporis ad futurā gloriā condigne non sunt.
4 Virtus infirmitate, ⁊ prosecutione perficitur.
5 Temperamentum optimum ex duobus contrarijs fit.
6 Opposita iuxta seposita magis elucescunt.
7 Judicium certissimum ex collatione nascitur.
8 Sacrificantes olim quare vestes ad aures vsque attollebant.
9 Homo ad laborem nascitur.
10 Quies corpora ⁊ animos marcescit.
11 Ocium ad corporis sanitatem malum est, exercitatio vero bonum maximum.
12 Ocio labores anteponendi sunt.
13 Operare qui non vult non manducet.
14 Aaron post Christum fuit primus qui legem sacerdotij in nomine domini accepit.
15 Mercēnarius sua mercede dignus est.
16 Sacerdotum secte diuerse sunt, ⁊ qui sacerdotes dicantur.
17 Deum vnum in celis, ⁊ vnum prelatum in terris habemus, vnā fidem in corde.
18 Imperator vnus est.
19 Ociositas malitiam multam docet.
20 Vir prudens ⁊ disciplinatus non murmurabit.
21 Incontinentia etiam insolentia appellatur.
22 Presbyteri grece, latine seniores dicuntur.
23 Mathias fuit primus per apostolos ordinatus.
Cleros grece sors latine hereditas dicitur.
24 Multi sunt vocati, pauci vero electi.
25 Sacerdotes multi sunt nomine ⁊ pauci opere.
26 Maumethani ⁊ turce ⁊ alij qui foris sunt, nihil ad nos.
27 Nec canonibus spiritualibus tenentur.
28 In Christum vt credamus, non solum nobis datum est, sed etiā vt pro eo patiamur.
29 Persona prius quam res ipsa regrēda ē vbi d̄ re aliqua disputat̄.
Spiritus sanctus apostolos varijs linguis docuit.
30 Concilij caput est papa.
31 Concilij pro capite qui papam non habet Christum non habet,
32 Pape soli dictum est tu es petrus ⁊ super hanc petram ⁊c.
33 Concilium sine papa caput acephalum dicitur.
34 Christus ecclesie caput est.
35 Concilium ecclesiam vniuersalem representat.
36 Concilij congregatio soli pape spectat.
37 Concilium sine pape auctoritate congregās, grauiter punitur.
38 Moyses iussu domini septuaginta viros de senioribus Israel congregauit.
39 Concilio papa preest.
40 Rectum ⁊ vtile per se oratione prolixa non indiget.
41 Concilium quando per alium quam per papam congregare possit ⁊ j. numero. 43.
42 Ius in sua causa sibi quis dicere non potest.
Limita vt j. numero. 192.
44 Papa a cardinalibus elligitur.
Papa preter peccatum omnia facere potest.
45 Papa dei vicarius est.
46 Papa superiorem non habet, ⁊ eius consistorium vnum cum deo est.
Limita vt j. nu. sequen.
47 Fidei questio magna ⁊ grauis est.
48 Fides Dei donum appellatur.
49 Homo non ex operibus legis iustificatur, nisi ob fidem.
50 Fides saluos nos facit.
51 Electio pape instinctu spiritus sancti fit ⁊ nume. seq.
53 Concilium congregandum est vbi de electione contendit̄ propter scisma.
54 Concilium ratione scandali contendentes de papatu potest repellere, ⁊ tertium elligere.
55 Episcopus ob scādalum iuri quesito renunciare compellitur.
56 Conciliū imperator congregat, quando papa id non congregat.
57 Imperator quando papam eligat, ⁊ an eum deponat.
Otto rex Ioan. duodecimum papam deposuit.
58 Imperator est de his qui in concilio adesse debent, quando causa fidei tractatur.
Ad concilium venire possunt etiam non vocati quando causa fidei tractatur.
59 Concilium nunquam fit, in quo non sit fidei questio tractanda.
60 Imperium a Deo processit.
61 Verisimilitudo falsitatis imago dicitur.
62 Concilium sine cardinalibus congregari non potest.
Papa cardinales fratres appellat.
63 Papa a cardinalibus iurm̄ fidelitatis non exigit, ⁊ quare.
64 Episcopi cardinales, vt episcopi, non vt cardinales, pape fidelitatem iurant.
65 Cardinales minorem dignitatem habent quam episcopi, licet maius officium ⁊ administrationem habeant.
66 Cardinalium consilio ecclesia romana regitur.
Cardinalis luminaria ecclesie dicuntur.
67 Cardinales non solum vrbis sed orbis pondus sustinent.
68 Cardinales gentilitas prothoflamines appellauit.
69 Cardinales columne ecclesie sunt.
70 Cardinales quales esse debeant.
71 A canonibus ex causa recedere licitū est.
72 Leges ⁊ iuramēta transcendere ex causa licet, ⁊ etiā occidere.
73 Homicidio nil grauius est.
Occidere patrem matrem ⁊ patrem ⁊ fratrem ex causa licitum.
74 Ecclesia viris literatis, ⁊ non asinis ferratis indiget.
75 Patriarche seu primates in concilio interuenire debent.
Patriarche patrum principes latine dicuntur.
76 Patriarcharum sedes principales que sint post romanam.
77 Sedes romana super omnes alias principatum obtinet.
78 Hereticus est qui credit romanā ecclesiā aliarū nō esse caput.

79 Sedes quatuor patriarchales rome sunt.
80 Concilio nil maius dici potest.
81 Quies secundum labores adaptanda est.
82 Venatio seruis dei prohibita est.
83 Venator nullus sanctus inuentus est, peccatores multi, vide. j. nu. 87. vbi de Eustachio.
84 Venatio, rei militaris quoddam est preludium.
85 Dictiones vniuersales restringunt.
86 Venatio quare clericis ⁊ non piscbatio prohibita sit.
88 Venatio necessitatis causa permissa est.
89 Ars nulla sine magistro, excepta tacendi, discitur.
90 Index digitus quare a veteribus salutaris sit appellatus.
91 Archiepiscopi ad concilium vocantur, ⁊ vnde dicantur.
92 Et an a metropolitanis differant.
93 Archiepiscopus sub se communiter decez aut vndecim episcopos habere debet.
94 Archiepiscopi tres sunt in sicilia.
95 Archiepiscopi episcopos deponere non possunt, sed hoc soli pape competit.
96 Archiepiscopi de criminibus paruis cognoscunt.
Archiepiscopi concilium prouinciale quot annis faciunt.
97 Archiepiscopi in partem solicitudinis vocati sunt.
98 Episcopi ad concilium vocandi sunt.
99 Episcopi per papam fratres appellantur.
100 Episcopi leges scire debēt, ⁊ alios docere ⁊ ab alijs nō doceri.
101 Episcopi in vtroqz testamento periti esse debent.
102 Litere grece ⁊ latine ad alias scientias sunt principia.
103 Philosophia omnium artium est mater.
104 Canones ⁊ theologia heresim deffendunt.
Elloquentia a Lacedemonijs reprobabatur, ⁊ quare.
105 Elloquentia iudicum sententias ad sua vota posse conuertere demosthens profitebatur.
106 Philosophia inuenta est vt nobis prodesse possimus.
107 Archiepiscopus Mediolanensis Rauennatensi prefertur.
108 Moyses ⁊ Daniel omni scientia Egiptiorū, ⁊ caledorum eruditi erant.
109 Elloquentie ⁊ rethorice splendor a diuinis scripturis sumpsit exordium.
110 Canonum professores, ⁊ literarum diuinarum promoueri deberent.
111 Episcop. maior ordo in ecclesia non inuenitur.
Papa episcopum se vocat.
112 Petrus inter apostolos episcopus fuit a retibus euocatus.
113 Adam a paradiso expulsus non fuisset, nisi bonum, ⁊ malum a serpente didicisset.
114 Petrus imbutus diuina sapientia magnalia dei loquebatur.
115 Adam a paradiso eiectus fuit quia malum elegerit.
116 Ignorantia omnium malorū est fomes, ⁊ in episcopo reprehensibilis.
117 Breuitati consulendum est.
118 Abbates concilium exornant, ⁊ ad id venire tenentur.
119 Principes res ecclesie defendere tenentur.
120 Abbates baculo ⁊ mitra vtuntur.
121 Abbates prelatis omnibus inferioribus preferuntur.
Et episcopis in aliquibus equiparantur.
122 Abbatibus magna scientia non est necessaria, modo sint discreti, ⁊ in regula periti.
123 Scilla ob deformitatem suam in mari se precipitem dedit.
124 Mulier deformis secundum legem deute. repudiari poterat.
125 Corpore vitiati Deo sacrificium offerre non poterant.
126 Cerui dum pingues sunt, ne capiantur non apparent, donec agilitatem primam recuperant.
127 Abbates corpulentia deformes ab abbatia sunt remouendi.
128 Origenes se eunuchū fecit, vt liberius mulieribus predicaret.
129 Marcus sibi pollicem precidit vt non esset sacerdos, ⁊ tamen fuit.
130 Prelati per citationem ad concilium vocandi sunt.
131 Prelati vocati ad concilium non venientes qūo puniantur.
132 Prelati ad concilium vocati nuntijs, vel literis excusare se possunt.
133 Prelatos ad concilium vocatos que iusta causa excusat.
134 Prelati ante expeditionem concilij recedere non possunt.
135 Exordium a diffinitione summendum est.
136 Diffinitio quid sit.
137 Concilium quid sit.
138 Concilio infideles quomodo adesse possunt.
139 Infideles de ouili Christi non sunt.
140 Infideles canonibus non ligantur.
Infideles ad Dei gratiam vocandi, ⁊ non compellendi sunt.
141 Concilia quedā que sine pontificis auctoritate celebrari pñt.
142 Diffinitiones in iure periculose sunt ⁊ facile subuerti possunt.
143 Concilium vnde dictum sit.
144 Sinodus grece concilium latine dicitur.
Sinodus vnde dicatur, ⁊. j. nu. 145. ⁊. nu. 146.
147 Conciliari quid sit.
148 Concilium triplex est.
149 Concilium generale vniuersalem ecclesiam representat.
150 Concilium proprie non dicitur quod per monachos fit, sed late.
151 Concilia generalia ⁊ prouinctialia quare raro fiant, ⁊ episcopale quotannis, ⁊ ex causa bis in anno.
152 Concilia constantini tempore ortum habere.
153 Concilium generale quid a lateranensi differat.
154 Concilium lateranense quare sic dicatur.
155 Concilium Carthaginense quare factum fuit.
156 Heresis est contra concilium pertinaciter tenere.
157 Concilium in spectātibus ad fidez ⁊ mores errare non potest.
158 Ecclesia, pro qua Christus orauit, errare non potest.
159 Concilium vt suspectum recusari non potest.
160 Concilium si pape contradicat, sententia concilij preualet, vide tamen. j. nu. 173. vbi distinguit.
161 Concilium Antiochenum apostoli primi celebrarunt.
162 Fidei causam iudicio vnius hominis cōmitere periculosuz est.
163 Christus nō soli petro sed omnibus apostolis communiter potestatem dedit, licet ei prius.
164 Iudicium plurimorum sententia comprobatum firmius est.
165 Funiculus triplex difficilius rumpitur.
166 Concilij iudicio pape facta non subiacent.
167 Concilij statuta solus papa interpretatur, limitat, ⁊ tollit.
168 Concilij acta papa presente dictantur.
In concilio solus papa statuit.
Et est supra concilium.
169 Deo fit reuerentia, si pape fiat.
Ferie perusinorum ob pape aduentum tam repentine q̄z in honorem dei sunt.
170 Papa superiorem in hoc mundo non habet.
Papa facit quod sibi placet.
171 Papa a deo potestatem habet, alij prelati ab ipso.
172 Papa idem est q̄ admirabilis.
Papa potestatis plenitudinem habet.
174 Papa non legitime ellectus non est Deus in terris, sed diabolus.
175 Concilium celebrari debet ante quadragesimaz, ⁊ circa autumnum, ⁊ quare.
176 Moyses quadraginta diebus ⁊ noctibus ieiunauit.
177 Ieiunio Adam, ⁊ Eua penitentiam egerunt.
178 Concilium quando celebrandum est, missa spiritus sancti in primis dici debet, ⁊ demum prelati vestibus conciliaribus se induere.
179 Fides christi mergi non potest, etiam si papa hereticus esset.
180 Nero primus ecclesiam persecutus est, quando petri miracula vidit.
181 Violentum aliquod perpetuum esse non potest.
182 In concilio an vnus pro omnibus respondeat.
183 Vniuersi rñdere dicuntur si per vnum respondere faciant.
184 Veritas inueniri non potest nisi super ea dubitetur.
185 Concilium ex iusta et legitima causa per paPaz dissolui potest ⁊ infra. numero. 187.
186 Concilium Basiliense per Eugenium dissolutum seu translatum fuit.
188 Inconstantia in papa valde detestabilis est.
189 Inconstantia iniquitas ⁊ temeritas appellatur.
190 Leges improbant actus sine causa factos.
191 Concilium inter duos de papatu contendentes indicat.
192 Imperator in causa sua iudex esse potest, licet honeste faceret, si alteri causam committeret.
193 Imperator inter duos de papatu contendentes iudicare non potest.
194 Concilium congregabitur per imperatorem, si de papatu contendatur.
Imperator ecclesie aduocatus ⁊ defensor est.
195 Imperium sicut apostolatus a Deo processit, ⁊ cum ecclesia fraternizat.

197 Imperator

196 Imperator quare vngatur & consecretur.
197 Imperatores quare elligantur.
Ottones tres vnus post alium imperarunt.
198 Imperatoris electio vbi fiat.
199 Imperator tribus coronis coranatur.
Et totius mundi dominus est.
200 Mundus in tres diuiditur partes in Asiam, Apbricam, & Europam.
201 Harmonia simphonias tres continet.
202 Imperator quare corona ferrea, argentea, & aurea coronetur.
203 Imperator a quibus coronetur his tribus coronis.
204 Concilium ad imperatoris sollicitudinem congregatur.
205 Imperatoris interest pacem in vrbe romana esse.
206 Nullum ciuitati malum perniciosius fore q̃ quod eaz diuidit.
207 Concilium si papa nec imperator nolunt congregare ad collegium cardinalium congregatio spectabit.
Et si cardinales dissentiant solus imperator congregabit.
Imperator vniuersi orbis iurisdictionem habet, & totum populum Christianum representat.
208 Iustitiam a superiore consequi non valens propria auctoritate sibi ius dicere potest.
209 In concilio ad fidem catholicam spectantia tractantur.
210 In concilio imperator interest non ad potentiam demonstrandam, sed ad fidem confirmandam.
211 Hereticus est dubius in fide.
212 Fidei & sacramentorum ecclesie questio ad solũ papaz spectat.
213 Papa hereticus esse potest, & in fide errare potest.
214 Christum mendacium dicere cogitanduz nec presumendũ est.
215 Scisma in ecclesia dei maximum malum est.
216 Concilium congregatur si papa a fide deuiet, & si papa notorius sit peccator, ita q ecclesiam scandalizat.
217 Concilium congregatur si lites & iurgia in prouincia aliter sedari non possunt.
218 Generalia subici solent specialibus premissis.



Tatim & cum primuz tuas accepi literas mi Roberte, quibus de concilio me certiorem reddebas, (mitto q omnes letitia maxima accesseris, si tamẽ ita erit, vt scribis, & fiat) cepi mecũ tacitus cogitare, quid nam, qd huic rei maxime cõuenire viderec̃ scribere possez hoc tempore, quo ferie nobis solito longiores indicte sunt, non q putauerim noctuas (vt est in puerbio) Athenas apportare, sed vt ingeniũ periclitarer, excitaremqz alios ad scribendũ & te presertim, qui si velis, & nisi quotidianis occupationibus detinearis adeo ingenio velox es, & iudicio acri, vt solus scire videaris, nemoqz sit, qui tibi facile possit cõparari. Adde q adiumento erimus his, qui concilio preerunt, non doctis, & eruditis, ij enim ope auxilioqz alioꝝ non indigent, sed ignaris & mediocribus, & qui vocantur, non vt tales sint, quales esse debent, sed quia tales esse putantur, cum etiam, vt Cy. inquit arbitrari debeamus, ea lege nos esse natos, & ea nos habere principia nature, quibus parere debemus, & que sequi debeamus diligenter scrutari, tuz & maxime vt nostra vtilitas cõmunis sit, qñ quidem plura se offerebant, nedũ pulchra, verum ẽt vtilia christianis hominibus, & scitu digna, non vsqz adeo adhuc distincte, & clare disputata ab his, qui de his loquuti sunt, q ego viderim, vt fructum consequi valeant, quem sane consequerentur quam facile. Idcirco statui, cum tu ipse me ad scribendum eisdem literis tuis quodammodo excitaueris, tecũ etiaz loqui efficereqz vt tu pariter (quod dialogo fieri solet) tuiqz nominis interpositione mecum loquaris, de concilio, scilicet, deqz his, que in eo tractanda sunt, & de personis conciliaribus, verum quoniã papa concilij caput est, eiqz cardinales assistunt, & alij, prius de papa, cardinalibus, & alijs disseremus.

ROB. ¶ Fama est pontificem pridie ex vrbe discessisse, nescio si tu quoqz id intellexeris.

MAN. ¶ Intellexi, & quidem a multis, immo scholaris, nescio qs, ostẽdit mihi literas, qbus alius ipsum certiorẽ reddebat, Bononie apparatus maxios fieri ob ipsius põtificis aduẽtũ.

ROB. ¶ Argumentum cõcilij apertissimum, q̃uis multi secus crediderint, id ipsum minime fieri debere.

MAN. ¶ Ego certe semper fieri debere credidi, tum & maxime cuz primũ intellixi a VENETIS ob id Vicentie locũ cõcessum fuisse, ibiqz ab ipsius pontificis nuncijs nedum sessiones ordinatas, sed & missam amplius spiritussancti celebratam solẽniter, que omnia efficiunt, vt facile credamus fieri debere.

ROB. ¶ Nec secus credere debemus, ex quo nulla etiaz ratio est, qua fieri non debeat, Lutheranis id ipsum quoqz solicitantibus q̃maxime, quibus nisi obtemperaretur, futuruz esset ne Petri nauicula mergeretur, aut Christi fides deficeret, vel
1 saltem fluctuaret, † qñ mergi illa, hecqz deficere nunq̃ potest, si eiusdem Christi dicto credimus, vt legitur Luce. c. xxij. & in cano. si enim. in. §. & beatus. de peni. dist. ij. dum Petro loqueretur, ibi, rogaui pro te ne deficeret fides tua.
2 MAN. ¶ Bene dicis Roberte, † quia si in ecclesia heretici sunt, scismatici, & peccatores, esse non potest, vt in ea etiam viri boni, & qui Christi fidem sectentur, predicent, & tueantur, non sint, vt in cano. arrecta, & in cano. pudenda. xxiiij. q. j. iccirco alibi idem dixit, tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & porte inferri, eos intelligẽs, quos nuper enumerauimus, qz ipsis aditus ad inferos pateat, non preualebunt aduersum te Matth. xvj. c. & in canone. saluator. j. q. iij.

ROB. ¶ Immo hereses esse oportet mi Mantua, vt qui pbati sunt, manifesti fiant, & cum Propheta cõsurgant, & murum opponant pro domo Israel, cunqz apostolo per multas tribula
3 tiones intrent in regnum dei, † quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabit in nobis, vt in. d. cano. saluator. & ij. ad corinth. c. xj. & ad Roma.
4 viij. & xiij. Ezechi. iiij. † Adde q virtus in psecutiõibus, & infirmitate (vt aiunt) perficitur, aurumqz repetitis ignibus probat. vt in cano. officia. lix. dist. & nisi inuicem elementa conflictarentur, quam conflictationez inimicitiaz vocabat Empedocles, nul
5 lius rei esset generatio, † vñ forte illud etiam prodijt, tẽperamentum optimum ex contrarijs fieri, nihilqz simile ex simili generari, vt philosophi recentiores dixere, apud nosqz not. in. l. continuus. in. §. itẽ qui insulam, de verbo. ob. & in. l. queritur hermafroditum, de statu homi. & no. gl. in. l. ij. in. §. quod diximus. ff. si
6 quis cau. oppositaqz iuxta seposita elucescere magis ac magis. vt in. iij. Rethо. Arist. & in. l. j. in. §. videamus. ff. de his q sunt sui vel alie. iu. nõ secus ac si purpura iuxta purpuram diiudica
7 retur. † quando quidem ex collatione quoqz certissimum nascatur iudiciũ, sicut & simile iuxta simile, queadmoduz de cõparatione scripturarum in propositum inquit magnus doc. Bal. de peru. in. l. comparationes col. iij. C. de fide instru.

MAN. ¶ Ita ẽ certe, & succurit amplius. C. iulij cesaris clementiam a maioribus tantopere laudari, forte ob Neronis crudelitatem immanem & fedam. Nec minus temperatum Augusti imperium, q̃ terra illa, & importuna Lepidi Tirãnides maledictis execrari. Adeo vt nec cognita legerec̃ Philipi Macedonis mansuetudo ac facilitas, ni Alexandri filij superbia & fastus fuisset, qui licet rebus gestis, & gloria patrem superauẽrit, in hoc tamen a patre superatus est, & his de causis non herẽticum erit, vt credo quandoqz etiam opportunitates huiusmodi appetere, sicuti contra, diabolicum, oblatas, que nos facile ad peccandum alliciunt, non fugere, quod quidem si Dauid rex fecisset, auertissetqz oculos a Bersabe Helie filia, idemqz a mrẽ Caracalla Antonius, & a Proserpina Archas Philo, vt historici narrãt, & poete fabulantur, dũ se nudas lauarẽt, vt a Panthea Cyrus, vel ab vxore Darij Alexãder, absqz dubio non peccassent, nec mors per fenestras intrasset eorum, aut malorum amatores, se dignos fecissent morte, vt dicitur Hie. ix. &
8 sap. xv. † & inde est, q olim sacrificantes vestes ad aures vsqz attollebant, ne oculi aliquid triste viderent.

ROB. ¶ Appetende sunt certe supradictis de causis, vt inquis, tum & maxime a sacerdotibus.

MAN. ¶ Et cur non ab alijs.

ROB. ¶ Et ab alijs quoqz, sed, vt dixi, a sacerdotibus maxime, qz non ad quietem, sed ad laborem eliguntur.

MAN. ¶ Et alij quoqz ad idem eliguntur, immo nascuntur.
9 tametsi sacerdotes non sint, iuxta illud Job. c. v. † homo nascit ad laborem, & auis ad volatum. & Gene. iij. in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, & amplius de se confidenter loquens Apostolus Paulus ait, & gloriatur, gloria tamen Jesu Christi predicasse Euangeliũ vt necessaria sibi suis manibus ministraret. i. ad corinth. ix. & in c. sacerdos, ad fi. j. q. ij. quoniam vere ociosi, vt Teres Sitalei pater dicere q̃ sepissime solebat nihil ab agasonibus differunt

quia nihil agendo etiam(.M.Catonis oraculū erat)male age
re homines discūt.⁊ ea de re Adrianus quoqꝫ imperator opti
mus,ne quid aliquando emeret,vel pasceret ociosuꝫ,enitebatᷣ,
immo ab agasone quodam prouerbium natum est cum Miner
na quoqꝫ manum moue.cuius asinus cum luto infixus hereret
deberetqꝫ illi succurrere,⁊ ociosus Herculem imploraret,respō
disse ferunt, ita demum ad futurum,si asino laboranti manum
10 admoueret.† Adde ꝙ multa ges,vitaqꝫ sedentaria,in ocio se
mota,non corporibus modo verum etiam animis marcoreꝫ con
ciliat,non secus atqꝫ aque latētes,propterea ꝙ vmbra sint opa
ce torpeantqꝫ,neqꝫ profluant,putrescūt,dicente etiam Poeta.
Cernis vt ignauum corrumpat inertia corpus.Et capiant viciū
ni moueantur aque.Jedmqꝫ Gal.medicus,solertissimus(vt de
11 Aristotile etiā dicimus)indagator ait.† Maximū malum esse
ad corporis sanitatem,quietem,⁊ ocium,sicuti maximum bonū
labor,exercitatio,⁊ motio deniqꝫ moderata.

ROB. ¶ Nec ego aliter sentio, ⁊ scio amplius, ꝙ remoto
Carthaginis metu,sublataqꝫ ea Imperij Romani emula, non
gradatim,sed cursu precipiti,a virtute descitū est,⁊ ad vitia trā
scursum,vetus disciplina deserta,noua inducta,in somnum a vi
gilijs,ab armis ad voluptates,a negocijs ad ocium conuersa ci
uitas,⁊ insuper ꝙ si Themistocles ociosam egisset vitam gre
cia non expulisset Xersem,nec Romana ciuitas fuisset,si Ro
mani Camillum non habuissent.Non deniqꝫ Greciam seruitu
te liberasset Epaminundas,nisi prefectus rebus gerendis,⁊ im
perium nactus post annum quadragesimuꝫ eousqꝫ Thebanis
ignotus,rempu.pene extinctam,⁊ collabantē restituisset.Scio
inquam,ꝙ nihil sine magno labore vita dedit mortalibus,quōqꝫ
nucem frangat(vt dici solet)qui ex ea nucleum vult ꝙ bonū pa
rit odorem labor ocium vero malū.Jta ad iuuenes crebro etiaꝫ
diceret Plato ille diuinus, quo nihil sanctius habuit Grecia.
12 ocio labores anteponite,ni rubiginem splendori prestare puta
tis,ꝙ maximo sine labore cōsequi diuinitatis est donum, apud
nos vero non solum virtutes,sed cetera quoqꝫ preclara, sudore
queri solere,ꝙ homines in mundum non ad opes possidendas,
non ad perfruendas delicias, sed ad labores,vt dicis,nascūtᷣ.
quodqꝫ viuere in terris non tanquam incole,sed vt aduene pere
griniqꝫ debeamus futuram patriam per opera virtutis inquirē
13 tes.† scio Paulum apostolum dixisse,si quis non vult operari
nec manducet.ij.ad Thesalo.c.iij.ꝙ mundicie mulieribus, la
bores vero viris conueniunt,ꝙ nulla memoria Ulissem cōmen
daret,si de eius vita labores aufferremus.nec Achillē dempto
Hectore ⁊ Scamandro,minusqꝫ Herculeꝫ,immo virtutē eius
mutilam redderemus,si bestias feras tyrannos,sursuꝫ ac deor
suꝫ,itineraqꝫ longa,⁊ grauia demeremus,at nescio,vt eo reuer
tar,vnde discessi,exemplis his tuis elegātissimis excitatus, vt
digredi paululū ab his,que dicere de sacerdotibus ceparamus
fuerit necesse,ꝙ deus optimus maximus,si sanctis doctoribus
maxime Hiero.⁊ August.Grego.Chriso.⁊ alijs credendū est
in vineam suā alios operarios ꝙ̄ sacerdotes miserit, vt Mat
14 the.xx.c.legitur.eam parabolam ita exponentibus. † Quoruꝫ
primus post Christum fuit Aaron,qui in lege domini sacerdo
tij nomē accepit,quiqꝫ eo iubēte añ alios victimas obtulit,vt ad
Heb.c.v.⁊ in cano.in scripturis.viij.qō.j.⁊ in cano.in nouo.
xxj.distin.legitur.

MAN. ¶ Interpretabar ego operarios.i.peccatores, qui vo
cati a domino in vineam,si bene eam spem,fidem,⁊ charitateꝫ
primuꝫ habentes,effodissent,coluissentqꝫ,quacunqꝫ bona venis
15 sent condignam accipiunt mercedem,dicente alibi Christo † di
gnus est mercenarius mercede sua,Luce.x.⁊ alibi dignus est
operarius cibo suo.i.mercede.x.Matthe.

ROB. ¶ Et de peccatoribus intelligi posset,sed ita est, vt di
ximus,tenendum,nec intelligendum secus.

MAN. ¶ Et ita teneamus, posteaꝙ̄ tibi sic placet,⁊ cui pla
ne,vt sacrarum literarū viro eruditissimo acquiescendum sem
per putaui, nō secus ac olim Pythagorici preceptori suo,cui
tantū auctoritatis tribuere, vt satis sibi esset respōdere,si quis
alicuius rei rationem perconctaretur,ita Pythagoram deter
16 minasse,† Sed dic queso,quos sacerdotes,seu operarios intel
ligis,quoniam eo deuentum est,vt multi sint,⁊ innumerabiles,
⁊ diuersarum quidem sectarum,Agustin.Hiero.Dominici,
Francisci, ⁊ aliorum, quos enumerare esset longissimum, non
secus ac Socratici,Pytagorici,Crenaici,Megarici,Stoici
Academici,Peripatetici,Ephetici,seu Ambigui,quesitores
Sceptici,Pyrrhonij,Epicuri,Cinici,⁊ Phisici.

ROB. ¶ Omnes intelligo,tū, vel maxime presbiteros,qui
discipulorum typum gerunt, quiqꝫ in eo zū loco in ecclesia De
constituti sunt,vt Math.ix.⁊.x.⁊ in.d.cano.in nouo.xxj.dist.
⁊ si non multum probare possum hanc,vt dixisti, ⁊ bene,sectaꝝ
diuersitatem,que certe religioni christiane laqueum iniiciunt, ⁊
confusionem,quod ⁊ ipse quoqꝫ Paul.sentit.i.ad Corinth.c.
j.ibi significatuꝫ est enim mihi de vobis fratres mei, ab his,
qui sunt cloes,quia contentiones sunt inter vos,hoc autē dico
quia vnusquisqꝫ vestrum dicit,ego quidem sum Pauli,ego au
tem appollo,ego cephe,ego auteꝫ Christi diuisus est Christus
⁊ ibidem Paulo supra,obsecro autem vos per nomen domini
nostri IESV Christi, vt id ipsum dicatis omnes,⁊ non sint in
vobis scismata.⁊ ibidem.c.iij.⁊ in cano.secundum.xix.distin.
cum enim quis dicat ego quidem sum Pauli,alius autem ego
appollo,nonne homines estis?quid est igitur apollo?quid ve
ro Paulus?ministri eius,cui credidistis,⁊ vnicuiqꝫ sicut domi
nus dedit ego plantaui,appollo rigauit,sed Deus nunc incre
mentum dedit,itaqꝫ neqꝫ qui plātat,est aliquid,neqꝫ qui rigat,
17 sed qui incrementum dat Deus,† ⁊ certe sicut vnum Deum
habemus in celis, vnum prelatum in terris,vnam fidem in cor
de,⁊ vnam legem in moribus,vnum corpus,spiritum vnuꝫ,vnā
spem,⁊ vnum baptisma,vt ad ephe.iiij.apostolatūqꝫ vnū fuis
se,vnam sanctam catholicam ecclesiam,vt in simbolo, ita vnus
deberet esse presbyterorum,quos Christus instituit ordo.
18 MAN. ¶ Et hoc idem etiam alio videmus exemplo,† quo
niaꝫ imperator vnus est,iudex vnius prouincie vnus,ꝙ Roma
duos fratres simul habere non potuit,ꝙqꝫ in Rebeche vtero
Esau ⁊ Jacob bella gesserunt,in apibus princeps vnus, grues
vnā sequūtur ordine literato,eoqꝫ magis,ꝙꝫ ex his pauci sunt q
ad messem domini colligendam mitti possint,pauci dico aliorū
comparatione,qui stant tota die ociosi,vt a patrefamil.conduci
nequant,⁊ in vineam suam mitti,⁊ inde est ꝙ hinc contentiōes
de quibus Paulus supra iurgia, ⁊ lites inter eos emulatiōes,
persecutiones, mentis elationes,superbia, ⁊ fastus pululant,⁊
19 nascūtur,† quos Salo.in puerb.stultissimos appellat.c.xij.ne
scientes ꝙ multam malitiaꝫ docet ociositas, vt eccles.xxxiij.
c.ꝙqꝫ iniquitas Sodome fuit superbia,⁊ ociuꝫ,ita vt non ime
rito cum eleuasset manus,⁊ abhominationes fecisset corā domi
no,ipse eas abstulerit,dicitur etiam Ezechi.xvj.

ROB. ¶ Adde ꝙ viri sancti, a quibus denominantur,in
solitudinibus vixerunt,penitentiam agentes,⁊ procul ab vrbi
bus heremos,antra,⁊ speluncas,pro domibus habitantes, vi
ctu tenui,⁊ vestibus,que vix ad corpus tegendum sufficerent,in
duti,vbi alias ij in vrbibus,⁊ si nō omnes, ⁊ monasterijs, immo
palatijs amplissimis,atqꝫ pulcherrimis morantur,eisqꝫ summa
est copia,opes,⁊ diuitie,omniumqꝫ rerū abundantia, neqꝫ his
contenti,suisqꝫ claustris,quibus septi,saltem literis,⁊ moribus
ac contemplationi ⁊ orationi vacare,operamqꝫ nauare debe
rent,ac esse intenti,ne etiam murmurandi preberent occasionē
20 insipientibus.† quoniam vt dicitur eccle.x.vir prudens ⁊ disci
plinatus non murmurabit, huc ⁊ illuc quotidie mentis incon
tinentiam ostendentes discurrunt.⁊ ob id Paul.ad corinth.j.
c.vij.dicebat,nolite infraudare inuicem,nisi forte ex ꝯsensu ad
tempus,vt vacetis orationi, ⁊ iterū reuertimini in id ipsum, ne
21 tentet vos sathanas propter incontinentiam vestram † quam
etiam insolentiā alibi papa appellat in.c.fi.de rescri.in.vj.

MAN. ¶ Sed missa hec faciamus quoniam omnino Chri
stum Jesum Marie filium,omnes venerantᷣ,atqꝫ colunt,⁊ hac
ratione tolerabiles sunt,deqꝫ bonis bene laudabiliterqꝫ loquen
dum,de malis vero male,pontificiqꝫ maximo cuius auctoritatē
ꝙ̄ maxima etiam est erecte fuerunt,molestiaꝫ hanc sinamus, ⁊
reuertamur vnde discessimus,esto ꝙ vt dicis,presbiteros maxi
me intelligamus,qui sunt hi,qui hanc occasionem possint desi
derare.
22 ROB. ¶ † Multi quidem,quoniaꝫ presbiteri dicti sunt gre
ce latine seniores,non modo pro etate,vel decrepita senectute,
sed propter honorem ⁊ dignitatem,quam acceperunt, similiqꝫ
modo sacerdotes,sacra dantes,quorū summus ⁊ princeps pon
tifex est,via sequentium,⁊ maximus nūcupatus, qui omnes ec
23 clesiasticos ordines disponit,seu clerici.† quia Matthias sor
te electus est,⁊ primus per apostolos ordinatus,cleros autem
grece sors,latine hereditas dicitur,⁊ sic clerici,quia de sorte do
mini sunt,vel quia domini partē habent,vt in cano.cleros.xxj.
distinctione. horum autem,vt dixi paulo ante multi sunt,⁊ pe
ne innumerabiles.

MAN. ¶ Credo multos esse,⁊ innumerabiles quidem, sed
24 non aptos concilio,† ⁊ non ab re in parabola patrisfamil.dicitᷣ
Matth.

Math.xx.vt.s.multos vocatos esse,paucos vero electos,nisi de operarijs iniquitatis intelligamus,quos scimus eniz plures esse,ꝛ pene infinitos,Luc.xiij.etiā intellexit dicens,nescio vos vnde sitis, discedite a me oēs operarij iniquatis,ꝛ alibi Joan. Chrisosto.quem in decret.Gratia.retulit in cano.multi.xl.di.
25 multi † sacerdotes,ꝛ pauci sacerdotes,multi i nomine,ꝛ pauci i ope,vt de hominibus in genere iniquit Ci.in lib.offi.ꝛ Abb. panoꝛ.in.c.prudentiam.in.ij.colum.de offic.delega.deqꝫ medicis Brentius in lege medicine.quorsum etiā tendit adagiuz apud nos vsurpatum ꝙ frequenter, multos ferulam habere, non tamen omnes esse Bachos,quomodo igitur possunt has oportunitates desiderare.

ROB. ¶ Vera dicis ꝛ loqueris Mantua, sed multi etiam ex his sunt scias,ꝛ plane innumerabiles,quoniam orbis quoqꝫ
26 magnus est,vbi tamē Christi fides seruetur,† qñquidez Maumethani,ꝛ Turce,aliijqꝫ,qui foris sunt,hec non desiderent, de quibus nihil ad nos,vt.j.ad Corinthi.c.v.ꝛ in.c.gaudemus, de diuortio.

27 MAN. ¶ † Scio equidem hos concilium non desiderare,ꝛ vt dixisti,similes occasiones,cum nec etiam canonibus spiritualibus obstringantur,vt doctores nostri tenuere, tum,vel maxime Abb.panoꝛ.in.c.i.col.iij.de consti.immo superuacaneum esse videtur,dare operam vt hi a peccato coerceantur, qui iam propter perfidiam damnati sunt, inquit alibi tex. in cano.qui sincera.xlv.dist. Inqꝫ materia vsuraria Judeorum. Pet.de ancha.in consil.ccxliij.incipit.christianissime,in prin.ꝛ vtinam magno apparatu, vt fertur belloqꝫ periculosissimo, non desiderarent potius nos,fidemqꝫ nostram christianam subuertere
28 cui semper insidias struunt, quam tamen nec subuertent.† ꝛ si datum sit nobis,vt non solum in Christuz credamus,sed etiam vt inquit Paul.ad phillip.c.i.pro ipso patiamur,quoniam arbitramur facile nobis lucrum esse mori pro Christo , ꝛ in omni deniqꝫ fiducia Christum magnificari in corpore nostro,sicut in Paulo,siue per vitam,siue per mortez ꝛ amplius,ꝙ in medio agri,vt.i.paralip.c.xj.stabit,ꝛ defendet nos,ꝛ salutem magnā dabit populo suo,quia ieiunabimus,ꝛ rogabimus eum pro hoc ꝛ eueniet nobis ꝓspere, vt.i.Esd.c.viij.ꝛ manus dei nostri erit super nos,vt ibidē dicit̄,qꝛ queramus eum in bonitate,ꝛ imperium eius fortitudo ac furor super eos,quia dereliquerunt eum ꝛ ad institutuz redeuntes vbi nam sunt hi, quos multos ad concilium esse dicis aptos.

ROB. ¶ Longum esset omnes recensere,cuz nec omnes succurrant etiam,nisi cogitem paululuz,prouinciasqꝫ ꝛ ciuitates discurramus,vbi optimarum artium studijs operam nauantes, ꝛ re ipsa,ꝛ fama,cognoscuntur.

MAN. ¶ Si non succurrunt,memoria tecum ipse postea repetes,ꝛ vt primum tibi occasio data fuerit,eos enarrabis,nunc si placet,de concilio sermonem habeamus,quod quidez nobis loquendi argumentum prestitit.

ROB. ¶ Habeamus inquā,quippe cum nec aptius,vel gratius,hoc tpe prestari potuerit,sed vide mi Mantua, ne prius de personis conciliaribus dicere expediat.

MAN. ¶ Immo nec aliud expedit,ꝛ vere oportune mihi collaphum impegisti,quasi nescirem id documento nobis iuriscō
29 sulti commostratum esse † vt cum de aliqua re disputamus personas priusqꝫ ipsam rem inquiramus.vt in.l.si queramus.ff.de testa.ꝛ in.l.quidam referunt.ff.de in.codi.ꝛ in capitulo primo. de accusatio.

ROB. ¶ Et eo fiet,vt facile etiam hi mihi in mentē veniant qui concilio apti sunt.

MAN. ¶ Bono igit̄ omine incipe,ꝛ eloquere prout spiritus sanctus dabit tibi,sicuti quoqꝫ,vt legitur act.c.ij.loqui sanctos Apostolos varijs linguis docuit,fluatqꝫ vt ros eloquium tuum ꝛ quasi imber super herbā,seu quasi stille super gramina,vt dicitur Deuto.xxxij.qꝛ auscultabo sermones tuos , ꝛ ad eloquia tua inclinabo aurem meam,vt Salo.in prouerb.suadet.iiij.immodicam.vt.j.Reg.c.xxv.benedictus dominus, qui misit te hodie in occursum meum,ꝛ benedictum eloquium tuum.

ROB. ¶ Videris mihi his literis sacris,vt conijcio Mantua,multum profecisse,ꝛ breui quidem temporis interuallo, immo triduo,homo vehementer occupatus,ꝛ ad tam magnā trugem peruenisse,vt tu concilio aptus esse videaris.

MAN. ¶ Gaudeo me abs te laudari,homine libero, vt Symonides apud Xenophontem dicebat,sed cum hec coram me dicas,caue ne laus in adulationem transeat,que si modesta moderataqꝫ non fuerit haud suspitione caret.

ROB. ¶ Haud caret,si astantes etiā auscultarent,sed quoniam id tibi soli dictuz audisti,ꝛ ab eo quidē quē semper tui studiosissimum agnouisti, tibi quoqꝫ argumentum esse apertissimum debet,adulatione caruisse.

MAN. ¶ Et ita credo, licet me non eum quem dixisti, esse sentiam.

ROB. ¶ Aliorum sit iudicium, ne me amplius adulatorem appelles.

MAN. ¶ Utinam principes huiusmodi haberent adulatores,quoniā facile putaremus esse posse,ne alios se ostēderent, nisi quales esse debent.

ROB. ¶ Certe his videris,non minus mihi modo adulari, cui si non credis,quomodo facile adduci possim,vt ibi credaz.

MAN. ¶ Ergo tu quid de me velis credas,vt qd ego quoqꝫ quid velim sentiam de te,ꝛ ad personas conciliares veniamus.

ROB. ¶ Optime dicis, eoqꝫ magis , quia non minus hec a nobis ꝙ concilium ipsuz,expetenda sunt,vt pote necessaria ꝙ maxime,ꝛ sine quibus,quod perfectum sit,nihil intelligere pos
30 sumus.† Persone igitur conciliares multe sunt,tum vel maxime ꝛ primuz Romanus pontifex ipsius concilij caput, immo ipsius ecclesie, ita vt sibi soli potestas tributa sit,qnāuis pape, ꝛ ipsi ecclesie simul data fuerit , vt not.in cano.ita dominus,ꝛ in cano.in nouo,ꝛ in cano.quāuis.xxi.di.ꝛ.xxiiij.q.j.in cano. loquitur,ꝛ in cano.pudenda,ꝛ in cano.quodcunqꝫ,ꝛ in cano.si quis ad nostrum,ꝛ in cano.ad romanam.ij.q.vj.ꝛ in.c.signifi
31 casti,ꝛ in.c.licet,de electio.†et qui non habet ipsum pro capite,non habet Christum,vt in cano.nolite.xj.dist.ꝛ in cano.ita dominus,quam alibi clarius.xix.distin.ꝛ presertim ibi vt ab ipso quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffun
32 deret.cuius quidem vicarius est † ꝛ sibi soli dictum,tu es Petrus,ꝛ super hanc petram edificabo ecclesiam meam , vt eterni templi edificatio mirabili munere gratie Dei in Petri soliditate consisteret,vt Math.xvj.c.item alibi Joan.xxj.si diligis me pasce oues meas,nec semel tantū,sed bis ꝛ ter,ꝛ vsqꝫ ad cōtristationem,ꝛ inde est,ꝙ qui secus opinatur,errat grauiter,iure merito castigandus,quandoquidem in articulo dicat̄,ꝛ vnaz sanctam catholicam ecclesiam, ꝛ gl.sensit in cano.non autem. vij.q.j.ꝛ in cano.qui episcopus.xxiij.distin.

MAN. ¶ Adde quod in eius consecratiōe, seu intronizatione dicitur,tribuas ei domine cathedram pontificalem ad regēdam ecclesiam tuam ,ꝛ plebem tue sortis , intra mundi limites vniuersam.

33 ROB. ¶ † Nec sane dubium habet,cum sine eo quoqꝫ concilium corpus acephalum dicatur,vt in cano.submittitur.xxj. dist.idest sine capite,ergo,vt iam diximus,sine Christo , iuxta illud Paul .ad ephe.j.ꝛ ipsum dedit caput super omnez ecclesiam,que est corpus ipsius,ꝛ plenitudo eius,qui omnia in omnibus adimpletur.ꝛ.iiij.veritatem autem facientes in charita
34 te crescamus in illo per omnia qui est caput Christus,† ꝛ sicut vir caput est mulieris , ita Christus ecclesie,ait idem.v.ipseqꝫ saluatoꝛ corporis eius,ꝛ ad colossen.i.testatur,omnia per ipsuz ꝛ in ipso creata esse,ꝛ ipsuz ante omnes,ꝛ in ipso omnia ꝯstare,
35 † ꝛ amplius ipsum esse caput corporis ecclesie qui est principiū primogenitus ex mortuis,in omnibus primatum tenens.vt igitur concilium,in quo vniuersalis ecclesia representatur,vt in cano.maiores.xxiiij.q.i.concilium vere sit,ꝛ non acephalum,caputqꝫ habeat,ꝛ Christum habere debet,ꝛ primuz vt.s.romanū
36 pontificē † qui solus,seu ad quem ipsius concilij ꝯgregatio spectat,vt in cano.i.ꝛ in cano.regula,ꝛ seq.xvij.dist.ꝛ ne conuenticulum,seu conciliabulum dicat̄ irritumqꝫ sit,ꝛ inane quicquid
37 in eo agatur,† puniantur qꝫ grauiter,siue eius auctoritate ad ipsum congregantes,vt sedis apostolice maxime communione careāt,quod vt in cano.multis ea.dist.Symmachi temporibus
38 euenisse legimus,† ꝛ qui non solum id ipsum,vt diximus, congreget,quemadmoduz Moses iussu domini septuaginta viros de senioribus Israel,vt nume.c.xj.vel vt alibi dicitur,maiores natu per tribus,atqꝫ doctores,deute.xxxi.seu vt Ezechias sacerdotes atqꝫ leuitas in plateam orientalem,vt.xxi.paralipo.
39 † verum etiam intersit, immo presit illi,ꝛ presidentia quidē inenarabili atqꝫ suprema,vt Gregorius,Nicolaus,Hylarius quorum mentio fit.in.c.i.de simo.ꝛ in cano.cum pastoris.ij.q.vij. ꝛ in cano.si quis dogmata.xxv.q.ij.ꝛ in cano.quod qꝫ.xxxv. q.ix.ꝛ in cano.in nomine domini.xxiij.dist.tuz ꝛ maxime in suis prescriptionibus,ꝛ similes,quos tibi enumerarē facile,nisi breuitatis ratio,aliaqꝫ multa,que supersunt,aliud suaderent.

MAN. ¶ Recte facis Roberte,cuz maxime satis sit si duo

40 rum vel trium testimonio hoc idem comprobetur, † quoniam
si id ipsum facere ausi fuerint, quasi concilij neglectores, vt in
cano. si quis autem, prealleg. xviij. dist. ⁊ in cano. certum. xj. q.
iij. ⁊ sic cũ canonice vocati venire contempserint, aut ante fini
tum concilium abire presumpserint, vel etiam si conciliaribus
preceptis (vt ibidem dicitur) postquam illuc venerint, obedire
respuerint. Et hec de personis conciliaribus tacta sufficiant, vt
iam (quemadmodum proxime diximus) finiamus, oram soluẽ
tes, ⁊ vela dantes ventis, vt ad ipsius concilij quoqꝫ disputatio
nem, seu disputationis portum perueniamus.
MAN. ℭ Postquã hoc ipsum desideras, quod ⁊ ego ex te
scire etiam quam maxime cupio, ⁊ precipue quidem, quia nihil
relictum est a nobis, quo ad predicta amplius desiderandũ enũ
cia, faxit ita Deus optimus maximus, vt loquaris ex animo, ⁊
ardenter, sicut cepisti, quoniam futurum ipsum sperabimus,
vt non minus vtilitatis capiant lectores salibus tuis quam vo-
luptatis leporibus, quibus scates plurimum, ⁊ concinnitate lo
quendi.



ROB. ℭ Mittamus ista que ab ingenuo viro longe aliena
esse debent. ⁊ rem ipsam euestigio aggrediamur.
MAN. ℭ Ergo adulatoris nota me ipsum hoc modo tacite
subaccusas.
ROB. ℭ Absit, imo moneo te, vt caueas ne adulationibus
assuescas, ⁊ adulatorem agas.
MAN. ℭ Quomodo adulatorem agere possum, si libere lo-
quor semper qua de re tu etiam aliquando me reprehendisti.
ROB. ℭ Non semper libere loquimur, nec omni tempore,
quin aliquando etiam adulatoris personã agamus q̃ꝫq̃ꝫ omnia
nunc in bonã capienda sint partem vt iam incipiamus.
MAN. ℭ Incipe, quia non te amplius interrumpo.
ROB. ℭ De concilio igitur loquuturi nunc quid primum
expediat, atqꝫ dicendum a nobis sit, ante omnia cogitemus.
335 MAN. ℭ †Crederẽ ego prius a diffinitione esse sumendũ
exordiũ, vt quid sit id (Ci. test) de quo disputatꝰ, intelligamus.
ROB. ℭ Nec secus faciã, tũ vel maxime, qꝛ definitio ipsius
rei, que definitꝰ, ꝗditatẽ ac essentiã ostendit ⁊ verus est docẽdi
136 modus, †imo Arist. dicebat, nos essentialia cognoscere nõ pos
se alicuiꝰ rei, nisi nõis definitionẽ accipiamus, q̃ nihil aliđ ẽ q̃ꝫ
breuis ⁊ circũscripta rei adhuc explicatio oĩa accidẽtia nihilo
minus manifestãs, ostendẽtes post hec vnde dicatur, quotu-
plex sit, quando debeat celebrari, que solemnitates in eo adhi-
beantur, an vnus pro omnibus respondeat, an papa concilium
dissoluere possit, ⁊ alia quam plurima, prout inter loquendum
nobis occurrerit.
MAN. ℭ Quid ergo concilium sit, dicas, vnde cetera fere
omnia scire postea facile possimus.
137 ROB. ℭ † Concilium breuiter nihil aliud est, nisi genera-
lis quedam fidelium venientium collectio, auctoritate summi
pontificis regulariter conuocatum.
MAN. ℭ Quare generalis.
ROB. ℭ Quia, vt statim dicemus, quedam etiam particu-
laria sunt, vt sic hoc vnum ab alijs differre videatur, alias defi
nitionem tradidissemus cum genere, tum differentijs carentẽ,
haud dicendum.
MAN. ℭ Recte quidem loqueris, sed rursum quare fide-
lium dixeris, explica.
ROB. ℭ Dixi, vt omnia accidentia manifestarem, ⁊ dubi-
138 tationis tollende gratia amplius† q̃ꝫq̃ꝫ infideles concilio ad-
esse nec possint, nec debeant, quod etiam Auero. de anima cõ-
men. iij. docet, ⁊ habetur (singula singulis referendo) in. l. que
dubitationis, ⁊ in. l. non solent. ff. de reg. in. ⁊. in. l. i. in §. quam-
uis. ff. de ven. inspi. ⁊ in. l. i. in prin. ff. de estima. actio. ⁊ in. l. iaꝫ
hoc iure, in fi. ff. de vulg. ⁊ pub. sub.

MAN. ¶ Falleris, q: plerunqꝫ ipsi quoqꝫ vocati ⁊ impetiti admittuntur, puta si ꝯtra precepta proprie legis aliquid faciāt.
ROB. ¶ Verissimum idest vtiqꝫ. vt puniantur, non vt pro-
139 sint cōcilio, † ex quo omnes sumus oues Christi, licet non om-
nes de ouili ipsius, ⁊ sancte matris ecclesie, vt in. c. quod super his, de vo.
140 MAN. ¶ † Sed quomodo hoc ipsum esse potest, cum dicat Apostolus. j. ad Corinth. c. v. ⁊ transumptiue tex. in. c. gaudemus, de diuor. ⁊ in cano. multi. ij. q. j. de his qui foris sunt nihil ad nos. sensusqꝫ sit, eos canonibus non ligari, quod etiaꝫ refert Abb. pa. in. c. j. in. ij. col. de consti. ⁊ Ancha. latius in cōsil. ccxliiij. incip. christianissime, in prin.
ROB. ¶ Immo ꝙ nec aliter, esse potest, cum predicta intelligantur respectu excōmunicationis, ⁊ fidei, ad quam sola Dei optimi maximi gratia vocari debent, non compelli, vt in cano. de iudeis. xlv. dist. ⁊ declarat Abb. in. d. c. gaudemus, in. iij. col. Dixi etiam auctoritate pontificis, ⁊ regulariter tandeꝫ, ne-
141 graueris me interrogare totiens, † q: alia quoqꝫ concilia sunt,
que sine summi pontificis auctoritate, siue eius legato, celebrari possunt, vt in cano. regula, in. §. porro. ij. dist. ⁊. xij. dist. per totum, ⁊ subijciemus statim.
MAN. ¶ Nō grauantur, qui discunt, si maxime interrogantes sint curiosi vt ego.
ROB. ¶ Concilium hoc tuum laudo, sed a me parum discere potes presertim hac in re in qua doctissimus es, ⁊ semper insciciam dissimulasti.
MAN. Ut video ad vomitum adulationis pristinum necesse est reuertamur obiurationis medicamento comprimendum, ideo ad alia transeamus, vnde concilium scilicet (vt proposuisti) dictum sit.
ROB. ¶ Quam libentissime, si primum tamen me excusatū habueris, diffinitionem vnicam tantum huiusce rei tradidisse
142 † quoniam periculose communiter sunt, ⁊ nulla, que non facile
possit subuerti, vt in. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iu. ⁊ in. l. j. ff. de reg. cato. ⁊ in. l. mora. ff. de vsu.
MAN. ¶ Excusatione opus non est, tum ratione predicta, tum etiaꝫ quia breuittati semper, ⁊ maxime nunc, quod ⁊ supra quoqꝫ testati sumus, est consulendum.
143 ROB. ¶ Concilium igitur dictum est ab intentione com-
muni, ex quo fideles (vt diximus) conuenientes in vnum omnē mentis obtuitum dirigunt, sicut supercilia, que oculorum sunt, conueniunt, ipsos claudendo, adeo vt qui sibimet dissentiunt,
144 concilium non agant, quia non consentiunt in vnum, † ⁊ inde ēt
synodus, grece, latine vero concilium, cetus, conuentus, ⁊ simile qddā, vt in cano. j. in. §. synodus. xv. dis. ⁊ tradit post Isido. li. ethimologia. vj. c. xv. Card. in prohe. clem. in. §. nec sane, in prin. dicta pariter a syn, quod est con, ⁊ odos, via, quia ad synodum homines diuersis itineribus accedunt, vt in locis preallegatis legitur.
MAN. ¶ Placet mirum in modum, sed forte dici etiā potest, a concio concis appellatum fuisse, quod idem est ꝙ conuoco, quasi fideles simul conuocentur.
145 ROB. ¶ † Longe mulior est canonis decisio, quoniam cō-
cire est cuꝫ aliqua perturbatione, vnde Comi. hic facit trāquillitatem, iste omnes flectus concit. ⁊ ab vrbe condi. Liui. j. elatum domo Lucretie corpus in forum deferunt, conciuntqꝫ miraculo (vt fit) rei noue, atqꝫ in dignitate homines.
146 MAN. ¶ † A consensu etiam, vel consilio, ⁊ a concalando
simul, idest cōuocando, deriuari adhuc dicere possumus, quoniam in vnum locum fideles conuocantur, vt de summa rerum deliberent, quod etiam Cesar. ij. bel. ciuil. sensit his verbis, quibus de causis, concilio conuocato, de summa rerum deliberant ⁊ alibi Poe. conciliumqꝫ vocat diuum pater atqꝫ hominū rex
147 † vnde conciliare quoqꝫ animos hominuꝫ dicimus, amicitias,
beneuolentiam, ⁊ similia, idest vnire simul, coniungere, ⁊ vinculo quodam fere indissolubili connectere.
ROB. ¶ Nec secus dici potest.
MAN. ¶ Ideo aliud, quod sequitur, si placet, explica.
ROB. ¶ Quomodo placere hoc idem mihi nō possit, haud video, te hortatorē immo potius impulsore, ea de re scias veliꝫ,
148 † Concilium triplex esse, generale scilicet, prouinciale, ⁊ episco
pale, episcopale, quod qlibet episcopus in sua diocesi celebrat, prouinciale vero archiepiscoporum, vna cuꝫ suffraganeis suis,
149 † Generale autem quod a nobis nunc maxime disputatur, pa-
pe ⁊ omnium episcoporum, vniuersaleꝫ ecclesiam representās, vt not. in summa. xvij. dist in. ⁊ in cano. regula, in. §. j. iij. dist. ⁊ in. c. cum olim, de accusa. ⁊ in. c. quod super his, de ma. ⁊ ob. ⁊ per Car. in. d. §. nec sane.
150 MAN. ¶ † Non ne concilium etiam id dici debet, qđ agunt
monachi?
ROB. ¶ Minime nisi lata quadam significatione, vt etiam alia ꝗꝫplurima, stricte vero capitulum (quod ⁊ tu non ignoras, appellatur, tum vel maxime vt a supradictis differat, ⁊ de materia habetur alias in. c. ea que, ⁊ in. c. in singulis, de statu mona. ⁊ ad propositum, omnium episcoporum dixi, quia eo ordine nullus (vt alibi declaratum fuit) in ecclesia maior reperitur, ⁊ q: ij, non ꝙ alij excludantur potissimum adesse debent.
MAN. ¶ Sapienter (iam enim os aperueram) obiectioni occuristi, ⁊ ex te scire hoc ipsum nolebaꝫ. Sed aliud dicas que
151 so, † quare est ꝙ ꝯcilia generalia ⁊ prouincialia raro fiunt epi
scopale vero quotannis, vt in cano. abbates. xviij. q. ij. in cano. annis singulis. xviij. distinctio. ⁊ in. c. quod in dubijs, de maio. ⁊ ob. ⁊ ex causa plerunqꝫ bis in anno, vel si id consuetudo dictaret, quemadmodum in concilio basilieñ. fuit alias determinatum, ⁊ legitur vtrunqꝫ in cano. de concilijs, ⁊ ibi Card. Alexā. ⁊ in cano. habeatur. xviij. dist.
ROB. ¶ Quia magno esse videntur detrimento Christianis, ⁊ plus dico tibi, ꝙ generale solum hac ratione raro celebratur, quodqꝫ prouinciale differri non debet, quominus ipsum quoqꝫ singulis conuocetur annis, vt in. c. graue, de preben.
MAN. ¶ Rationabile inquam est, quoniam labuntur nimia licentia clerici, nisi frequenti conuocatione lapsi cōprimātur, ⁊ instituantur taliter, vt nō labantur facile in generali haud considerabile, in quo alia maioris ponderis tractantur, quēad-
152 modum suo loco dicemus. † Attamen crebro etiam genera-
lia facta esse reperiuntur, Constantini tempore, a quo ortum habuere, tum ⁊ maxime Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, ⁊ Calcedonense, que sicut sancti Euangelij libros se venerari beatus Grego. dicebat, ex quo in istis etiaꝫ, cum in eis peruersum Arrij dogma, Eunomijqꝫ, Macedonij error, Nestorij impietas Euticetis deniqꝫ ac Dioscori prauitas destruatur, destructumqꝫ inueniatur, velut ⁊ quadrato lapide sancte fidei structura cōsurgit, vt in cano. j. ⁊ in cano. sicut. xv. di. ⁊ alia quamplura, que non refero, etiam Clementis tempore nedum Constantini.
ROB. ¶ Multa quidem esse possunt, ⁊ raro quoqꝫ facta, ⁊ non ita generaliter, vt nunc, adeo vt nec tantum detrimenti etiā pateretur tunc christianitas.
MAN. ¶ Cogitaram non aliter esse posse, ex quo hoc etiam
153 in locis a te allega. traditur, sed aliud scire cupio, † quid diffe
rat gñale a lateraneñ. qđ in suprascriptionibus canovideo annotatū ꝗꝫ sepissime, neqꝫ tu diuidēdo vnū ab altero declarasti.
ROB. ¶ Non declaraui, ex quo te id ipsum scire arbitrabar, quod tamen, ⁊ si dissimules, nec ignoras.
MAN. ¶ Utcunqꝫ sit, si non mihi, alijs saltem declara.
ROB. ¶ Faciam quidem animo quam promptissimo, ⁊ dicam nihil differre, quoniam vtrunqꝫ generale est, vnum lateraneñ. appellatum, quoniam in eo prefuit Alexan. iij. celebrato alias de anno. M. cccclxxix. aliud vero generale, Inno. iij. pariter celebratum ante de anno. M. ccxxv. quorum mentionem facit Joannes andre. in capitu. nemo, in. ij. colū. de elec. in. vj. ⁊ in. c. cum apostolica. in. iij. de his que fi. a prela. si. con
154 sen. cap. † ⁊ Lateraneñ. dictum est quemadmodum Lugdu-
neñ. Sardiceñ. Basilieñ. ⁊ similia, vt supra ⁊ de quibus in. d. c. nemo, ⁊ in clemen. i. de sum. trini. ⁊ fide catho. ⁊ in. c. non debet, de consangui. ⁊ affinita. ⁊ in cano. quod dictis, ⁊ in cano. prima annotatio, ⁊ vbiqꝫ quid in eis tractatum fuerit. xvj. dist.
155 † mitto Carthagineñ. Zozini pape congregatum, vt ostende-
retur, nihil publice agi debere sine romane ecclesie consensu, ⁊ Vercelleñ. leonis, i quo Berengarij error damnatus est, ꝗꝫꝗꝫ postea illustratus optime vixerit, ⁊ Cōstantieñ. quod Sigismūdi Cesaris iussu, ad scisma tollendum, nonem ⁊ triginta annis durauit, ⁊ in quo pariter Joānes, licet inuitus, pōtificatu se abdicauit ⁊ ad perpetuas carceres apud Aldebergaꝫ Germanie oppidū dedecorose ꝯdēnatus fuit, ⁊ dānatus inde Būdi. Boldrinus Galliarum papa adulterinus, cū apud cathaloniā in opido Paniscole munitissimo se ꝯtineret, assereretqꝫ, pertinaciter, se christi vicarium, ac etiam multe hereses, tum vel maxime Jo. viglef, ⁊ duo eius discipuli, cōbusti amplius, Jo. hus, ⁊ Hiero. eo ꝙ dicebāt sequētes dulcinū Nouariē. heresiarchā, mulieres cōes, eccl'iasticosqꝫ pauperes, ad imitationē xpi, esse debere, cum ex tanta diuitiarum copia populi scādalizentur, ⁊

actum

actu3 deniq3 de nouo pōtifice eligendo, vt vnaqueq3 natio sex probatos viros, & Deum timentes deligeret, qui vna cum Cardinalibus hoc ipsum facerent, & e vestigio Otto Columna Roma. diaconus Cardinalis tunc electus est tanta omnium letitia, quanta dici posset, vsq3 adeo vt omnes etiam ea de re illachrimarent, & Florentinū Eugenij, quod Greci maxime abhorrebant, & qui post multas disputationes tandem conuicti fatebantur, spiritum sanctum a patre filioq3 procedere, nō a patre tantum, quemadmodum profitebantur. quodq3 in azimo tritico pane corpus Christi consecraretur, Purgatorium, & locu3 ipsius, & vltimo loco. Ro. pontificem verum esse Christi vicarium, Petriq3 legitimum successorem, ac primum in orbe christiano locum tenentem, cui & orientalis & occidentalis ecclesia parere teneatur, & Romanu3 deniq3, quod proprio ore fedauit Marcellinus, idolatrie crimen confessus, & qui coram Diocletiano se christianum professus capitalem sententiam suscepit, & alia pene innumerabilia a nobis nunc non recitanda, quoniam difficilius exitum quam principium inueniremus, & de Marcellino latius per Archid. in caon. nunc autē, in. j. col. xxj. di.

156 MAN. ¶ † Nunquid (hec enim & si scitu digna sint, sufficient tamen, nec potest consilium tuum nō summopere commēdari) agere, seu pertinaciter tenere cōtra ↄcilium, heresis sit?

ROB. ¶ Absq3 dubio, maxime contra quatuor paulo supra enumerata, & in. l. inter claras, in. §. suscipimus. C. de sum. trini. & fi. catho. & deciditur in. l. quicunq3. C. de here.

MAN. ¶ Ergo concilium errare non potest.

157 ROB. ¶ † Immo potest.

MAN. ¶ Igitur & secus teneri q̄3 in eo determinatum sit, dummodo id rationem habeat.

ROB. ¶ Nec istud rursum in dubium venit, si damnatum reperiatur, vt Cabiloneñ. & Meldonen. in quibus rapta cum raptore matrimonium contrahere haud poterat, & male, vt habetur in cano. placuit, & in cano. de puellis. xxxvj. q. ij. & in cano. j. xx. dist. & in. c. fi. de rapto. alias non, Immo q᷑ nec errare simpliciter potest, seu perseueranter, in spectantibus ad fidem
158 & mores, † sicuti nec ecclesia, pro qua Christus indesināter orauit ne deficeret, vt in cano. a recta, & in cano. pudenda. xxiiij. q.
159 j. & in. c. maiores, de baptis. que hac ratione efficit etiā, † vt nec suspectum possit recusari. secundum Abb. Panor. in. c. j. in. iiij. col. de iud. idq3 parum officit, q᷑ in facto dicti matrimonij errauerit, quia perseueranter non fuit, vt dixi ex quo Christus illud statim ab errore, Hiero. auctoritate, vt in locis preallegatis legitur, & absurdum certe esset hoc dicere, cu3 in nomine spiritus sancti conueniant, ergo nec secus q̄3 sancta & approbata fidei teneant concilia, teneri quoq3 a nobis debet pariter.

MAN. ¶ Opinionem tuam, quam mirifice certe declarasti, lando, & probo, & maxime ne prudentie nostre inniti videamur, ac ad idem preponere que agenda vel dicenda sunt, sanctoru3 patrum decretis. c. ne innitaris. c. j. de consti. l. j. cum vulga.
160 ff. de offi. questo. † Nihilominus tamen adhuc aliud a presenti instituto haud alienum restat, nunc primum a nobis peruestigandum, cuius sententia preualeat, si conciliu3 ↄdicat Pape.

ROB. ¶ Crederem ego concilij sententia3 esse preferendā, quandoquidem (vt proxime dicebam) id ipsum spiritusancto
161 cooperante congregetur, † & q᷑ Apostoli simili modo (ipsi eni3 primi concilium celebrarunt antiochenū, iuxta not. in cano. sacrosancta. xxij. dist.) cum Petro statuebant, q̄q̄ ipsum vt caput, & summum pontificem haberent, & legitur Act. j. vj. & xv. c. vbi Mathias in locum Iude electus est, & postea Stephanus, & alij ex omni parte, ad tollendam phariseorum seditionem, ex quo aliqui eorum dicebāt adhuc circuncidere opor-
162 tere. ¶ † Considerando quoq3 (vt Archid. inquit pariter in cano. anastasius. xix. dist.) periculosu3 fore fidei causa3 vnius hominis iudicio relinquere, cum maxime peccare possit, vt in. d. cano. anastasius, & in cano. achatius. xxiiij. q. j. & i cano. nūc autem. xxj. dist. in concilio & vniuersali ecclesia, quemadmodū
163 supra dictum fuit, haud considerabile, & plus, † quia Christus soli Petro, q̄q̄nis ipsi per prius potestatē nō dederit, sed omnibus apostolis communiter, quando dixit accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c. vt in cano. ita dominus. xix. dist. audiuimus. & in. §. j. xxiiij. q. j. & in cano. in nouo. xxj. dist. & Ioan. xx. c. ac Math. vlt. & rationi est etiam consonu3,
164 cu3 videant plus (vt est in puerbio) oculi q̄3 oculus, † firmiusq3 sit iudicium plurimorum sententia comprobatu3. c. prudentiam de offi. delega. c. presenti. c. deliberatione, de offi. lega. in. vj. & hoc modo arguit pariter Calde. in consil. xij. incip. an beneficia, de prebē. & longe melius esse duos quam vnum, quia solus cu3 ceciderit, subleuantem non habet, Immo q᷑ ferrum ferro
165 acuitur, & faciem amici sui exacuit homo, † difficiliusq3 funiculus triplex disrumpitur, vt Ecclesia l. iiij. & Prouerbio. xxvij. adeo vt non ab re etiam sit si tres mulieres ad Christi Sepulchrum accesserint. Mar. teste. c. xvj.

166 MAN. ¶ † Tamē pape potestas maxima est & adeo maxima, vt eius facta concilij iudicio non subiaceant, quemadmodum legitur, in cano. nemo, & in cano. aliorum. ix. q. iij. & in cano. & est fides, & in cano. rogamus. xxiiij. q. j. & in cano. si papa.
167 xl. di. & in cano. dudū. ij. q. vj. & i. c. significasti, de elec. † vnde etiam ipse, & solus quidem ipsius concilij statuta interpretatur, immo limitat, & tollit, secundum Ioan. andre. in. d. c. significasti, & probatur in. c. statutum, de rescrip. in. vj. & in. c. vbi peri-
168 culum, & ibi glo. de electio. eo. lib. † & eo presente acta concilij dictantur. c. ad apostolice, de re iud. in. vj. c. pro humani, de homi. eo. li. c. sacro de sen. excō. c. cū tu. de vsu. solus in eo statuit, vt in cano. i. lx. distin. & in cano. multos. xliiij. dist. & in cano. canonibus. xvj. q. j. & in. c. statutum de preben. in. vj. & supra concilium est, quoniam quicquid facit, facit absq3 dubio vt Deus, ita vt eius voluntas p̄ ceteris, & iure merito dominari debeat. c. quāto. c. inter corporalia, de trāsla. prela. c. super literis, d̄ rescrip. c. cui non de preben. in. vj. & per multa tradit Ancha. in consil. ccxxxix. incip. parum, in. ij. col. & in consi. ccccciiij. incip.
169 tria dubia, in prin. † & Bal. in. l. si vt proponis la. j. in principio C. quomodo & quando index. subijciens, reuerentiam fieri Deo, si fiat Pape, quodq3 ferie, quas induxerunt Perusini propter felicem aduentum eius sunt mixte, tam repentine, quā in honorem Dei, & facit tex. in. l. non distinguemus, in. §. sacer-
170 dotio. ff. de arbit. † nec superiorem habeat, in hoc mundo, secūdum Hostien. in summa, in. §. fi. ad fi. dicens, & faciens quicqd sibi placet, inquit idem Host. in. c. ad honorem, ante fi. de au-
171 cto. & vsu pa. † & tāq3 dominus (habet enim potestate3 a deo, alij autem prelati ab ipso, vt per Io. an. and. in. c. cum ex eo, ad finem de peni. & remi.) trahens ad se omnia, Spe. teste in. §. nūc de episcoporum, in ver. xliij. de dispen. & est argumen. in. c. q᷑d
172 in dubijs, de consecra. eccle. vel alta. † a pape dictus, que est interiectio admirantis, & idem quod admirabilis, vsq3 adeo vt a Bithinis vsurpatum quoq3 inueniamus adoraturos montiū cacumina ascēdere, ibique hac de re Iouem Papam, vt papeum Scyte, salutare solere, habens deniq3 plenitudinem potestatis, ordinis ratione, subiecti, nature, fortitudinis, & vnitatis vt delarat, late Prepo. Alexan. in. c. per venerabile3, in. §. q᷑d autem, in pe. & fi. col. qui fil. sint legi.

173 ROB. ¶ † Hec sine dubio vera sunt Mantua, & intelligūtur, vt in locis preallegatis continetur, respectu eoru3, que sunt iuris positiui, non in concernentibus fidem, & vniuersalem statū ecclesie, quia tunc maior est orbis vrbe.

MAN. ¶ Federe ergo distinctionis conueniemus in vnum, nec dissentiemus inuicem, vt primo casu concilium preualeat, Papa vero secundo.

174 ROB. ¶ † Dixisti & est veru3 si legitime tamen electus sit, quoniam alias non Deus in terris, sed diabolus esset, nec claues regni celorum habens, sed inferni, & apostata maledictus vt dicitur in cano. si quis apostolice. lxxix. distin. per quem ita etiam sensit Bal. in. l. impetrata. in princ. C. sen. rescin. non po.

MAN. ¶ Nemo sane aliter diceret, cum abusiue sint tales, si sint, sed non quales esse debent. l. paulus. ff. de verb. significa. l. ij. §. i. ff. quemadmo. testa. ape. l. j. ad municipa. ad alia igitur transeamus, quoniam quo ad hoc vnum satis diuagati sumus.

ROB. ¶ Et forte plusq3 liceret adeo vt ibi stati obtēpādū sit.

MAN. ¶ Tu3 vel maxie q᷑ multa supsunt, adhuc tractāda.

175 ROB. ¶ † Celebrari ergo concilium debet, ne te morer amplius, & que dicere instituimus sequamur vltra, ante quadragesimam, & circa autumnum maxime vt in canone. decernimus. xviij. dist. & in. c. sicut olim, de accusa. & de vieneñ. quod incoauit. M. cccxj. Chaleñ. Octob. & anno sequenti terminatu3 est. vj. die Aprilis, in cle. cum sit nature, de censi.

MAN. ¶ Cur sic temporibus istis?

ROB. ¶ Quoniā (vt arbitror) aptiora sunt corpori & anime.

MAN. ¶ Nullum est tempus, quod anime aptum non sit.

ROB. ¶ Unum tamen aptius est altero, quod est quadragesime, & ieiunij, ac de re institutum, vt ex toto saluti intendamus, & quia gula peccauit, clausitq3 nobis paradisi portas, ieiu-
176 nium vero peccatum correxit, & portas apperuit, † & q᷑ Moses etiam quadraginta diebus ac noctibus ieiunauit, vt legem ac-

cipere Dei mereret, Exo.c.xxiiij. ⁊ Niniuite simul, vt miseri-cordiam impetrarent, Jo.c.iij. Jmmo ꝙ nec Helias a ieiunio abstinuit cū esset quadraginta diebus vsqꝫ ad montē Oreb peregrinatus, quemadmodum.iij.Reg.c.xix.dicitur.

177 MAN. ¶ †Jeiunio quoqꝫ Adam ⁊ Eua in aquis penitentiam egerunt, Juditbqꝫ vilis femina (bistoria nota est) Holofernem vicit, ⁊ vt Reg.j.c.vij.babetur, paruus exercitus magnum ac numerosum superauit penitus. Dic tandem solemnitates, quia boc ipsum admittendum est, nec scire quo tempore celebretur multum expedit.

178 ROB. ¶ †Ergo minus que solēnitates in eo adbibeantur, ex quo non sunt multe, ⁊ si narrauero tibi, missam spiritus sancti dici debere in primis, prelatosqꝫ post bec conciliares indutos vestibus sacris esse debere, iuxta not.in.c.cum nobis, ⁊ in c.quod sicut, de electio. ⁊ in.c.cū ecclesia sutrina, de cau.po. ⁊ proprie. ⁊ in.c.vt apostolice, de priuile.in.vi. satisfactum iri putabis.

MAN. ¶ Plusquam satis inquā putabo, nec secus Uincentie actum est.

ROB. ¶ Dixisti iā, ⁊ a missa spiritus sci amplius icboatū.

MAN. ¶ Utinam id ipsum perfectum fuisset, quoniam bereses nunc pululant, lutherane, que sancti concilij determinatione fuissent etiam sine dubio radicitus extirpate.

ROB. ¶ Nusquam tardum esse solet diuinum auxilium implorantibus. idcirco si pululant nunc, arescent tamen cito.

MAN. ¶ Maxime est sperandū, Paulo.iij.(vt diximus) Duce, cuius nutu quamprimum aparebit. omnia silebunt ⁊ conticescent.

ROB. ¶ Uidebimus.

179 MAN. ¶ Necesse est, † ne motibus tā magnis Petri nauicula fluctuet, que tamen mergi baud quaquam potest, quoniam mergeretur simul fides Christi, non dicendum quouis modo, vt supra ⁊ in cano.a recta, ⁊ in cano.bec est fides.xxiiij. q.j.alleg.sepius.

ROB. ¶ Etiam ꝙ papa esset bereticus, peccator, ignarus, ⁊ insufficiens, quoniam in vno remanere potest, vt post Christi mortem in beata virgine remansit, quamquam femina, quod ⁊ Abbas Panormit.declarat in capi.maiores.in secunda col. de baptis. ⁊ maxime quia si alias graues passa est persecutio-

180 nes, baud mirū videbitur nunc ab istis insectari, †Nam Nero primus boc ipsum fecit, cum Petri miracula videret, adeo vt ipsius iussu Annolinus consul Mediolanū ingressus Geruasium, Protasium, Celsum, Nazarium, ⁊ plerosqꝫ alios martirio coronauerit. Eam persecutus est etiam monstrum illud ingens Domitianus Uespasiani filius, cum se Deum nominari ⁊ coli amplius voluisset. Dein Paulinus Traiani mandato Christianos inuasit. Quarta sub Adriano fuit ex quo Faustinus, ⁊ Jouita, ac alij quamplures multis miraculis martirium sibi compararunt. Quibus nec inferior esse voluit commodus, qui auditis Calimeri beati Meritis, contra idola predicantis eum plagis percussum in puteum proijci mandauit, Christianos vero in templo, quod eidem dicatum fuerat, tumulari. Huic postea successit Maximus, sub quo (mitto quod sacerdotes ecclesiarum odio babuerit incredibili) Ursula ⁊ sorores martires sanctissimis operibus declarantur. Sub Decio autem Laurentius, ⁊ Agata, qui etiam Mediolani templum sancti Francisci scortis ⁊ comessationibus fedauit. Nec preconis vox, cum Maximianus triumpbans ciuitatem banc ingrederetur. silentio pretereunda est dicentis tunc concurrite ciues, Deos reportate patrios, vos procul ab vrbe propbani, vos binc recedite Christiani. nolo alia, quia longum esset, prosequi, sed cum Poeta dicere, Dabit Deus bis quoqꝫ finē.

181 MAN. ¶ † Dabit certe, quia violentum aliquid diuturnum (vt pbilosopbus inquit) esse non potest, Jdeo ad alia trā-

182 seamus, † debet ne vnus (vt proposuisti) in concilio pro omnibus respondere?

ROB. ¶ Debet vtiqꝫ vt not. in cano. petimus.xj.q.j. ⁊ in cano.bene quidem.xcvj.dist.

MAN. ¶ Sed aduersari iura alibi, ⁊ expressius quidem videtur.in capit.j.de pactis. ⁊ in capi.j.de obligatio.ad ra.in illis verbis, vniuersi dixerunt, recte statuit sanctitas vestra, pax seruaretur, ⁊ pacta custodiantur.

183 ROB. ¶ †Hoc nibil est, quoniam vniuersi respondent, etiam si per vnum id faciant.l.j.§.omnia nostra facimus.C.de vete.iure enucleando.l.ita autem.§.gessisse, de administratio. tuto. ⁊ babetur in simili.§.lex est, iuncta glo.institu.de iure naturali: alias confusio esset maxima in ipsarum rerum decisione, ⁊ finiretur nunquam.

MAN. ¶ Placet, nec est concordia bec aliter improbanda vbi prius maxime dubitabam.

ROB. ¶ De singulis dubitas tu, ⁊ si dubitandum non sit.

184 MAN. ¶ †Nimirū, qꝛ inutile nō est, ⁊ qꝛ veritas aliter inueniri baud pōt, vt Modesti. Jurisco. dicere solebat, ⁊ refertur.in.l.ij.in.§.mixta.ff.de muneri. ⁊ bonoribus ⁊ idem in cano.ventum.j.q.j.dicente etiam Socrate, mirificum boc babuisse bonum, quod ipsum seruabat, quoniam sine rubore vere cūdie ad discendum semper se preparabat, cui Trasymacbus quoqꝫ obijciebat, vt interrogaret, ⁊ non responderet, disceret, ⁊ non doceret.

ROB. ¶ Dummodo molesto tibi non sit, scias mibi gratā esse quamcunqꝫ tuam interrogationem.

MAN. ¶ Si mibi molestum esset, iam me bac molestia silendo liberassem, quod nec factū est, nec fieri debet, vt omnia que ad rem ipsam necessaria fuerint, quantum tamen satis sit, ⁊ iure merito quidem, absoluantur. ea propter quod vltimum est

185 perfice, †si papa scilicet concilium disoluere possit.

ROB. ¶ Glo.in.c.vbi periculum, in versi.concilio, de electio.in.vj.tenuit ꝙ sic, cum sit super omnia concilia.c. significasti, de electio. ⁊ idem in cano.bene quidem, in fine.xcvj. dis.

186 †⁊ ita etiam fecit Eugenius.iiij.qui Basilieñ. concilium dissoluit, seu transtulit.

MAN. Noluit tamen translatum illi consentire, statuens papam id facere non potuisse, ex qua altercatione multa mala in ecclesia orta sunt, ⁊ scisma pernitiosissimum cbristianitati, vt in eius vita legitur, ⁊ non ab re forte, quia equum minime videbatur ipsum dissolui absqꝫ ipsius concilij requisitione.c.j. de regu.iur.l.nibil tam naturale.ff.eodem. ⁊ sentit glo. prius in dicto capi.vbi periculum.

187 ROB. ¶ Hoc idem iam decisum est supra taliter vt firmiter tenere debeamus, subsistente iusta ⁊ legitima causa dissolui ab eo posse, alias autem non, tum vel maxime quia excepta semper videtur in quacunqꝫ dispositione.l.si bominem.ff.manda.l.procuratoribus.C.de procurato.l.si cum cornelio, cum vulg.ff.de sol. considerando quoqꝫ ꝙ cū caput sit ipsius ꝯcilij, ad ipsumqꝫ congregatio spectet regulariter, vt suo loco diximus non repetendum aliter ad eum etiam debet, ⁊ maxime ex causa spectare dissolutio seu translatio.

188 MAN. ¶ †Omnino consonat, si ex causa fiat (vt dicis) ne alias de inconstantia reprebendatur, que si in alio detestabilis est in summo pontifice longe magis esset detestabilior.

ROB. ¶ Et precipue quando ad tertij preiudicium redundat.l.de die.§.fina.ff.qui satisda.cog.l.pomponius scribit si ne

189 gocium, in fi.ff.de nego.gest. †Jn tantum vt alibi non immerito iniquitas appelletur in.l.iusiurandum, in princi.C.de reb. cred. ⁊ temeritas in.l.eos.C.de mo.mulcta. ⁊ tradit Bal.in.l. ius ciuile, in prin.ff.de iusti. ⁊ iur. culpa baud carens, vt in.l. edita.C.de edendo.

190 MAN. ¶ Si leges actus alios improbant sine cā factos, vt not.in.l.ij.in.§.circa.ff.de excep.do. ⁊ in.l.filiusfa.in.§.diui. ff.de leg.j. ⁊ in.l.si cū aux.ff.de sol. multo plus dissolutionem concilij factam simpliciter improbabunt.c.vbi periculum, de electio.in.vj.l.j.§.sed ⁊ si quis.ff.de carbo.edic.

ROB. ¶ Uerissimum est, nec rationibus adduci possum, vt secus credam, ea de re omnibus absolutis, ad tertium veniamus que in concilio tractanda sint.

MAN. ¶ Jmmo aliud adbuc restat, decisione necessarium,

191 †si duo de papatu contenderent, an conciliū inter eos iudicet.

ROB. ¶ Certe negligentia fuerat pretermissū, nūc diligēti responsione cōpēsanda, ⁊ dicendū breuiter ꝙ sic, sensitqꝫ vr̄ glo, aperte in cano.si duo.lxxix.dist. ⁊ in cano.cōcilij, in.§. binc ēt.xvij.dist. ⁊ in cano.concilij constantieñ.inci.frequens, continet apertius, ex quo Tertiū decidi quoqꝫ videbitur.

192 MAN. ¶ †Recte sentis, qꝛ eligētes alias in cā propria iudicarēt ⁊ male.l.j.C.ne quis in sua cau.l.nullus.C.de iude. ⁊ id licet in Jmperatore admittat̄ facile, qꝛ superiorē non recognoscit.l.bene a zenone.C.de quad.psc.l.deprecatio.ff.ad leg. rod. de iac.boneste tñ facit, si cām alteri cōmittat, illiqꝫ se abijciat, vt in.l.est receptū, de in.om.iu. ⁊ ibi gl.no. ⁊ Bald. in.l.proxime, in fi.ff.de bis que in testa.delen.

ROB. ¶ Nec scisma facile tolleretur.

193 MAN. ¶ †Non ne posset boc ipsum iudicare imperator?

ROBERTUS. ¶ Non, quia spiritualia negocia a laicis

cia a laicis tractari non debent. c. decernimus. de iudi. c. cum laicis, de reb. eccle. nõ alie. c. ecclesia sancte Marie, de cõsti. nisi habilitantur a papa, vt in. d. c. decernimus, not. ⁊ per Bellenzi. in trac. de charita. sub in. lxxij. q. inci. vtrum papa quod in presenti disputatione esse non potest, si de papatu contẽdit.

194 MAN. ¶ †Sed dic rursus cũ ad papam spectet vt suo loco diximus concilij ɔgregatio, ⁊ legit̃ i cano. i. ⁊ in cano. ɔsilia, in. §. hinc ẽt. xvij. dist. ⁊ in cano. ideo. ij. q. vj. quis tũc cõgregabit, si de papatu contendatur?

ROB. ¶ Imperator, qui est aduocatus ⁊ defensor ecclesie. c. venerabilem, de electio.

MAN. Ergo spũalia tractabit negocia, qđ tũ negabas p̃rie.

ROB. ¶ Hoc ipsum non est negotia spiritualia tractare, ⁊ dato ꝙ esset, q̃uis nõ semp liceat interdũ tñ a lege ɔcessuz est,

195 vt isto casu, † tum vel maxime qꝛ imperiũ ꝓcessit a Deo, quẽadmodũ apostolatus a quo ẽt coronat̃, ⁊ sic diuinitus, adeo, vt cũ ecclesia fraternizet, ẽm Bal. in. d. l. bene a zenone, ad fi. per tex. in ɔsti. quomo. opor. epis. in prin. ⁊ qđ adeo coronet̃, dicit ibidem. in. ij. tñ lectu. ⁊ forte hac de re inter cetera, vngitur, ⁊ ɔsecratur. vel dicamus ꝙ ipsi ɔgregẽt (et est verius) ad sollicitudinem Imperatoris.

196 MAN. ¶ †Scirem libenter alia, que necessaria sunt, vt imperet, ⁊ a quibus eligatur.

ROB. ¶ Dinagatio erit ad rem ipsam parum faciens.

MAN. ¶ Immo multum, nisi tibi loqui molestum sit.

ROB. Molestũ mihi esset tibi morem non gerere.

MAN. ¶ Ergo hac sitim euestigio seda amenissimis eloquẽtie tue fontibus, ⁊ presto sis vt bibam.

ROB. ¶ Peramanter, ⁊ ardenti quidem animo faciaz, ab vltimo idest ab electoribus icipiens, dicãq; vti vex est, si credere volueris olim ab exercitu eligi solitum, vt in cano. legimus. xci. dist. hodie vero ex ɔsuetudine, quã leges haud aspernantur, a Germanie principibus, quoꝝ tres clerici sunt, quatuor vero laici, clerici Archiepiscopus maguntinus, qui est ẽt Cancellarius Germanie, Colonieñ. Italie, ⁊ Treuereñ. Gallie, Laici, Comes Reni, Dux Saxonie, Marchio Brandeburgeñ. ⁊ Rex Boemie, quoꝝ meminit gl. in. c. ad apostolice, ꝺ re iu. in. vj. Comes rursuz dapifer est, Dux ensez portãs, Marchio camerarius, pincerna vero Rex. vnde versus.

¶ Maguntinensis, Treuerensis. ⁊ Colonensis, quilibet Imperij sit cancellarius horũ, Et palatinus dapifer, Dux portitor ensis, Marchio prepositus camere pincerna Bohemus. Hi statuunt Dñm cunctis per secula summum.

197 ¶ Et talis ordinatio facta fuit, nec sine causa, ne in Imperio succederetur sicuti tunc ex quo Ottones tres successiue vnus

198 post aliũ imperarant anno alias. MC. † ⁊ ad propositũ atq; post hec alia esse necessaria, facta electione ipsius (forma. n. ẽ, vt. s. nominatiz ɔueniãt in treuereñ. diocesi ad statuẽdũ diẽ electionis celebrande ꝑ ipsos, seu ꝑ ipsoꝝ partẽ maiorẽ, in oppido Franchfort, ⁊ ibi postea fiat electio, vt declarat Joan. and. in addi. spe. in tit. de rescrip. presenta. in. §. fi.) tũ vel maxime vt cũ ꝺcreto electionis p̃ntet̃ Pape, ⁊ illa eadẽ canonice exãinet̃ ac approbet̃ ꝑsona electi, Deinde i Regẽ assumat̃, vt ꝓmo

199 uẽdus ꝓnũcict̃, vngat̃, ⁊ ɔsecret̃, † vltimo deniq; coronet̃, ⁊ tribus qđe cornis, ferrea. s. argẽtea, ⁊ aurea. quẽadmodũ in. d. c. venerabilem, traditur, ⁊ in clemen. ne romani, de iureiur. ⁊ in probem. C. in rubrica.

MAN. ¶ Quare tribus?

ROB. ¶ Quia totius mundi dominus est. l. deprecatio, ẽt. s. alleg. ff. ad leg. rod. de iac. ⁊ optime facit qđ d̃r ad idem alibi

200 Luc. ij. exijt edictũ a cesare, vt describeret̃ vniuersus orbis, † ⁊ qꝛ mũdus in tres diuidit̃ partes, in Asiam, Aphricam, ⁊ Europam, ⁊ probat̃ amplius ꝙ haꝝ partiũ sit dñs in. l. fi. C. de tẽpo. ap. ⁊ in. l. j. C. de offi. prefec. preto. af. ⁊ in. l. cum appellatio. C. de appellationibus.

MAN. ¶ Et forte etiam quia Roma. homines triplici solebant lustro honorari, vt not. in rubri. C. de indicto. lib. x. vel qꝛ triades siue ternarius numerus omnium est perfectissimus, perfectosq; gignit, senarium scilicet, ⁊ nouenarium, cuius auspi

201 tio preces tertio, ac libamina repetuntur, † vnde Harmonia etiã tres Symphonias cõtinet, Diapasson, Hemiolion, ⁊ Diatesseron. Tribusq; mundana perfectio constat, ex quo monadem fabricatori Deo, Diadem procreanti materie, Triadez vero idealibus formis aptamus, ⁊ anima similiter, que rationem, iracundiam, cupiditatemq; malorum omnium fomitem

202 habet, † Sed cur sic ferrea, argentea, ⁊ aurea?

ROB. ¶ Quia ferrum fortitudinem dissignat, qua rebelles vincantur, supplicio digni, a inimici sancte fidei Christiane cõculcentur. Argentea, vero vt claritas iustitie ac fidei, que maxime in eo desiderantur, vndiq; clarescat. ⁊ aurea deniq;, vt virtutibus omnibus prestet, seq; ceteris excellentiorem ostendat, vt aurum, quod metallis omibus absq; dubio diiudicatum est preciosius, ⁊ in locis preallegatis continetur.

203 MAN. ¶ †Accipit, seu coronatur ne tribus his coronis ab vna eademq; persona?

ROB. ¶ Nequaq̃, ꝫ vt diuerse sunt, eas ẽt a diuersis capit. j. s. ab Archiepo colonieñ. alterã a Mediolaneñ. tertiaz vero summus põtifex ei iponit, ⁊ nõ imerito ex his, ac eo redeũtes vñ

204 discessim⁹ † ɔciliũ ɔgregat, seu ad solicitudinẽ ipsi⁹ ɔgregat̃.

MAN. ¶ Immo vt prius videret̃ dñm imperatorẽ ipsuz ad hoc teneri, ex quo olim ẽt ad ipsum ɔgregarũt, Constantinus, Justinianus, Carolus, ⁊ alij de qbus in cano. habeo. xvj. dist. ⁊ in cano. vj. ea. dist. ⁊ in cano. sancta. xv. distinctio. ⁊ in cano. continua. xj. q. j. ⁊ in cano. adrianus. lxiij. distinctione.

ROB. ¶ Verũ est, sed hodie pontificis onus vr̃, ad solicitu

205 dinẽ tñ (vt dictũ fuit) ipsius imperatoris, † cuius maxime interest pacẽ esse in romana ciuitate, ⁊ multo magis in toto orbe, qđ esse nõ põt, si de papatu ɔtendat̃, dicẽte Luc. xj. oẽm regnum in se diuisuz desolari, ⁊ domũ. s. domũ cadere, ⁊ ad idẽ in Catili. Salust. ɔcordia paruas res crescere, discordia vero q̃ maxi

206 mas dilabi solere, † ⁊ Plato. in. v. de Justo nullum perniciosius ciuitati malum fore, quam quod eam diuidit, ⁊ ex vna plures facit. nec aliud in homine, quẽ de limo terre creauit Deus ⁊ feminã de cost a eius, nisi in vnitate concordia, dictus inde nõ ab humo (vt pleriq; aiunt) sed a concordia, ⁊ ɔsensu, ex quo grece omonus concors, omonia concordia, ⁊ consensus appellatur, ⁊ omono concordo, siue consentio. qui etiaz quamdiu vnus fuit peccatum non cõmisit, multiplicatus vero deliquit. Anima rursuz e corporis vinculis difficulter recedit, qđ ex eo videt̃ licet qꝛ omnia membra cõspirant ad ipsius hominis salutez seruandam, vnoq; dolente cetera dolent. Mundi quoq; partes ab ipso orbis Architecto concordi quodam discrimine cõdite ⁊ connexe sunt, nec animalia inter se hac de re pugnant.

MAN. ¶ Videtur ne tibi hec dinagatio haud necessaria?

ROB. ¶ Dinagatio non est ista, sed illa, quaz. s. proxime de Imperatoris electione tuo suasu fecimus.

MAN. ¶ Utcũq; sit, nulla debuit pretermitti, vex scire aliđ

207 exopto, † quid si neuter ɔgregare nolit, ⁊ id ipsum detractet, ad quem spectabit congregatio?

ROB. ¶ Ad collegium cardinalium, ex quo sunt in possessione eligendi papam. c. vbi periculum, de electio. in. vj. ita vt ad ipsos spectent etiam, ⁊ iure merito, omnia, que sunt ad electionez consequentia. c. vt preterite. c. cupientes. §. ad hec, eo. tit. ⁊ lib. ⁊ not. in cano. fi. in simili. lxv. dist.

MAN. ¶ Optime quidem nisi ⁊ ipsi dissentiant in cõuocando, vel alia quacũq; de causa, qꝛ tunc necessario esset onus hoc aly deuoluendum.

ROB. ¶ Verum est ex supradictis.

MAN. ¶ Quis ergo conuocabit ipsum?

ROB. ¶ Imperator hoc casu solus, ⁊ nõ alius ad ipsius sollicitudinem, vt supra, quia cum in eo trãslata sit iurisdictio ⁊ potestas vniuersi orbis. l. ij. §. nouissime. ff. de origi. iu. l. i. §. cum. n. C. de vete. iu. enu. representat totũ populũ xp̃ianũ, ⁊ sic omega reuolabit ad alpha retrahetur q; extremitas ad principium vt in cano. ab exordio. xxxv. distin. ⁊ in. l. si vnus, in. §. pactus, in ver. qđ in specie. ff. ꝺ pactis ex quo conuocatio (vt diximus) oliz fiebat ꝑ imperatorẽ, postea ꝑ papaz, ꝺficiente ergo papa, ⁊ his qui eius loco suborgantur, seu non conuocantibus, ad ius pri

208 stinũ reuerti debemus, † ⁊ est simile in eo, qui iustitiã consequi non potest a superiore, vt auctoritate propria sibi ipsi ius dicat, ꝫ Inno. in. c. olim. j. de resti. spo. ⁊ no. i cano. ius gẽtiũ. j. dis. ⁊ ar. i cão. nos ad fidẽ. xvj. di. ⁊ i. cano. i cano. satagẽdũ. xxv. q. j. ⁊ ad ꝑ positũ tex. i terminis i cão. fi. lxv. di. vbi negligẽte illo, ad quẽ ꝺ uoluatur congregatio vicinorum episcoporuz pro ordinãdis episcopis locorũ ipsi populi conuocant conuicinos episcopos.

MAN. ¶ Possumus iam ad tertium deuenire, quod propositum est, ex quo esurientez me satiasti, adeo vt nil amplius possit desiderari.

ROB. ¶ Possumus inquam, quamquam (vt dixi) ex his id ipsum decidi videatur, repetenda tamen, cum aliter, ⁊ ad illud quidem enunciata fuerint.

MAN. ¶ Eoq; magis quia non omnia enunciasti.

ROB. ¶ Quomodocunq; res se habuerit, dicã, qr decies etiam (vt Poe. inquit) repetita placebunt.

MAN. ¶ Presertim pulchra, qualia ista sunt, ⁊ a te dicta.

ROB. ¶ Summodo tibi placeant, qualiter cunq; dicantur non possunt esse non pulchra.

MAN. ¶ Placent mihi, qr dicunt saltē fideliter, multoq; magis placebunt ceteris, ⁊ posteritati, sʒ ne in nos Hiero. inuebatur, mortiferos syrenarũ cantus taxans, surda aure hec trãseamus, ⁊ ad institutum nostrum redeamus.

ROB. ¶ Times ne te adulationis vitio reprehendam.

MAN. ¶ Quo modo hoi mihi amicissimo ⁊ beniuolo possũ adulari, in quo oēs veneres quoq; reperiuntur?

ROB. ¶ Nō te moror ampli⁹, qr vt figulus ollis ansas ponit, sic adulatiões occasionẽ respõdẽs totiẽs tibi pber videor.

MAN. ¶ Et ego tacens (loquere vt vis) aures tibi attentissimas admouebo.

209 ROB. ¶ † In ꝯcilio igitur ⁊ tandem scias tractari potissimũ de his, que ad catholicaʒ spectant fideʒ, vt corrigant scilicet hi qui ex catholicis in fide errare reperiunt, ⁊ quid tenendum sit statuat, quod in nicena, ꝯstantinopolitana, ephesina, ⁊ calcedonensi synodo obseruatũ extitit, vt suo loco .s. dictũ fuit latius, ⁊ nõ ab re adhuc ex his Tertiũ decidi testati sumus.

210 MAN. ¶ † Ego quoq; hoc idem semper sum arbitratus, adeo vt Imperator iure merito (queadmodũ proxime dixisti) concilio adesse possit, non ad potentiam ostendẽdaʒ, sʒ ad fidẽ ꝯfirmandaʒ, religiosissimi principis Constantini exemplo, vt in d. cano. nos ad fidẽ. xcvj. di. q̃ʒ aliqui ꝯtrium sentiant, ex quo de fide disputare non licet. l. nemo. C. de sum. tri. ⁊ fi. catho. ⁊ habetur in cano. cum qbus. xxiij. q. iij.

211 ROB. ¶ † Non licet dubitando qm̃ dubius in fide est hereticus, alias autẽ sic. l. qm̃. C. de epis. ⁊ cle. c. dubius, de here. ⁊ in cano. satis. xcvj. dist. ⁊ in cano. vides. xxiij. q. vj.

212 MAN. ¶ † Contrarium sentiebãt ex alio ẽt, qr ad solũ papam questio hec, ⁊ sacramentorum ecclesie pertinere videbat, p tex. in cano. memor, ⁊ i cano. quotiẽs. xxiiij. q. j. ⁊ in. c. maiores, de baptis. ⁊ in. c. vt debitus, de appella. ⁊ in. c. quamuis, de electio. in. vj.

213 ROB. ¶ † Et adhuc male ac perperã, primaq; opinio verior, q̃ʒ ẽt glo. tenuit in cano. anastasius. xix. di. si maxime intelligamus, put intelligere oportet, Concilij decisionem esse, congregariq; debere, si de totius ecclesie iudicio constet, qm̃ tunc

214 papa hereticus esse posset, ⁊ in fide errare, † tota vero ecclesia non, vt in cano. si papa. xl. di. ⁊ in cano. a recta. xxiiij. q. j. alias Christus, qui pro ea orauit, mendacium dixisset, haud presumẽdum, immo nec cogitandum, iuxta illud Psal. lxxxviij. que pcedunt de labijs meis, non faciam irrita, ⁊ tradit Abb. pa. in. d. c. maiores, in. ij. col. vel dicamus sic, regulariter papam solum, causam concernentẽ fidem, ecclesieq; sacramentũ, decidere posse, institutum autẽ ab ecclesia sine concilio, nõ, ⁊ iura omnia concordabuntur.

MAN. ¶ Cum sit concordia ipsorum iurium ⁊ doctoruʒ inde ita declarantium. haud est improbanda.

ROB. ¶ A ratione precipue non aliena, quod plene intellexisti, nec te ipsum latet.

MAN. ¶ Sunt ne alia concilio indigentia?

ROB. ¶ Quamplurima quidem.

MAN. Que.

215 ROB. ¶ † Si de papatu ꝯtẽdat, vt. s. dcm̃ fuit late, ⁊ sic scismatis rõne, qd in ecclesia Dei maximũ est malũ, exẽploq; docet, in Dathan ⁊ Abyron, vt nume. xvj. ⁊ trãsumptiue in cano. deniq;. vij. q. j. quos terra viuos absorbuit. si a fide adhuc

216 papa ipse deuius inueniat. † Uel si bonũ agat vniuersalis ecclesie. aut ipse papa rursũ notorius peccator sit, ⁊ taliter qdẽ, sine peccato tali, vt tota ecclesia Dei pariter scãdalizet, vt in cano. si papa. xl. dist. ⁊ in cano. anastasius. xix. dis. ⁊ in cano. si duo,

217 ⁊ in cano. si quis pecuniã. s. ẽt alleg. lxxj. dist. † ⁊ breuiter lites oẽs ac iurgia, in quacũq; puincia suborte, si aliter sopite nõ fuerint. vt i cano. multis. xvij. di. ⁊ in cano. de ꝯcilijs. xviij. di. ⁊ in cano. habeat, ⁊ in cano. pp ecclesiasticas, ea. di. itelligẽdo quoq; de laicis, vt ibi gl. dclarat, ⁊ pbat i cano. duo sunt genera. xij. q. j. ⁊ ad ppositũ latius i. c. qlr ⁊ qñ. ij. de acc. ⁊ seq. ⁊ i. c. graue, ⁊ ibi p Inn. de pb. ⁊ i. c. i singulis, ⁊ i. c. ea que de sta. mona.

MAN. ¶ Ut ꝯijcio, ad metã pperas, ⁊ ceptũ iter cursu vi-

218 deris sic pegisse, † ex quo aliqbus enumeratis, gñale vbũ subiecisti, qd fieri ẽt solet. l. si seruus seruũ. §. igt lex. ff. ad leg. aql.

ROB. ¶ Non ne iam videtur tibi tempus?

MAN. Immo ab istituto plurimũ deuiasse videmur. ⁊ plixitati idulxisse, sʒ qr delectãt me valde q̃ dicis, vtiliaq; sunt, ⁊ varia vltro experi debent, ⁊ concertatio desiderari.

ROB. ¶ Ut vides nõ est amplius nobis argu. loquẽdo de psonis. n. ꝯciliaribus diximus, de ipso ꝯcilio, deq; his, q̃ in eo tractant, adeo vt nihil aliud restet, nisi Deũ optimũ maximũ pcari, si hoc ipsuʒ, qd futuꝝ speramus, fiat, ita cordibus hoiuʒ insit, adiutorq; sit oia bñ, feliciterq; vertãt, ⁊ Xpianitati cõsulat.

MAN. ¶ Christianitati iã ẽ ꝯsultũ scissimis ecclie, aliorũq; ꝯciliorꝝ legib⁹ veritatẽ ꝯtinẽtibus, q̃ (vt Io. xiiij. ait) nihil aliud est, q̃ʒ ipse Deus, ita vt dubitãdũ nõ sit, qm̃ eterna ẽt ẽ, ⁊ immutabilis, q̃ʒ nec Sathanas subuertet, aduersarius sonãs, siue transgressor, ex quo ei nõ paꝝ aduersat, nec seq̃ces puersoꝝ dogmatũ sectores violabũt. quomin⁹ spũscõ coopante ꝯfirmẽt i meli⁹, ⁊ hrses oẽs, puidẽtia maxie pa. iij. põ. maxi. extirpẽt radicit⁹.

ROB. ¶ Scio iã ꝯsultũ eẽ, sʒ tñ qr mẽdatio puertunt, ꝯsultũ libere dici nõ põt, aliaq; necessaria sunt, vt õstructis aduersitatib⁹, ⁊ erroib⁹ vniuer. ecclia ipsa deo secura friat libertate.

MAN. ¶ Iã nõ negamus, sʒ factu h est facilimũ volẽtibus.

ROB. ¶ Nõ solũ vult Põtifex, veꝝ ẽt optat, signaq; ipsa demõstrarũt apte p eũ haud stetisse, ⁊ magno qdẽ dispendio.

MAN. Ipsi negotiũ hoc sinamus, ⁊ ad nrm reuertamur; dixisti. n. arg. nobis loquẽdi ampli⁹ ñ eẽ, ⁊ tñ mihi adhuc multa supeẽ vñr, q̃ lõgissimũ expetũt tractatũ, pcipue ꝯciliũ iurisdõẽ hẽat pñte pp, si ipʒ p heresi deponer possit an phibere valeat, ne qs h casu cũ eo pticipet, nũqd vr̃e dicat, si pp legatus presit. an i eo risus, strepitus, ⁊ tumultus, cessare dẽat, ⁊ si papa deponit Imperatorem, nunquid rursum ꝯciliũ ꝯgregãdũ sit, ⁊ si possit tollere pape ꝯstitutionẽ. itẽ dispẽsare, absoluere, ⁊ alia facere q̃ ad solũ papã spectãt, vel ipsi soli reseruata sunt, an canões ꝯcilij sint pferẽdi dictis scõꝝ patrũ. quo modo oliʒ pcederet. ⁊ an a ꝯcilio liceat appellare, ⁊ ad quẽ possitq; adiri per viã q̃rele, vbi esse dicat rõne ecclesie nunquid antiquos canones seruare debeat, ⁊ per commissarios pape deniq; congregari.

ROB. ¶ Solebam esse ẽt alia multo plura, sed talia qdẽ oia, vt ex his, que disputata sunt, facile deciderent, ⁊ qr añ nos alij ẽt, lʒ ordine vario, ⁊ vsq; ad stomachũ (quod aiunt) longe copiosius ⁊ diffusius scripsere.

MAN. ¶ Nõ ab re tñ erit ea simplici vbo decidere, ne qõnẽ relinquant legentibus, ita vt statim quoq; finias, nec ego te ampli⁹ lacescã, vl saltẽ loca citat vñ dcisionẽ hauriãt, ⁊ expiscẽt.

ROB. ¶ Nõ possũ certe tibi, votisq; tuis nõ obtẽperare, ni vbosi nimiũ videamur, qd si obijciat, h ipʒ tibi ẽt erit ascribẽdũ

MAN. ¶ Curiositas hec cõmẽdationẽ hʒ potius q̃ʒ reprehẽsionẽ ex quo natura scire omnes desideramus, ea ppter molestiam hanc mihi relinque.

ROB. ¶ Utinã possem tibi relinquere alias etiam omnes.

MAN. ¶ Si relinq̃res, nec ego hõ tui amãtissim⁹ recusarẽ, sʒ iã loca dicas ne plixitatẽ fugiẽtes paulatiʒ in eã incidamus.

ROB. ¶ Cito inq̃, ⁊ pperãter qdẽ, rõne. s. dicta, dico. (singua singulis referẽdo) d his tractari i cano. cũcta p mũdũ. ix. q. iij. ⁊ in cano. si qs i. s. scriptiõe. xxv. q. ij. ⁊ i cano. cũ pastoris. ij. q. vij. ⁊ i cano. si qs dogmata. xxv. q. ñ. ⁊ i cano. qd qs. xxxv. q. ix. ⁊ i cano. nullus. xxiiij. di. ⁊ i can. i noie dñi. xxij. di. ⁊ i. c. j. de simo. ⁊ in. c. in fidei ⁊ ibi Arch. de here. i. vj. ⁊ i cano. sicut. ij. q. vij. ⁊ i cano. si papa. xl. di. ⁊ i. c. graue, de pbẽ. ⁊ in cano. anastasius. xix. di. ⁊ i cano. ꝯueniẽtibus. j. q. vij. ⁊ i cano. i loco v. q. iiij. ⁊ in. c. ad apostolice, de re iud. in. vj. ⁊ in cle. ne roma. de elec. ⁊ i. c. iij. de cle. excõ. mi. in cano. mutationes, ⁊ in cano. eps d loco. vij. q. j. ⁊ i cano. psbyter. lxxij. di. ⁊ i cano. de libellis. xx. di. ⁊ in cano. tria. xxxvj. q. ij. ⁊ in. c. j. de ser. nõ ordi. ⁊ in. c. osius, d elec. ⁊ i cano. ꝯsilia, i. §. hinc ẽt. xvij. di. ⁊ i cano. hñ qdẽ. xcvj. dist. ⁊ i. d. cano. ꝯueniẽtib⁹. j. q. vij. ⁊ i. c. j. d pac. ⁊ in cano. actione. xxij. q. iiij. ⁊ i cano. si iubet, ⁊ i cano. aureli⁹. xxvj. q. vj. ⁊ in cano. sane. xxiiij. q. iij. ⁊ in cano. qd quis. xxxv. q. ix. ⁊ in cano. sicut excellẽtiã. xxiij. q. iiij. ⁊ in cano. gñalis, in fi. liiij. di. ⁊ in cano. q̃uis. xxj. di. ⁊ i cano. in noua. xv. q. vj. ⁊ in cano. si qs. xxv. q. ñ. ⁊ i. d. cano. ꝯueniẽtib⁹. j. q. vij. ⁊ in cano. hoc nequaq̃. vlj. q. j. ⁊ i cano. cũ adrian⁹. lxiij. di. ⁊ i cano. lxxxvj. di. ⁊ i cano. i ea. c. di. ⁊ i. c. h trãslationẽ. de offi. deleg. alia pleraq; adduci potuissent, sʒ cũ h satis sint, silẽtio inolui debẽt.

MAN. ¶ Promissis stãdũ ẽ. ⁊ maxie qr ñ tã qd aures tue pati possint, ꝯsiderãdũ ẽ, q̃ʒ qd virtuti, ⁊ pstãtie tue debeatur.

FINIS

Tractatus exquisitus de cardinalibus excelsi doctoris do. Martini laudensis.

¶ Questio prima.



Cardinales dicuntur ex quo mūdi sunt cardines sup quibus tota mūdi gubernatio voluitur. & ad tps spectat sustētare totū pōdus mobilis gubernationis & motū ipsius fixū prestare sm Ioā. de ligna. in Tracta. de bello.

Questio secunda.

¶ Cetus cardinaliū ē in quasi possessione vt papa nō faciat valde ardua sine eius ɔsilio sm Fran. de zaba. in repetitione. c. ppendimus. de sen. excō. & alle. Io. mo. in. c. sup eo. de here. li. vj. forte de facto seruatur ɔtrariū sm Albe. in rub. C. de legi. Nam papa sine Cardi. potest condere decretales, equissimū est dictuz precedens Ioan. mo. ar. l. humanū. C. de legi. & vide Bal. in. l. cum multa. C. de bo. que libe. & p Io. mo. est bo. text. in. c. p venerabilē. qui fi. sint legi. vide Gemi. in. c. super eo. de here. lib. vj. vbi tz contrarium & do. Io. de imo.

Questio tertia.

¶ Cardinalis donauit magnas possessiones nepoti suo nō vz donatio, qr presumunt in dubio bona ecclesie, vel acquisita de bonis eccle. glo. in. c. manifeste. xij. q. j. facit qđ no. Inn. in. c. sane. de pecu. cle. & c. cū in officijs. de testa. vide no. p doc. maxime p Albe. in auc. lnia. C. de epi. & cle. Adde si Cardinalis mutuat nepoti suo pecuniā ex qua emit nepos fundū fundus ē nepotis. Bal. in. c. ecclesia. vt lit. pē. qđ sane intelligēdū nisi p bet fraus de psona in psonā. l. fraus. ff. de legi. & Bal. in. l. mancipia. C. si qs alij vel sibi, qđ est no. pp nepotes Cardinalium.

Questio quarta.

¶ A sententia collegij cardinaliū nō appellat quēadmodum nec a sententia senatus. l. j. ff. a q. appel. nō lz. & xvj. q. j. c. ecclesia in gl. lz a snia cardi. appellet. c. raynutius. & c. raynaldus. de testa. q̄uis gl. dicat ɔtrium & male in. l. j. ff. de offi. pfec. pto.

Questio quinta.

16 bari de suspitione, secus de iure canonico. † Et datur regula ꝙ omne grauamē processus dꝫ subleuari per appellationē ⁊ nō ꝑ exceptionē. ⁊ sic cū do. meus Jo. de imo. in. d. l. quidā consulebat dixit se dare nouā opinio. videlicet qḋ aliter de iure ciuili, aliter de iure canonico vt superius retuli, quam opinionem Ludoui. roma. in consilio allegato superius attribuit do. Matthe. de mathesi. ⁊ etiam do. Abb. in dicta disputatione attribuit quibusdam Modernioribus, sed mirum est quod isti patres non viderunt Bal. in. d. c. cum speciali, cuius fuit opinio. ⁊ ex his infert ibi Bal. ad questionem. ecce dicit in recusatione debet inferi causa. ¶ Pono quod vno die recuso iudicem. alia die infero causam recusationis quodlibet istorum in se est imperfectum, nunquid simul complexa faciunt vnuꝫ perfectū. Responde quedā sunt statuta pro forma secūde tenute ad vnā determinationem, ⁊ oportet quod interueniant actu continuo, vt puta interrogatio, ⁊ responsio in stipulatione. l. continuus. in prin. ff. de ver. ob. nō loquor in formulis preābulis sicut ē tractatus ad alienationē, q: lꝫ primus actus sit directus ad alterū non tñ sunt eiusdeꝫ ꝯsiderationis ⁊ eiusdē speciei. vt in. c. dudū. de rebus eccle. non alienan. Quedam sunt deputata pro causa ⁊ ista debent precedere, vt in. c. dilecto. de appellatio. Quedam pro modo extrinseco effectum consequendo. ⁊ ista sequuntur. l. vniuersa. C. de precibus imperato. offeren. Quedam sunt introducta pro confirmatione actus, ⁊ ista possunt interuenire ex interuallo vt electio, ⁊ eius confirmatio. Item negotium gestum ⁊ eius ratificatio. vt in. c. cura. de iure patrona. Quidā sunt que habent se per modum vnius supplentis alterum. et ista suppletio sicut emmēdatio potest fieri etiam vltima die si tempora suffragantur. C. de appellatio. l. si quis libellos, ⁊ ita est etiam in
17 questione proposita. † Unde in libellorum conceptione dicimus qḋ si causa nō est specificata in libello pōt specificari in processu. ⁊ vr̄ inesse ipsi libello q: pars eius est. imo dic nō valere, q: appellatio nulla est, q: non habet sua essentialia que debent complexiue vno contextu interuenire, ⁊ secus est in libello conuentionali. Unde si appellatio fuisset solēnis, ⁊ cū causa ⁊ libellus iudicialis qui postea sequitur non exprimeret causaꝫ tūc bene posset causa libelli deduci in processu. Item libellus tenet sed appellatio informis nulla esset, ⁊ qḋ nulluꝫ est non recipit fomentū, ita bellissime inquit ille iuris pater Bal. in. d. c. cum speciali. ⁊ ista menti commenda perpetuo.

Sed quid de officialibus dn̄i legati possunt esse armati, dic ꝙ sic per not. tex. l. nā ad salutē. §. fin. ff. de offi. prefec. vigi. vbi officiales possunt ⁊ debent portare arma. ⁊ idem dixit Bal. idem in familia episcopi cū ipse habeat merum officium in sua diocesi, ergo multomagis legatus cardinalis qui dicitur illustris. Archiepiscopi vero ⁊ episcopi dicuntur spectabiles sicut comites, vt. l. j. ⁊ ibi Bal. ff. de offi. prefec. preto. Facit. l. si in aliquam. §. cū plenissimā. ff. de offi. pro-
18 consu. vbi not. Bal. per illū tex. † ꝙ legati de latere qui dicuntꝰ procōsules habēt tātā iurisdictionē quātā habēt patriarche, archiepiscopi, epi, ⁊ omnes in prouincia sibi cōmissa ⁊ ēt maioreꝫ omnibus. Si ergo episcopus pōt habere officiales armatos, ergo multomagis legatus de latere. Regulariter aūt prohibitū est tam laicis q̄ clericis portare arma. c. clerici. de vita ⁊ honesta. clerico. xxiij. quest. viij. c. conuenit. C. vt armoꝝ vsus inscio principe interdictus sit in rubro, ⁊ nigro. Solet tamen secundū Hostien. in. d. c. clerici. princeps ad inspiciendos agros vel ꝑ aliam iustam causam permittere queꝫ apportare arma sine tñ offensione alterius. allegat. l. fin. C. de proxi. sacro. scri. lib. xij. ⁊ ibi in illa. l. fi. dixit Nico. de neapo. qḋ si quis vult ire foras ad vidēdū possessiones suas pōt apportare arma. ⁊ And. de iser. in. c. j. §. si qs de pace tenen. qḋ nobiles ꝺposita administratiōe pn̄t portare enseꝫ ad vidēdū agros suos. ¶ Idē dicas si qs apportaret arma ligata vt est tex. singula. in. d. §. si quis. ¶ Idē dicas si quis apportaret gladiū ad incidēdū panem vel ad pennaꝝ temperationē seu preparationem. vt est glo. quam oēs allegant pro singulari. in auc. de armis. §. ꝓhibemus in ꝟsi. permittimus cultellos minores qbus nullus in prelijs vtitꝰ. q: ex illo text. potest inferri qḋ si regulariter quis vteretꝰ gladio ad ꝑcutiēdū, qḋ nihilominus ille puniretꝰ posito ꝙ ille gla-

dius esset aptus ad incidēdū penā, ⁊ ad illū finē regulariter fue
rit fabricatus, ⁊ ita limito tibi illā gl. per illū tex. vide qđ not.
19 Bar. in. l. j. ff. ad. l. iul. de vi publica. ¶ † Idē dicas si quis por
taret arma ad interficiēdū bānitū stante statuto φ bānitus pos
sit ipune occidi ita dixit Bal. in. d. c. j. §. si quis ar. c. sane. ⁊. c.
preterea. de offi. dele. ⁊. l. ij. ff. de iur. om. iu. ¶ Idē dicas in cle
ricis si trāseāt p loca piculosa, qꝛ tūc licitū est eis defensionis cā
arma portare nō vt percutiāt s; ad terrorē ƀm do. Ant. ⁊ alios
in. d. c. clerici. ⁊ ibi dicūt qđ vbicūqꝫ agit̃ de piculo psone licitū
est clerico apportare arma ad terrorē nō vt pcutiat. ¶ Idē ēt
dicas nisi ptās ex cā litima pmitteret qđ ciues apportarēt arma
puta pp partialitatē, vel pp guerrā q̄ esset i ciuitate l; statutum
fuerit iuratū ab eo qđ nullus apportet arma. hoc fuit sing. dcm̄
Bal. in. in cōmēto rub. C. qui admit. ad bo. pos. pūt. ⁊ l; cōiter
doc. allegēt gl. sing. in. d. auc. de armis qđ licitū est portare gla
diū paruū ad incidēdū panē, ⁊ preparandas penas, ego allego
de hoc tex. in. c. lator. de homi. ⁊ adde Bar. in. l. pediculis. §.
argēto. ff. de au. ⁊ ar. leg. vbi dicit statuto caueť qđ portās arma
offensibilia puniať certa pena. modo quidā portat arma q̄ pos-
sunt esse offensibilia, ⁊ defendibilia, vt tabulariū qđ tunc inspi-
ciť consuetudo ad quē actū quis vtiť illis armis, ⁊ sic inspicitur
ꝯsuetudo, ita ēt dixit Bar. in. l. j. ff. de vi publica. Faciat ēt qđ li
cet appellatione armorū veniāt saxa lapides ⁊ similia, vt. l. ar-
morū. ff. de ver. sig. ⁊. l. iij. §. iij. ff. de vi ⁊ vi arma. Dixit tū Ang.
in. l. si pignore. §. fur ē. ff. de furt. qđ l; preallegata iura dicāt ta-
lia ꝯtineri apppellatione armorū, tū hoc est improprie. nō tū de
stricta significatione, qꝛ appellatione armorū veniūt ea que pn
cipaliter inuenta sunt ad vsum offendendi, qđ bene notabis pp
20 statuta terrarꝫ penalia loquētia đ armis. ¶ † Sed pone quod
aliquis insultauit aliū sine armis postea vero offendit eū cū ar-
mis. an hēbit locū pena statuti. Ang. i. d. l. iij. §. j. ff. đ vi ⁊ vi ar-
ma. dicit φ statutū puniēs insultantē cū armis nō ꝯtinentē in-
sultantē primo sine armis, qꝛ tale statutū considerauit principiū
secus aūt si ꝯsiderauit finē. puta qꝛ dicat si quis offenderit ali
quē cū armis. nā tūc l; quis insultauerit inermis ex quo postea
offendit armatus incidit in penā statuti, vt est casus multū not.
in. d. §. j. Quid si statutū dicit qđ portās lanceā, vel percutiens
cū lancea puniať certa pena, an habeat locū in deferente bastā
vel percutiēte cū basta. Et dicit qđ nō vt est tex. ƀ; eū in. d. §. j.
¶ Sed an veniāt frombule, vel fonde. dic φ sic ƀm Ang. p il-
lū tex. ibi ⁊ talibus vsus fuit Dauid ꝯ Goliā secūdū eum ibi.
¶ Idē ēt dicit qđ appellatione armorum ꝯtinenť omnes res
apte ad nocēdū, secus si naturaliter sunt inuente ad aliu; vsu;.
Et ita dicit Ang. se ibi in questione facti vidisse in percutiente
cū pane, ⁊ cū sanguinis effusione in extrahente caponē de ma-
nibus alterius cuius caponis respectu alter dilaniauit manum
alterius. Nā neutrū illorꝫ est inuentū ad nocendū. Et ideo nō
21 vř facta violētia cū armis. l. is q. ff. de vi publica, † qđ illa res di
ciť cōtineri appellatione armorꝫ que inuēta est ad nocendū, qđ
dicit esse notandū pro statuto Perusino qđ punctaliter dicit
si quis offenderit aliquē cū armis, vel cu; re aliqua apta ad no
cēdū nō obstāte φ ꝯcordiā habuerit si sanguis exiuerit, tanta
pena puniatur qđ tātū cōprehēdit res que principaliter est or
dinata ad nocēdū, ⁊ ideo si quis percusserit aliquē cū amphō-
ra plena vino vel cū vase vitreo, vel terreo, vel ēt cū cipho quē
haberet in manu non dicitur percussisse cū re apta ad nocēdū.
Et ideo habendo pacem absoluiť in totū. Et ita dicit se vidisse
practicari in questione facti. ⁊ maxime in quodā percusso cum
quadā pera in facie cū cicatrice. ⁊ intellige ƀm eum in pera in
qua erat panis. vide singularē tex. in. l. omne delictū. §. si quis
cōmilitonē. ff. de re mili. vbi aliquis habebat accinctum ensem
nō percussit aliū cū ense sed cum lapide an secuta morte punia
tur ac si cū ense, ⁊ sic armis percussisset. vide ibi qꝛ est tex. val-
de mirabilis. Dicit ēt Ang. in. d. l. armatos qđ habēs licentiā
deferendi arma nō debet illa deferre prope iudicem sed debet
deponere. vide ibi per eū. ¶ Idē etiā dicit qđ habēs licētiam
portandi arma nō d; ea defferre in congregatione vel in cōmuē
tu scholarium. ¶ Ponit exēplum in scholaribus qui erant in
pallatio Gregoriano. ¶ Tu vide pro dicto Ange. text. in. §. si
quis rusticus in titu. de pace tenen. in vsib. feu. vbi precipitur
qđ miles ad palatiu; comitis arma non portet ⁊ ibi dixit Bal.
quod ad palatium cōmunis florētie quod est in Italia magne
excellētie nemo potest portare arma, sicut nec ad palatium co-
mitis. Et sic Ange. determinat quod posito quod habebat li-
centiam portandi non poterit portare ad locum, vbi est iudex,
ergo multominus ad palatium principis.

22 **Et inquantum superius dixi** † qđ lici-
tum erat portare gladium pro occidendo bānitū. Adde singu-
larē textum in. c. ille gladiū accipit qui nulla superiori ori ac le-
gitima potestate, vel iubēte vel cōcedēte in sanguine; alienius
armauit. ⁊ ibi dicit glo. j. iniuste. xxiij. q. v. capiēs ergo gladiu;
iuste nō dř capere gradiū. ⁊ hoc mode intelligiť illa auctoritas
clementissimi dñi nostri IESV Christi dum dixit Petro.
Pone gladiu; tuū in vaginā. Omnes qui acceperint gladiū
gladio peribunt. qꝛ intelligit de gladio iniuste accepto. ¶ Ui
di dubitari de facto. Quidam interfecit aliquē manu vacua.
an puniatur ac si gladio interfecisset. ⁊ allegauit textum valde
singu. in. l. qua actione. §. j. ff. ad. l. aquil. quem tex. ad hoc pon-
derauit Iac. but. vt refert Bal. in. c. j. §. furtū. de pace iur. fir.
Et adeo quo ad ista arma considerāda est qualitas persone. fa
cit illud qđ scribitur apud Uirgilium in primo eneidos.
¶ Ia; faces, ⁊ saxa volant, furor arma ministrat. ⁊ illud quod
scribitur in prima tragedia de Hercule furente. Armatus ve
nit Leone ⁊ Idra. vide qđ scribit glo. sing. in. l. nepos proculo.
de ver. sig. φ arma scholaris sunt libri. ⁊ alibi dř. arma clerico
rum sunt lachrime, ⁊ orationes. ⁊ alibi dř. arma nostre militie
non carnalia, sed spiritualia sunt. ⁊ pondera qꝛ in ista materia
delationis armorꝫ est reperire quatuor iura que diuerso tēpo-
re emanarūt. ¶ Primū fuit ius fforꝫ de quo hř. ff. ad. l. iul. de
23 vi publica. ⁊ hoc iure statutū † qđ si quis vult apportare arma
extra ciuitatē eūdo per itinera potest aut vult portare per ciui
tatem, vel in loco vbi fit adunatio gentium, vel in foro iudicij ⁊
nō pōt. l. ij. §. j. ⁊. l. q dolo. §. j. ff. de publica. ¶ Secūda fuit ius
C. qui indistincte phibita est delatio armorꝫ nisi pncipis lnia
interueniat. C. vt armorꝫ vsus inscio principe. ¶ Tertiū fuit ius
auctēticorꝫ quo plus disponiť ve; vt nō liceat ēt portare arma
defendibilia, vt in. §. pe. in auc. de armis. ¶ Quartum fuit ius
nouissimū de quo loquiť. §. si quis rusticus de pace tenē. in vsi.
feud. ⁊ hoc iure statutū est qđ itinerātibus licitū est deferre ar
ma debito modo ad se defendendū a predonibus. non aute; ad
nocendū alijs. ⁊ sic quo ad itinerantes cōcordat cum iure fforꝫ
de quo in. l. j. ff. de vi publica, ⁊ ita hodie seruat cōsuetudo. ¶ Et
pondera qꝛ tex. in. d. §. si quis rusticus prohibet rusticū porta-
re arma ⁊ de alijs non facit mētionē, ergo sequiť qđ rustici nō
possunt portare. ⁊ stabitur illi iuri tanqꝫ nouissimo, qꝛ ex quo p
hibet rusticos vř ꝯcedere alijs. l. maritus. C. de procu. l. cū pre-
tor. ff. de iudi. c. nōne de presum. xxv. dist. c. qualis reuerende,
24 † qđ l; loquať de rusticis specialiter nō fecit hoc legislator se-
riose, ⁊ dispositiue. sed vt ēt prohiberet alijs ⁊ locutus est de ru
sticis specifice qꝛ rustici magis frequētař hoc soliti erāt. ¶ Fa
cit gl. in. c. clemēti. j. de rescr. ⁊ in. c. ij. de ꝯfes. in. vj. ⁊ in cle. j.
de supplē. neg. prela. ⁊ in. c. j. de rerꝫ permu. lib. vj. ⁊ in. l. tale
pactū. §. fi. ff. de pac. ¶ Et ēt pondera qꝛ portans arma presu-
mitur habere malum animū ⁊ d; ea perdere. vide glo. in. d. §. si
quis rusticus. Quid si statuto caueť qđ nemo portet gladiū de
nocte, reperiuntur quidā in porticu habētes gladiū in terra pe
nes pedes eorꝫ, an puniant̃ pena statuti. videť tales nō esse pu-
niendos, qꝛ nō reperiunť portare arma, ergo absolui debent ex
quo nō cōprehēdunť sub verbis statuti. ar. l. j. §. si is qui naue;.
ff. de exercito. Itē cū dubiū sit, an ipsi proiecerint vel alij illum
gladiū, ergo sunt absoluendi. maxime in criminalibus. l. scien-
tiam. §. sed cū stramēta. ff. ad. l. aquil. facit. c. ex literis. de pro-
ba. Melius est. n. nocētē absoluere qꝫ innocētē cōdēnare. l. ab
sentē. ff. de penis. In ꝯtrium vř veritas qđ immo iudex possit ex
eis vnū eligere ad puniēdū ⁊ habeat locū gratificatio. argu. l. si
quis seruū. §. inter duos. ff. de lega. ij. l. si plures. ff. de accu. Al-
be. de rosa. in solēni. tractatu statutorꝫ in. ij. parte refert fuisse
decisum qđ omnes teneanť per. l. j. §. fi. cum. l. seq. ff. de his qui
deie. vel effude. ⁊. l. itē mella. §. si plures ad. l. aquil. que decisio
est mala secundum Albe. per iura primo loco allegata.

Nec obstāt leges in contrariu;
25 allegate. † qꝛ licet ignoretur a quo illorū fuerit cōmissum deli-
ctū. tū diuersi sunt illi casus ab isto, qꝛ hic ignoratur an ipsi p
iecerint illa arma ad terrā. Unde in hoc dubio potius debe-
mus absoluere ar. c. ex literis. de pb. ⁊. c. dño guerrā. §. prom
ptiores in tit. hic finiť lex incipiunt cōstitutiones. l. arrianus. ff.
de ac. ⁊ ob. faciat glo. in. d. §. si plures. ⁊ ita dicit tenēdum esse
Lud. roma. in. l. j. §. hoc rescriptū. ff. ad sille. Bal. vero in. d. l.
nam salutem. §. primo tenent quod omnes puniātur, allegant
d. §. sed si plures. Et dicit qđ de pena pecuniaria agitur non de
corporali.

corporalia. allegat. d. l. j. & refert quosdam dixisse quod cũ qua tuor homines sub porticu essent & veniens familia potestatis in uenit gladiũ sub pedibus eorũ. & nescitur quis deiecerit, qđ oẽs condemnent̃, vno tamẽ soluente omnes liberabuntur. ¶ Sed in contrarium facit quod hr̃ in. d. §. si plures secundũ Osbertuz de Cremona. Ego allego glo. singu. in. c. cupientes. §. ceterum de elec. & ibi dicit do. Pet. se per illam glo. in cõtingentia facti liberasse quosdã. Statuto cauebatur quod pro vno homicidio vnus decapitaretur. & accidit qđ tres percusserunt vnum, nec habebat nisi vnum ictũ, nec potuit probari quis fuerit percutiens, qđ propter hoc omnes fuerunt liberati. ita videtur dicendũ in questione proposita cum essent plura & haberent vnuz gladium in pedibus, nec potuit apparere quis proiecerit quod omnes veniunt liberãdi. ¶ Forte tamen bonus iudex considerare deberet qualitatem personarum si forte inter illas personas esset aliqua persona consueta apportare gladiũ, q2 tũc esset presumendũ contra illam, & propter hoc posset deueniri ad tormenta. ar. l. j. C. si quis imperator. maledi. & l. fi. ff. de here. insti.
26 & ita videretur dicendũ in questione ista. ¶ † Sed an pena armorum confundatur cum vulnere. vide Bal. in. l. aduersus. C. de furtis. ad fi. vbi dicit. ¶ Pone quidam est accusatus sub hac forma qđ percussit. & insultauit Titium & testes hoc probant formaliter, dubitat̃ vtrũ reus possit condemnari de vtroqz videtur qđ sic, q2 illud qđ est priũs in conscriptura presumitur esse prius in ordine temporis. ar. l. quoties. ff. de vsufr. ¶ Sed contrarium determinat ibi Bald. q2 ista occasio est incerta, & ideo fit interpretatio in partez mitiorez. & predicta dicit facere ad questionẽ statuti punientis portantem arma. & Titius percussit Sempronium cum armis vtrum veniat puniendus de delatione armorum, & percussione cũ armis, & sic arma considerẽtur & percussio ẽt consideret̃ per se. Et decidit qđ non, sed imo vtrũqz simul consideratur, & sic resultat vnicũ crimen tantum. arg. l. illud. §. fi. ad. l. aquil. quod est perpetuo notandum.
¶ Pone statutum imponit certam penam portanti arma. & aliquis apportat arma venenata vt sepenumero in contingentia facti docuit experientia an veniat puniẽdus pena statuti duntaxat, an vero acerbior, & asperior pena sibi veniat imponenda. ¶ Et vr̃ dicendum ꝙ pena debet imponi maior. & ad hoc allego in simili not. dictum Bal. in. l. nemo. C. de sum. tri. & fide catho. vbi dixit ꝙ ille qui occidit aliquem venenando eum dicit̃ proditorie illum occidere & sic videtur puniendus vt proditor & vt homicida. facit not. tex. in. l. j. C. de male. & mathema. & ibi
27 per illũ tex. dixit Jac. but. ¶ † Statuto cauet̃ vt homicida nõ possit accusari de homicidio post lapsum duorum mensium, modo quidam cõmisit homicidiũ mediante veneno, quod nihilominus post lapsum duorum mensium poterit accusari tanq̃ nõ comprehendatur in statuto. ¶ Sequitur ibi do. Bar. de sali. sicut ergo statutum loquens de homicidio non videtur cõprehendere homicidium qualificatum quo ad mitiorem penaz imponendam. ita etiam non comprehẽditur apportans arma qualificata. s. arma venenata. Quinimo asperior esset pena imponẽda q̃ si simpliciter arma portaret. Facit sing. dictũ Inno. in. c. j. de consti. vbi voluit licitũ esse iudici transgredi leges propter atrocitatem delicti, voluit Bal. in auc. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & in. l. seuerior. C. ex quib. cau. infra. irro. bene facit qđ voluit do. Pet. de anch. in. c. cũ non ab homine. de iudi. & in repeti. c. ea que. de re. iu. in. vj. & in. c. j. de homi. & refert domi. Abb. in. c. at si clerici. de iudi. disputasse sub do. Petro ꝙ statutum loquens simpliciter de homicidio non habet locum in homicidio qualificato quando veniret mitior pena imponenda lz aliter voluerit do. Bal. in. l. data. C. de dona. & hoc tene mẽti propter multos ribaldos qui hodiernis temporibus vtuntur armis venenatis. ¶ Et adde ẽt Ang. in. d. l. si pignore. §. furez de fur. qđ appellatione armorũ veniunt illa que secundum ordinem nature sunt inuenta ad nocendũ, alias modica sunt que nocere non possunt, & illud dicit se vidisse in questione facti in ciuitate Perusij in quodã statuto puniente percutientem cuz sanguine in platea cum re apta ad noncendum sub pena perditionis manus, & quidam in platea Perusij per vim rapiendo vnũ par caponum de manibus cuiusdam rustici scisit manum rustici cum vnguibus, fuit sententiatum eum non debere manu priuari, q2 illa vnguis non est naturaliter ordinata ad nocendum.
28 ¶ † Idez in percutiente cum vno pane. pro quo allegat quod habetur in. d. auc. de armis, vbi appellatione armorum offensibilium non continentur arma que non sunt principaliter inuenta ad offensam, & allegat illam glo. singu. ſm eum ibi. ¶ Et ad de etiam inquantum superius dictũ est ꝙ appellatione armorũ veniunt fustes, an habeat locum in rusticis. & sic in casu. c. j. §. si quis rusticis. de pace tenen. comprehendantur fustes adeo qđ rusticus sit prohibitus portare talia arma. Andre. de iser. ibi voluit ꝙ quãtum ad ea que dicuntur in illo. §. non comprehenduntur fustes, & ideo rusticus poterit illos portare. licet regulariter alias comprehendantur appellatione armorum. vt. l. iij. §. j. ff. de vi & vi arma. Et ideo inoleuit consuetudo terraruz vt isti rustici & cõmitatenses possint portare baculos sine ferro. Sed certe videtur quod dictuz Andre. de iser. non procedat, immo cõprehendant̃ fustes ex eo q2 sunt apti ad nocendũ. per text. in l. armatos. & in. l. penul. in fi. ff. de vi publica. & per text. in. d. l. iij. §. j. tuz ẽt q2 mediantibus fustibus violatur pax. vt est text. in. c. j. §. si quis aliquem. in tit. de pace tenen. Unde videtur ꝙ iudex debeat arbitrari qualitatem fustium. Si autem esset vna maza ferrata vel aliquod aliud lignum nodosum magistraliter fabricatũ non minus aptuz ad nocendum q̃ vna daga, seu sica, quare nõ deberet puniri ? cum eadem seu maior subsit ratio. tũ etiam q2 prohibitum est portare arma defensibilia vt superius dictum est quare non magis ista. ¶ Facit glo. xxiij. q. one fina. c. clerici. Et ideo videtur quod similia sint relinquenda in arbi
29 trio & discretione iudicantis. † Et audiui de quodam fortissimo viro solito pugnare in duello qui solebat portare acus longas & acutas, ad hoc vt cum illis posset habilius percutere inimicũ per paruula foramina existentia in elmeto, q2 clarum est ꝙ talia arbitrio cuiuscunqz iudicis comprehendentur appellatione armorum, cum principaliter facta fuerint ad nocendum & offendendum. ¶ Et ista sunt que breuissime sentiebam in hac materia armorum, est tamen aliena ab isto opere cardinalium, tamen q2 vtilis & quotidiana decreui eaz interserere in hoc opere commendabili. ¶ Et sic sequitur quod legatus potest habere officiales suos armatos, & ista menti commenda perpetuo.

FINIS

Tractatus de potestate legati a latere in Gallia editus a Nicola. Boe. Juriscon. claris. in gratiam Gregorij ab Ambasia archiepiscopi Rothomageñ. necnõ ecclesie roma. presbyteri Card. & sedis aposto. p Galliã legati.

Ad reuerendissimum in Christo pa. dñm, do. Greg. de Ambasia miseratione diuina titu. sci Sixti sacrosancte rom. eccle. presbyterũ cardinalẽ Rothomageñ. nuncupatũ in regno Francie & alijs prouincijs eidem adiacentibus de latere sedis apostolice legatũ, Nicola. Boe. iuris vtriusqz licen. de monte Pesulano, Ac domini nostri Francorum principis in suo maiori sacro consistorio consiliarius ordinarius. S. P. D.



Multe sunt reuereñ. pa. & dñe, ingenuaruz artiũ institutiones qbus mortales ad altos gradus sũmosqz honores cũ nominis & fame gloria extollunt̃, iter ceteras pfessiones cesaree pontificieqz cẽsure institutio altũ & eminẽte locũ tz. Nã pter mẽtis illustrationẽ iter ad honores cardinalatus ac magratus fasces cũ magna clementia facile aperit, rerũqz puatarũ, & publicarũ, administrationẽ cũ dignitate & glĩa cõparat q in hac disciplina ↄspicui, vt tua venerã. pñitas eua dũt patrie parẽtibusqz claritatẽ ↄferũt publici puatiqz decoris specimen gerũt vrbes populos eqtate iustitiaqz moderant̃. In administrãda augẽdaqz repu. iustitie eqlibrio innocẽter & sine cuiusq̃ iniuria versari norũt iuris peritiã nõ modo in publicis actionibus, sed ẽt in priuatis qbuscũqz negotijs in amicorũ suffragijs in cõmertijs cũ hominibus obeũdis esse q̃ maxime necessariũ liquet iurispruđẽtia ad cõponẽdas hoiuz volũtates sub iusti, & eq obseruãtia, nõ qdẽ mortaliũ institutis, sz diuina suggestione pcessit, cicero. n. i. ij. de. ll. sapiẽtissimorũ hoiuz sniaz fuisse affirmat. Nõ hoiuz ingenijs excogitatas, nec scitũ aliqđ esse populorũ, lz eternũ quoddã quo iperãdi phibendiqz sapientia vniuersus mũdus regeret̃. tua. n. venerãda pñitas in oi fortuna vnica ꝙ ð camillo Liuius ingt nãe opus mirabile & virtutũ

viua imago recte principandi scientiaȝ calles. Est in te optima in gubernando legationis officio ratio, in regendo constantia, in publicis ac priuatis rebus munificentia, librata in iure reddendo equitas mixta seueritati misericordia, ⁊ in facile ignoscendo naturalis clementia. Mira est tibi in cogitando prudentia, in deliberando grauitas, in apparendo diligentia, in ꝯficiēdo celeritas. Que a te sapienter prouisa sunt prudentius excogitata celeberrime ac fortissime confecta vniuersus pene orbis ⁊ predicat ⁊ admiratur, omnem regni Francie molem altissima prudentia, ⁊ prestantissimo tuo ac colendissimi domini mei dñi Francie cancellarij consilij ita modeste ⁊ integre Christianissimus francoꝝ Rex, Dux mediolanēsis, ⁊ Iannēsiū dñs, ac supremus dñs meus administrat, vt in Octauiani aut Antonij imperatoris felicia tempora redijsse credamur. Nec tātū Francie ditioni bene consulis, sed vniuerse Italie prospexisti quā ex grauissimi belloꝝ discrimine ⁊ ex vasto incendio ereptā ad solidā pacem ⁊ trāquillitatem redegisti. Quamobrē (reuere. p. ⁊. d.) hūc partū tractatū de officio ⁊ potestate dignitatis legationis tue nomini tuo dicatū cui longe maiora a me debentur, ꝗ̄ aduersus nōnulli (vbi profecto hesitatū nō est) dubitant, ea frontis hilaritate qua soles accipere digneris, quamquidem emendare ⁊ corrigere excellentissima Paternitas dignetur. Uale reuerendissime pater, ⁊ do. mihi honorandissime.

¶ Facultas ꝯferendi ⁊ cōmendandi beneficia ēt reseruata ⁊c.



Lexander episcopus seruus seruoꝝ Dei dilecto filio Georgio tituli sancti Sixti cardinali Rothomageñ. in regno Francie nostro ⁊ apostolice sedis legato salutē, ⁊ apostolicam benedictionē. Cum nos hodie te in regno Francie pro nōnullis magnis ⁊ arduis vniuersalis ecclesie, ⁊ totius reipublice Christiane negotijs legatū nostrū de latere de fratrū nostroꝝ sancte Roma. eccle. cardinaliū ꝯcilio duxerimus cōstituēdū. Nos volētes ea tibi cōcedere, ꝑ que personis dicti regni te possis reddere gratiosum, circumspectionis tue, de qua in his ⁊ alijs specialē in dño fiduciā obtinemus, in eodem regno ⁊ limitibus legationis tue existēdo ipsa legatione durante omnia ⁊ singula ēt quecūqȝ quotcunqȝ ⁊ qualiacūqȝ beneficia ecclesiastica, secularia, ⁊ ordinū quoꝝcūqȝ regularia cuȝ cura, ⁊ sine cura cuiuscūqȝ annui valoris, illoꝝ fructus redditus, ⁊ prouentus fuerint, intra limites tue legationis constituta, ēt si canonicatus ⁊ prebēde dignitates personatus administrationes, ⁊ officia in cathedralibus ēt metropolitanis, vel collegiatis ecclesijs dignitatis ipse in cathedralibus, ēt metropolitanis post pontificales maiores, aut collegiatis ecclesijs hmōi principales aut prioratus prepositure ēt ꝯuentuales, seu officia etiā claustralia, ⁊ ad eos eas vel ea consueuerint qui per electioneȝ assumi, eisqȝ cura immineat animaꝝ, ac dispositioni apostolice atqȝ nostre ex quauis causa etiam rōne persone illa obtinētis, vel qualitatis ipsoꝝ beneficioꝝ, aut alias quomodolibet etiaȝ cū decreto irritante ꝑnaliter vel specialiter illis que apud sedē apostolicam, aut per promotionem quoꝝcūqȝ ad quascūqȝ metropolitanas, seu cathedrales ecclesias, ⁊ monasteria vacare contigerit, aut que per gratias, expectatiuas, vel speciales reseruationes ꝯtēplatione per nos pro quibuscūqȝ reseruauimus aut in posteꝝ reseruabimus dūtaxat exceptis, reseruata vel affecta fuerint ēt si eoꝝ collatio iuxta Lateraneñ. statuta concilij ad sedē predictam deuoluta extiterint per obitū seu liberā illa obtinētium reseruationē ⁊ cessionē in manibus tuis seu etiā coram notario publico ⁊ testibus citra Romanam curiam sponte faciendam vel alias quouismodo ēt in quibuscūqȝ mensibus vacantia simul vel successiue vacatura, verū ⁊ vltimū illorū vacationis ac reseruationis modum presentibus pro expressis habētes quibuscūqȝ personis secularibus, ⁊ quorūuis ordinū regularibus quecūqȝ quotcūqȝ ⁊ qualiacūqȝ similia beneficia cum cura, ⁊ sine cura ēt ex qbusuis dispensationibus apostolicis obtinendis ⁊ expectantibus cū omnibus iuribus ⁊ pertineñ. suis conferendi, ⁊ de illis etiam prouidendi, ⁊ quatenus tibi videbitur ea eisdē ꝑsonis, qō vixerint, ēt vna cū oibus iuribus ⁊ pertineñ. suis, ac oibus ⁊ singulis monasterijs prioratibus ēt cōuentualibus prepositurꝭ dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, ⁊ prebendis, ac beneficijs, similibus, supra dignitatis, que in titulū vel cōmēdā quomodolibet obtinent, ⁊ in posterū obtinebūt tenēda, regēda, ⁊ gubernāda. Ita quod liceat isis personis de illoꝝ fructibus redditibus ⁊ prouentibus disponere sicuti eoꝝ veri possessores disponere potuerunt, seu ēt debuerūt. Alienatione tñ quoꝝcūqȝ bonoꝝ immobiliū ⁊ preciosoꝝ mobilium illoꝝ eis penitus interdicta cōmēdandi illas quoqȝ ex personis regularibus que pro collationibus per te eis faciendis translatione indigebūt de ordine ad ordinem monasterio ad monasterium siue loco ad locuȝ ecclesia ad ecclesiam vt oportunum fuerit tranferrendi ipsasqȝ in monasterijs siue regularibus locis ad que illas transtuleris in monachos siue religiosos recipi ⁊ i fratres ac syncera in domino charitate tractari faciendi necnon ēt quecūqȝ quotcūqȝ ⁊ qualiacūqȝ beneficia, vt. ꝯ. qualificata per cessuȝ vel decessuȝ, seu quauis aliā dimissionē ēt cessantibus cōmēdis eoꝝ que cōmendata forēt collationi ⁊ dispositioni tue specialiter ⁊ expresse cū inhibitionibus oportunis irritantibusqȝ decretis reseruādi, illaqȝ ēt ex nūc ꝯferendi, ⁊ cōmēdādi, vt. ꝯ. ac inducendi per te vel aliū seu alias personas predictas, vel illarū procuratores ad hoc ab eis constitutos in corporalem possessionē beneficioruȝ iuriūqȝ ⁊ pertineñ. predictoꝝ, ⁊ inductos defendendi amotis quibuslibet detētoribus ab eisdē ⁊ ad illa vt moris est admitti, ⁊ si cannonicatus ⁊ prebende aliqua ex eis fuerint ad prebēdas hmōi in ecclesijs in quibus sunt in canonicis recipi, ⁊ in fratres stalo sibi in choro, ⁊ loco in. c. cuiuslibet earūdē ecclesiarū cū plenitudine iuris canonici assignatis sibiqȝ de canonicatū ⁊ prebēdaꝝ ac beneficioꝝ hmōi fructibus redditibus, prouentionibus, iuribus, ⁊ obuentionibus, integre responderi. contradictores quoqȝ auctoritate nostra per censuras ecclesiasticas, ⁊ alia iuris remedia. appellatione postposita compescendi, ceteraqȝ omnia, ⁊ singula in premissis, ⁊ circa ea quomodolibet necessaria ⁊ oportuna faciendi, ⁊ exequendi plenam ⁊ liberā auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultateȝ, non obstantibus constitutionibus, ⁊ ordinationibus apostolicis, ac de certo canonicoꝝ numero ⁊ quibuslibet alijs ecclesiarum, monasterioꝝ, prioratuuȝ, ⁊ locoꝝ in quibus beneficia huiusmodi forsam fuerint, ⁊ a quibus fortasse dependere noscunt, ⁊ ipsoꝝ beneficioꝝ statutis, ⁊ cōstitutionibus iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis. necnon specialibus, vel generalibus per nos, vel sedem predictas de beneficio hmōi quomodolibet factis, seu faciendis reseruationibus, necnon priuilegijs, ⁊ indultis Cluniacensis, ⁊ alioꝝ ordinū quoꝝcūqȝ ēt quibus fortasse cauet qō prioratus aliaqȝ beneficia eorundē nullis nisi solis sancte Roma. ecclesie cardinalibus ⁊ ordines ipsos expresse professis duntaxat exceptis, ⁊ nisi de consensu Abbatū, ⁊ ꝯuentū monasterioꝝ ordinē eorūdem cōmendari possint. Ac cancellarie apostolice regulis. de quibus omnibus specialis specifica expressa, ⁊ indiuidua mentio habenda foret. Et quas pro presentibus pro sufficienter expressis, ⁊ insertis habere volumus ⁊ quibus inquantum preiudicent effectui presentiū seu preiudicare possent derogamus, ⁊ derogatū esse volumus. Seu si locoꝝ ordinarijs ⁊ dilectis filijs capitulis ecclesiaꝝ ⁊ ꝯuētibus monasterioꝝ, ⁊ locoꝝ predictorum vel quibusuis alijs cōiter vel diuisim a dicta sit sede indultum qō ad receptionē vel prouisionē alicuius minime teneant, ⁊ ad id cōpelli, aut qō interdici, suspendi, vel excōmunicari nō possint, quodqȝ de hmōi vel alijs beneficijs ecclesiasticis ad eorum collationem coniunctim vel separatiȝ spectātibus nulli valeat prouideri, seu cōmenda fieri per literas apostolicas, nō facientes plenā ⁊ expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, ⁊ qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunqȝ tenoris existat per quā presentibus non expressaȝ vel totaliter non insertam effectus earū impediri valeat quomodolibet, vel differri. Et de qua cuiuscunqȝ toto tenore habenda sit in nostris literis mētio specialis, aut si persone hmōi presentes non fuerint ad prestandū de obseruandis statutis, ⁊ ꝯsuetudinibus ecclesiaꝝ predictaꝝ in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint solita iuramēta dūmodo in absentia sua per procuratores idoneos, ⁊ cū ad ecclesias ipsas accesserint corporaliter illa prestent ceterisqȝ ꝯrijs quibuscūqȝ. ⁊ insuper ex nunc irritum decernimus, ⁊ inane, si secus super his a quoquā quauis auctoritate sciēter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus, vel in posterum contingerit attemptari, volumus autem quod de nominibus, vel cognominibus personarum quibus huiusmodi beneficia contuleris ⁊ beneficioꝝ ac diebus collationum hmōi gentes camere apostolice, vel collatores fructuum, redditum, ⁊ prouentuum eidem camere debitorum in illis partibus pro tempore existētes certificare procures.

cures. Datum Rome apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominice. M.ccccci. Nonas Aprilis, pontificatus nostri anno primo. Hadrianus. B. Morini.

SVMMARIVM

1 Deus in principio cuiusq; rei inuocandus.
2 Legatus quis dicatur.
3 Legato Pape obediendum est non secus atq; ipsi Pape sub pena excommunicationis.
4 Legatus qua forma constituatur.
5 Legatum generalem papa mittere non debet sine consilio collegij cardinalium.
6 Papa nihil arduum tentare debet sine ꝯsensu cardinalium.
7 Acta per papam contra consilium cardinaliū an sint valida.
8 Legati litere specialem cām cōmissionis continere debent.
9 Legatorum genera quot sint.
10 Legati constituti qui dicantur.
11 Legati nati qui sint.
12 Legati laterales qui sint.
13 De, prepositio substantiam significat.
14 Apostolice sedis appellatione continetur legatus a latere.
15 Legati a latere officium ac potestas quam late pateat, ꝛ numero. 25. et numero. 66.
16 Legatus omnia vř posse que papa specialiter non reseruat.
17 Legatus a latere ꝓuinciā sibi decretā interdicto ferire potest.
18 Legatus a latere regē ꝛ reginā ex cā separare potest.
19 Beneficia vacantia, ex Lateranensi. concilij statuto ad sedem apostolicam deuoluta legatus a latere conferre potest.
20 Legatus a latere concurrit cum ordinario loci, ac preuentioni locus est inter eos.
21 Motus proprius legati a latere non minus operatur, quaz motus proprius pape.
22 Legatus a latare an possit conferre beneficium spectās ad presentationem patroni laici eo inuito.
23 Casus pape reseruati cuiusmodi sint.
24 Generali legationis commissione non transeunt casus reseruati Pape.
26 Legatus a latere merum ꝛ mixtum imperium habet.
27 Legatus a latere an possit dispensare cum simoniacis.
28 Legatus non ante recipiendus est ꝗ̄ literas sue legationis exhibuerit, ꝛ numero. 31.
29 Literis falsis a cancellaria Pape emanantibus non debent prelati obedire.
30 Notario examinanti testes ex delegatione superioris non creditur, nisi literas commissionis ostendat.
31 Litere legati a latere in Gallia solēt in sup̄ma curia registrari.
32 Legati in gratijs quas concedunt debent inserere literas sue legationis.
33 Generali concessione non continentur ea que quis specialiter non esset concessurus.
34 Dispōni iuris cōis relinquuntur ea que non exprimuntur.
35 Generalibus verbis non sufficit fieri quod specialibus verbis fieri debet.
36 Filius qui generaliter dicit se ꝯtentū his que a patre ei relicta sunt, non excludit a petitione supplementi legitime.
37 Generalis renūciatio legatoꝝ non extendit̄ ad legatū dotis.
38 Exceptiones sigillatim proponende sunt, nec sufficit eas generaliter opponere.
39 Legatum factum vxori in cōpensationem eoꝝ que ei a viro debent̄, an intelligat̄ factum animo cōpensandi cum dote.
40 Rescripta principum quantum possibile est, ſm ius commune sunt interpretanda.
41 Rescriptum continens generalem clausulam, non obstante nō censetur derogare priuilegijs concessis vniuersitati vel collegio decurionum.
42 Fortuitos casus in se generaliter recipiēs maiores casus cōprehendisse non intelligitur, nisi spālis mentio de eis facta sit.
43 Testamentum posterius, factum ab eo qui in priore testamento protestatus fuerat se nolle aliud testamentum cōdere, an ꝛ quando valeat.
44 Legatus a latere non potest contra constitutiones, ꝛ statuta romane ecclesie dispensare.
45 Legatus a latere ordinem iudiciarium tollere non potest.
46 Legatus cui concessum est, vt cognoscat appellatione remota, an idem suo delegato possit concedere.
47 Speciei per genus non derogatur, licet generi per speciem derogetur.
48 Promittens aliquem iudicio sistere, non propterea cēsetur renunciare priuilegio fori.
49 Appellare generaliter a grauamine nihil profuerit, nisi specialiter grauamen scripto comprehendatur.
50 Legatus a latere non potest castra concedere ad ecclesiaz Romanam pertinentia.
51 Episcopus magis adstringitur canonibus, quam princeps secularis legibus.
52 Principes perpetuum officium habentes possunt in suo territorio statuta condere iuri communi derogantia.
53 Legati a latere iuri communi derogare possunt, si specialez ad hoc commissionem habeant.
54 Clausula per quam permittitur delegato defectum iuris supplere quam interpretationem recipiat.
55 Papa iniuriam sibi facit, cum statuta predecessorum suorum perturbat.
56 Princeps facilius monetur ad dispensandum contra constitutionem nimis seueram, ꝗ̄ contra minus seueram.
57 Priuilegium quantumuis generale etiam pio loco concessum nunꝗ̄ id complectit̄ qꝺ publicā vtilitatē lederet. ꝛ nu. 109.
58 Legatum a latere posse nominatim regulis apostolice cancellarie derogare.
Concessio vnius tacitam eorum concessionem complectitur, que ei connexa ꝛ coniuncta sunt.
50 Iudex datus ad cognoscendum de iniurijs duntaxat notorijs, etiam hoc summarie ingrere pōt iniuria sit necne notoria.
60 Procurator ea agere potest, que mandati sunt preparatoria, ēt si in mandato non sint expressa.
61 Procurator constitutus ad vendendum an possit fidem habere de precio.
62 Dies est obligationis bona pars.
63 Creditor constitutus procurator ad vendendam rem debitoris vt sibi satisfaciat, potest habere fidem de precio.
64 Verba nonnunꝗ̄ improprie sumuntur, vt valeat dispositio.
65 Legatus a latere gerit vices pape.
67 Legatus a latere vicem presidis seu proconsulis obtinet.
68 Verba priuilegij sic interpretari debent, vt aliquid operentur. ꝛ numero. 70.
69 Mens potius est attendenda, quam verba.
71 Genere permisso censetur permissa quelibet species, ꝛ eo prohibito censet̄ etiam prohibita quelibet eius species.
72 Prohibito vno censetur prohibitum omne id per quod ad illud peruenitur.
73 Interpretatio in dubio, ita fieri debet, vt actus potius valeat quam pereat.
74 Translatus ēx certa scientia Principis in aliud domicilium, censetur liberatus ab oneribus prioris domicilij.
75 Audiri quis non debet aduersus ea, que princeps fecit ex certa scientia.
76 Legatus a latere represalias concedere potest.
77 Errorem in rescripto pretendens potest eum allegare non obstante clausula, ex certa scientia ꝛc. ibidem apposita.
78 Clausula, ex certa scientia ꝛc. rescripto non apposita an ꝛ quādo tacite subintelligatur.
79 Clausule apposite in instrumento vel testamento censentur apposite de voluntate contrahentium vel testatoris.
80 Reseruata principi, que longo tempore principaliter concesse fuere postmodum ex ea diuturna concessione transeunt ēt sine speciali concessione.
81 Papa cōmittens cām alicui adiecta hac clausula non obstantibus quibuscunq; legibus, vř cum eo dispensare.
82 Clausula ḡnalis in vltima parte posita interpretationem sumit ex his que specialiter in p̄cedētibus sunt expressa. ꝛ nu. 84.
83 Renunciās generaliter omni auxilio iuris renunciasse videtur beneficio cedendarum actionum.
85 Verba intelligenda sunt secundum personam vel ad materiaz ad quam referuntur.
86 Regule cancellarie apostolice non sunt constitutiones generales, nec ligant successores pape.
87 Regule standum ꝛ adherendum est.
88 Potestate legis condende concessa, an videatur concessa facultas derogandi aut corrigendi.
89 Prohibitio dispensationis contra constitutiones de quibus constitutionibus sit intelligenda.

90 Regule cancellarie apostolice ab Innocentio .viij. edite fuerunt citra concilij auctoritatem.
91 Rescripta in quibus adiecta est clausula generalis, non obstan. &c. valent contra decretales epistolas, non tamen contra constitutiones concilij.
92 Episcopus potest ex magna & rationabili causa aduersus canones dispensare.
93 Potestas ex causa pot venire contra statuta etiam iurata.
94 Legatus a latere maiorē ptātem habet q̄ vicarius pape.
95 Clausula generalis derogatoria tollit omnes cōstitutiones de quibus in genere fit mentio. & nume. 100.
96 Derogatorij iuris natura quatenus se extendat.
97 Comes cui cōcessa est a principe potestas legitimādi spurios, cum clausula generali, non obstantibus. ll. potest eosdē spurios libere legitimare.
98 Consuetudines generales nemini licet ignorare.
Dñs alicuius loci presumitur scire consuetudinē illius loci.
99 Renunciatio generalis omnium iurium sibi competentium extenditur ad iura cognita non etiam ad iura ignorata.
101 Commissarius generalis non h3 potestatē derogandi his que a superior facta sunt, nisi ei specialis derogādi ptās facta sit.
102 Verbis derogatorijs quotupliciter contingat fieri mentionem constitutionum quibus derogatur.
103 Motus proprius principis qua ratione deprehendatur.
104 Verba liberam, & plenam ptātem, qd operentur in rescriptis.
105 Contractus censentur in dubio fieri ɓm consuetudinem loci, etiam si id non exprimatur.
106 Princeps facere pot qd exprimenda habeant p expressis.
107 Legatus a latere an possit derogare regule, si quis infirmitate &c. in preiudicium pragmatice sanctionis.
108 Prouisio facta per papā cōtra conciliū Basiliense est nulla.
110 Beneficia permutata vel simpliciter resignata non cadūt sub nominatione vel gradu.
111 Generale edictum generaliter est interpretandum, nec est distinguendum vbi lex non distinguit.
112 Resignatio facta ad commodum alicuius an sit simoniaca. & nu. 115. & 119. & 123. & 130.
113 Symonia quid sit.
114 Symoniā in curia romana locum non habere.
Symoniā canonistis idē significare q̄ ambitū iurisconsultis.
116 Donatio quando presumatur simulata.
117 Permutatio facta pacto precedente censetur symoniaca.
118 Pape auctoritas an & quando a symonia excuset.
120 Canonicus vadens ad ecclesiam propter distributiones non propter officium diuinum committit symoniam mentalem.
121 Renunciatio beneficij cū retētiōe pensionis an sit symoniaca.
122 Pensio in beneficijs licite constitui potest.
124 Renunciatio facta in fauorem illius cum quo renuncians pactionē aliq̄ non gratuitam fecit, censetur symoniaca.
125 Collatio beneficij in remunerationem seruitiorum facta an sit symoniaca.
126 Legatus a latere dispensare cum symoniacis potest.
127 Renunciatio beneficij in fauorem alterius quomodo fieri soleat. & nume. 129.
128 Actus qui & vitiose & non vitiose interpretari pot, in eā potius partem est accipiendus, que vitio caret.
131 Clausule apposite ex impitia notarior, ptibus nocere nō dñt.
132 Clausula retentionis pensionis in renunciatione beneficij apponi solita approbatur in curia romana.
133 Dispensandi super pluralitate beneficiorum potestatē habens an possit dispensare sine causa.
134 Pensionem ex beneficio soluturum se promittens etiam si bulle non fuerint expedite, an ex tali promissione efficaciter obligetur bullis non expeditis.



E throno Dei procedūt fulgura, vocēs atq; tonitrua, & in circuitu eius die ac nocte clamant animalia senas alas habentia, vt Apocali. iiij. c. & .xciij. disti. c. legimus. circa medium. ibi filius tonitrui &c. & de pe. dis. ij. c. pennata. & in. c. scriptum est. in prin. & ibi Inno. Bal. & Abb. sicu. de elec. nam thronus Dei ecclesia est a qua procedunt fulgura miraculorum voces mandatorum, & suasionum atq; tonitrua cōminationum que verba singulariter exponunt per Jo. fauēti. in sua lect. decre. & clericus per Spe. & Jo. an. in addi. in. j. parte sui operis, in prin. Cunq; (Reuerendissime pater & dñe) omnis tua officij legationis ptas de throno Dei procedat, quam sine sacrilegij scrupulo nemo in dubium reuocare potest. xvij. q̄. iiij. c. que aūt. & l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. & in. l. disputari. C. de cri. sal. igitur. q. sequentes circa quas nō nulli hesitāt nec est admiratione dignum q2 vt dicit Philosophus in. iij. de anima, propter diuersa fantasmata quotidie generantur in nobis diuerse intellectiones, ideo paucis sub correctione reuerendissime paternitatis tue absoluam.

Primo ergo queritur vtrum tua vene. pa. ex legationis officio derogare possit regulis romane curie maxime regule. si quis in infirmitate constitutus &c. que est in ordine impressar, & p Inno. viij. collectar. xviij. visis tue facultatis literis ac in eisdē contenta amplissima ac generali derogandi ptāte, que in his sequentibus contineē verbis. Ceteraq; omnia & singula in premissis, & circa ea quōlibet necessaria & oportuna faciendi, & exequēdi plenā & liberam auctoritate apostolica tenore presentium cōcedimus facultatē, non obstā. cōstōnibus & ordinationibus apostolicis &c. Et ibi ac cancellarie apostolice regulis de qbus omnibus spālis specifica expressa & indiuidua mētio hñda foret. & quas pro pntibus pro sufficienter expressis & insertis hri volumus, & qbus in q̄tū effectui pntium preiudicent, seu preiudicare possent, derogamus, & derogatum esse volumus &c.

Secundo vtrum resignatio ad cōmodum & vtilitatē alicuius, & non aliter, nec alias facta. & per ipsum reuerendissimum dñm legatū admissa valeat, quēadmodum si per Romanum pontificem fuisset admissa, absq; eo qd censeatur esse simoniaca.

Christi benedicti ac gloriose virginis Marie nominibus prius ex animo inuocatis dicere possum illud qd preclare scribit. ij. lib. paralipo. c. ij. da mihi sapientiā & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo. & illud Bal. in prin. trac. scisma. quem posuit post ti. si qs aliquē testari prohi. C. Domine Deus qui illuminas oēm hoiem venientem in hunc mūdum, digneris illuminare oculos meos, & intellectum meum in viam dirigere veritatis. Causa enim tua agitur Deus qm de throno tuo, & nos introducere in cubiculum tuum aperireq; nobis ostium veritatis digneris, vt in. q. propositis que voluminū prolixitate indigerent respōsa nostra sint talia qualia desideramus. i. iusta, equa, nemini insidentia, & clara q̄tum patit materie altitudo, & ɓm mentē iuris habito solo respectu ad maiestatem veritatis que per doctores consulentes fideliter est enuncianda. Ne statera iustitie quam gestant in manibus sit dolosa, vt monet Bal. in cōsi. incip. verba testamenti. & Bartho. soci. in cōsi. cl. vol. j. ac sancte & recte respondeam.
1 †Et omnia recte gerimus si pncipiū sit decēs & amabile Deo, auc. qño opor. episc. in prin. col. j. Nam dñs vt inquit Psalmista prope est inuocantibus eum. & Plato scribit. j. Thi. in minimis quoq; rebus diuinum debemus auxilium implorare. & ij. reg. dr. Nolite loqui sublimia gloriantes, quoniā Deus est sciētiarum dñs. Sed q2 maiores nostri illud quemq; scire arbitrati sunt q̄ ratione optima demonstrasset. Quāobrē visis ad plenum reuerendiss. pater & dñe tue dignitatis legationis literis & clausulis in eisdē contentis & specificatis aliqua pmo quo ad predictas dubitationes particularia circa ptātem officij legationis substantia breuiter premittam esse videnda q2 veritas cōsistit in paucis. Item & sermones circa vniuersalia sunt faciliores, & circa particularia sunt veriores, vt inquit Philoso. ij. ethi. ¶ Et q2 prius persona q̄ ratio est querenda. l. qdam referunt. ff. de iure codic. & c. ad dissoluendū. de despon. impu. & a primordio tituli posterior formatur euētus. l. j. C. de impo. lucra. descri. nam inqt iuriscō. Vlpi. tit. de reb. cred. l. j. hñ est priusq̄ ad verbor interptationē pueniamus pauca de signatiōe ipsius ti. referre.

2 **Et primo quis sit legatus,** † & ɓm Specula. tit. de lega. §. j. dici pot qcunq; ab alio missus est. c. presbyterum. l. di. & c. satagē. xxv. q. j. & l. j. & ij. & l. sciendum. §. fi. ff. de lega. siue a principe, vel papa ad alios mittat, vt. ff. de offi. asse. l. diem. siue ab aliqua ecclesia ad papā, vt in auc. de san. episco. §. si vero episcopi. col. ix. siue ab aliqua ciuitate vel puincia ad principem vel alium, vt. C. de lega. per totum. lib. x. & ibi super rub.

rub. plene per Jo. de pla. ⁊ Luc. de pen. ⁊ Specul. vbi. s. ⁊ per Goffre. ⁊ Hosti. in summa, ⁊ Archi. in c. j. xcvij. dist. ⁊ Card. alex. in c. valde. §. legatum. xciiij. dist. ⁊ Albe. de rosa. in l. legatis. ff. ex quib. cau. maio. ⁊ doc. in c. j. de appel. ⁊ glo. in pra-
3 gma. in proe. in §. iij. in verbo nuncios. † Et tali legato obediendu3 est tanq̄ pape. c. cum parati. de appel. ⁊ c. si abbatē. ⁊ ibi doc. de elec. lib. vj. ⁊ j. latius dicā al's inobedientes excōicari debent, vt. d. §. legatū. ⁊ c. sequen. xciiij. di. ⁊ ibi Archi. ⁊ Card. alex. ⁊ in c. iusgentium. j. dist. q2 de throno Dei procedit ⁊c.

4 Secundo est premittendum † qualiter ⁊ q̄bus formis ↄstituat̄, de quo per Spec. vbi. s. ⁊ Jo. and. in addi. ⁊ in §. qualiter autem ↄstituat̄ ⁊c. vbi Spec. dicit q̄ ad nos non ptinet tractare, q2 hoc ex mittentis illu3 depēdet arbitrio, tū ex virtute literarum ptās dependet ipsius, vt. c. porro. de pri-
5 uile. l. vnica. ⁊ ibi pulchre Pau. de ca. C. de man. prin. † Et legatus generalis de ↄsilio collegij cardinalium, ⁊ non aliter per papa3 est mittendus, ⁊ hoc clare pbat̄ in l. pen. ⁊ fi. ⁊ ibi Bar. Jo. de pla. ⁊ Luc. de pen. C. de lega. lib. x. vbi d̄r q̄ preses pro legato erga principem mittendo d3 facere ↄgregare gn̄ale consilium seu parlamentū totius prouincie, vnde ᵬm And. de baru. ⁊ Bar. Lu. de pen. ⁊ Jo. de pla. in fi. q̄n ambasiatores mit-
6 tendi sunt a ciuitatibus, exigit̄ ↄsensus maioris partis illoꝝ de consilio. † Nam papa in arduis ⁊ magni valoris nihil facit sine ↄsensu cardinalium ᵬm Bal. in l. fi. C. de diuers. rescrip. ⁊ in l. pen. C. de bon. q̄ vbi alleg. Archid. in c. cum redēptor. xij. q. ij. ⁊ Barbat. in ↄsi. j. col. x. in prin. vol. j. ⁊ facit glo. Jo. mon. in c. super eo. de here. lib. vj. que dicit collegium cardinalium esse in quasi possessione q̄ papa non possit ardua expedire sine ↄsilio eoꝝ, ⁊ idem Abb. sicu. per illum tex. in c. per venerabile3. ver. rōnibus. qui fi. sint legi. ⁊ in c. quesiuit. de his que fi. a ma. par. cap. ⁊ in c. j. in fi. de offi. deleg. ⁊ in c. literas. de resti tu. spo. Jo. and. in c. antiqua. de priuileg. ⁊ Ant. de but. in c. regsiti. de testa. ⁊ Domi. de. s. ge. in c. j. de renunc. lib. vj. ⁊ in iuribus in tertio preludio alle. ⁊ Card. alex. in c. j. col. ij. in pn cip. epm vel abba. vel abbatissam vel dn̄m plebis feu. da. non posse. in vsi. feud. q2 ᵬm eum intelligitur q̄ ↄsensus cardinaliū exigat̄ per viam ↄsilij non q̄d sit necessarius ad validitatem ac-
literas. de preben. tenet, ꝙ legatus non possit talia hospitalia
conferre. Lap. de caste. in tractatu de sinodo. qō. xij. dicit ꝙ si
spectant ad patronatum laicorum, non poterit conferre, secus
si ad patronatum clericorũ, sed dicit ꝙ de facto legati indistin
cte conferunt. Domi. in. c. fi. de offi. leg. lib. vj. in hac materia
facit longam distinctionem, ꝙ aut ecclesia est principalis, ⁊ ho
spitale est accessorium, ⁊ tunc si ecclesia est de illis, que non ca
dunt in potestatem legati, de quibus in. c. deliberatione. eo. tit.
⁊ planum est, ꝙ legatus non poterit, aut hospitale est principa-
le, ⁊ ecclesia est accessoria, ⁊ tunc dic vt dicetur infra de hospita
li penitus separato, ex quo autem cognoscatur quod istorum sit
principale, ⁊ quod accessorium, ego remitto ad glos. valde not.
in. d. clem. per literas. aut neutrum est accessoriũ, sed sunt eque
principalia, ⁊ simul vnita, ⁊ tunc si ecclesia non caderet in pote-
state legati, nec hospitale poterit conferre, vt probat glo. in di.
clem. literas. aut hospitale est totaliter de per se sine ecclesia, ⁊
tunc si est collegiatum, quod esse potest, vt in. c. cũ olim. de ar-
bit. ⁊ de dona. inter dilectos. nō poterit legatus de illo se intro
mittere, sicut nec de ecclesia collegiata potest, per. d. c. delibe-
17 ratione, †nā appellatione ecclesiarum veniunt hospitalia in ma
teria proportionali vtriusqꝫ, vt not. Jo. and. in. c. j. de in integr.
resti. ratio tamen quare legatus non confert ecclesias collegia
tas est, quia non presumitur ꝙ multitudo que habet eligere in
collegiata, exhorbitet sicut vnus qui habet prouidere in non
collegiata, que ratio etiam in hospitalibus eque militat, aut ho
spitale non est collegiatum, ⁊ si est de patronatu laicorum, non
poterit conferre, aut non est patronatum, vel est de patronatu
clericorum, ⁊ tunc poterit conferre, vt sensit Joan. and. in dicto
18 cap. fi. †nam habemus regulam, ꝙ legatus de latere potest cō
cedere istas administrationes beneficiales, a qua regula nō re-
perimus istum casum exceptum, ergo ⁊c. nec obst. d. clemē. per
literas, per quam se fundat ibi glo. quia illud ibi probatur a cō
trario sensu qui sensus contrarius non habet locum, vbi habe-
mus in iure contrarium, vt voluit glosa in. c. significasti. de foro
competen. ⁊ c. permittimus. de eta. ⁊ qualitate, libro sexto, hic
autem habemus contrarium tex. in dicto. c. primo, Jo. de imo.

in dicta

in dicta clementina per literas, sequitur simpliciter illam glos.
19 nullum fundamentum ad hoc allegans. † ego in hoc, saluo iudi
cio meliori distinguerez, quia aut prouidetur de hospitali, vt de
beneficio, quod tantum habet locuz in illis duobus casibus, de
quibus in dicta clementina quia contingit. ⁊ tunc legatus de il-
lo non poterit se intromittere pro hoc glosa in dicta clementina
literas, ⁊ probat ille textus qui in principio dat regulam, quod
per literas sedis apostolice, aut legatorum eiusdem non intelli-
gatur prouideri de hospitali, postmodum excipit ab hac regu-
la, nisi in literis sedis apostolice hoc caueatur expresse, ⁊ sic in
hac exceptione non facit mētionem de legato, vnde tacite omit
tendo videtur de eo denegare, vt in. l. cum pretor. ff. de iudicijs.
⁊ in capitulo afferte, de presumptionibus. potest etiam, ⁊ aliter
fundari per illum textum a contrario sensu. Nec obstat si dica-
tur quod illud argumentum non habet locum cum contrarium
reperiatur in iure scilicet in capitulo primo, de officio legati, li-
bro sexto, dicendum ꝙ ille textus hoc non disponit, nam solum
dat legato de latere potestatem conferendi beneficia, constat
autem quod sub hac generalitate non veniunt hospitalia, vt in
dicta clementina literas, ergo illud capitulum primuz, non pro-
bat de hospitalibus, nec in hac materia est agenda larga inter-
pretatio, cum ex ea fieret preiudicium ordinarijs, quo casu etiaz
facultate conferendi licet vtilitas veniat in alium deriuanda fit
stricta interpretatio, vt est textus notabilis in capitulo is cui.
20 de preben. libro sexto, ⁊ ibi tenet Dominicus. † Collatio enim
beneficiorum inter fructus episcopatus computatur, iuxta glo-
sam in capitulo cum olim. de maioritate ⁊ obedientia, non ergo
ad eam legatus debet extendere manus, nisi quatenus sibi a iu-
re expresso conceditur. Item quia suscitaretur inter eos ⁊ lega-
tos scandalum, ad quod obuiandum fuit editum illud capitulū
21 primum, vt ibi supponitur in principio. † Item quia iurisdictio
⁊ potestas legati etiam in conferendis beneficijs est stricte in-
terpretanda tanquam non naturalis sed extraordinaria, ⁊ super
inducta, prout in istis terminis voluit glosa in clementina secun
da, de officio ordinario, aut agitur de hospitali disponendo ali-
ter, quam vt de beneficio puta deputando in eo rectorez, ⁊ tūc
cum hoc spectet ad ordinarium, vt in dicta clementina quia cō
tingit, ⁊ in capitulo đ xenodochijs, de religiosis domibus, lega
tus idem facere poterit, cum concurrat cum eo in potestate, iu-
22 xta theoricam superius traditam. † Aduertendum tamen ꝙ ⁊
si legatus de latere habeat potestatem conferēdi beneficia, hoc
tamen fallit in his, que sunt de iure patronatus laicorum, illa
enim non potest conferre, vt in capitulo dilectus, de officio le-
gati, ⁊ in capitulo cum dilectus, de iure patronatus. quod limi-
ta verum si ad eos spectet ex fundatione illud ius patronatus,
secus autem si ex alio titulo, quia cessat tūc ratio prohibitionis,
que est, ne laici retrahantur a fundatione ecclesiarum, ita vo-
luit Federicus de senis consilio sexagesimoquinto, ⁊ dominus
Cardina. in dicto capitulo dilectus, ⁊ in dicta clementina per
literas, qđ est valde notabil. ad istos parrochianos, qui in mul
tis locis pretendunt ius patronatus ad se expectare ex consue-
tudine, ⁊ licet inducant quandam presumptam fundationē, non
tamen est presumptio omnino concludens, cum nō omnes par-
rochiales ecclesie fundētur per parrochianos. Item quia licet
ipsi fundarent tanquā singulares, non propterea alij parrochia
ni, qui non essent eorum heredes succederent in tali patronatu,
vnde relinquendum est illud magis consuetudini, ⁊ sic secunduz
predicta de talibus porrochialibus posset legatus prouidere,
23 quod esset notandum. † An autem consuetudo predicta possit
eis dare ius patronatus non est presentis speculationis, sed vi-
de de hoc per Archidiaconum septuagesimaprima distinctio-
ne, hortamur, ⁊ per Joannem andream in regula. quod alicui
gratiose, de regulis iuris libro sexto, in mercurialib. ponit Ab-
bas siculus in sua disputatione que incipit, augerius, ⁊ in capi-
tulo querelam, de electionibus, ⁊ dicitur spectare ad ius patro
natus laici, etiam, si spectet ad clericum, dum tamen non ratio-
ne ecclesie, sed ratione patrimonij, vel alias ad eum spectaret,
vt probat tex. in dicto capitulo cum dilectus. de iure patrona-
tus, si tamen spectaret ad presentationez persone ecclesiastice,
tunc legatus bene poterit illud conferre, vt in dicto capitulo di
lectus, ⁊ in dicto capitulo cum dilectus, non tamen ex hoc pre-
iudicaretur patrono quo minus occurrente alia vacatione pos-
24 sit presentare, vt in dicto capitulo dilectus. † sic etiam dicimus
vbi superior ex negligentia inferioris prouidet de beneficio, nō
enim in sequentibus preiudicatur ordinario collatori, vt in capi
25 tulo sicut, in fine de supplenda negligentia prelatorum. † Sed
vidi dubitari, quid si spectet ad istos hospitalarios sancti Joan
nis, ⁊ dubium facit quia eorum hospitalia saltem in materia
odiosa non veniunt appellatione ecclesiarum vt voluit glosa in
c. cupientes. in prin. de elec. lib. vj. ⁊ sic ius patronatus eorum
non debeat censeri ius patronatus ecclesie, sed contrarium est
verum. ex quo enim non competit eis ratione personarum siue
patrimonij, iudicari debet ratione ecclesie ad eos pertinere. ad
26 quod in simili facit deci. ro. cciij. in antiquis. † que dicit qđ si
iste beguine habent ius patronatus non censetur patrimonia-
le, sed potius ecclesiasticum, ex quo ratione personarum eis nō
competit. ex quibus inferrem limitationē ad ea que no. glo. in
dic. cle. per literas, ⁊ per doct. in. c. cum in illis. §. j. de preben.
27 lib. vj. † ꝙ vbi papa mandat prouideri de beneficio spectante
ad presentationem laicorum patronorum, nisi hoc exprimat in
concessione, nō debetur huiusmodi beneficium, vt intelligatur
eo tantum casu, quo illi laici ex fundatione, cōstructione, vel do
tatione essent patroni, secus autem alias si ex prescriptione, vel
28 consuetudine, vel priuilegio. † quid tamen si spectet ad presen-
tationem clerici ⁊ laici simul, an legatus poterit illud cōferre.
Gaspar de cal. in dicto. c. dilectus. tenet alias fuisse consultum
ꝙ sic, vt potius attendatur causa permittens, quam prohibens,
dicit etiam quod alias fuit consultum, ⁊ decisum contrarium, ⁊
hanc vltimam opinionez, sequitur Abbas siculus, vbi ad quod
inducit not. per glosam, in capitulo vnico de iure patro. libro.
vj. facit. l. si communem. ff. quemadmo. seruus amit. vbi maior
retinet seruitutem ex persona minoris, ad idem capitu. sacris
de sepulturis, cum similibus, sed contrarium tenent domini de
Rota decisione ducentesimasexagesimasexta in antiquis, in si-
mili materia videlicet in casu capitu. secun. de prebendis, libro
sexto, vt licet illa reseruatio non extendatur ad beneficium spe-
ctans ad ius patronatus laici, iuxta glosam ibi, secus si spectet
insimul ad ius patronatus laici ⁊ clerici, quia magis dignum
trahit ad se minus dignum ⁊c. ⁊ argumentuz eorum que textus
dicit de arbitris laico, ⁊ clerico in causa spirituali, in capitu. per
tuas, de arbitris, sed licet propter auctoritatem Rote forte in
practica istud obtineret in terminis, in quibus loquitur, tamē đ
iure verior videtur opinio contraria ad quam etiam facit id qđ
notat Bartolus in. l. ateyus. de aqua pluuia. arcenda, de diru
ptione domus cuius pars superior est non delinquentis, ⁊ pars
inferior est delinquentis, nec obstat fundamenta deci. quia non
loquūtur vbi agitur de extendendo penam de vno ad alterum
prout est in proposito, ⁊ istam etiam partez tenet Federicus de
senis consilio sexagesimoquinto, ⁊ hec sunt menti tenenda.
29 ¶ † Sed pone quod beneficium non spectat ad presentationez
laici, sed ad collationem eiusdem, prout interdum contingit in
regibus, qui ex priuilegio apostolico interdum habent benefi-
cia aliquarum ecclesiarum conferre, vt dixit glosa decimasexta
questione septima in summa, ⁊ in capitulo imperium decima di
stinctione, ⁊ textus in capitulo dilectus, clementina tertia, de
prebendis, an legatus poterit se de istis intromittere, ⁊ tenerez
ꝙ sic, ꝙ satis concluditur ex predictis, ad idem faciunt notata
per Archidiaconum, ⁊ Joannem andream in nouella, in capi-
tulo secundo, de prebendis, libro sexto, vbi tenēt huiusmodi be
neficia comprehendi in generali reseruatione facta de vacanti-
bus in curia per illum textum, licet interdum Romani pontifi-
ces ab his conferendis abstinuerunt propter scandalum vitan-
dum. hoc idem sensit dominus Nicolaus papa tertius de quo
refert Speculator titulo de legato. §. nunc tractemus. versicu-
lo sed nunquid legatus, ꝙ assumptus ad pontificatum contulit
prebendam quam ipse ante suam promotionem obtinebat in ec
clesia Landuneñ. rex tamen Francie dicens collationem illius
ad se spectare, eam alij contulit de facto. consulo tamen quod
propter scandalum vitandum legatus ab horum collatione ab-
stineat, quemadmodum in Papa dicunt Joannes monachus,
⁊ Joannes andreas in nouella, in dicto capitulo secundo, de
30 prebendis. ¶ † Ulterius quero pone quod ad aliquem eccle-
siasticum pertinet collatio beneficij de iure speciali, puta ex pri
uilegio, vel prescriptione, nūquid legatus possit talia beneficia
conferre, Federicus de senis consilio sexagesimoquinto, tenet
ꝙ sic, nam presentatio pertinet ad patronum de iure speciali, ⁊
de gratia, vt in capitulo quoniam. de iure patronatus, nihilo-
minus legatus confert talia beneficia, vt predictum est. sed Ab
bas siculus in dicto capitulo dilectus. dicit istud fore verum in
priuilegio generali, secus si papa contulisset alicui priuilegium

speciale, vt posset certa beneficia conferre, de illis enim legatus se non posset intromittere, quia specialis prouisio derogat generali, vt in capitulo studuisti. de officio legati. et capitulo dudum, de prebendis, libro sexto, sed ego indistincte teneo opinionem Federici, quia textus in dicto capitulo primo, de officio legati, libro sexto, indistincte dat facultatem legato de latere conferendi beneficia intra suam prouinciam vacantia. Nec obstant iura in contrarium allegata, quia loquuntur in eo qui ex speciali facultate Pape habet potestatem conferendi beneficia in genere, tunc enim si alius habeat ab eodem facultatem magis specialem generi derogatur per speciem, secus tamen est in legato qui iure ordinarie sue potestatis, potest beneficia conferre, non enim eius potestas tollitur, etiam si papa mandet alij specialiter prouideri, sicut nec alterius ordinarij collatoris, vt in capitulo dilectus. clementina secunda de prebendis, nisi esset appositum decretum in mandato speciali, vel inhibitio intimata ordinario collatori, aut reseruatio fuisset facta, vel alij modi afficiendi beneficium interuenissent, de quibus in capitulo primo, et capitulo si capitulo, et capitulo si soli, vbi glosa longa et magistra, de concessione prebend. libro sexto, et capitulo si postquam. de prebendis, eodem libro, et per glosam, et doctores in capitulo si eo tempore. de electio. eodem libro capitulo studuisti. non loquitur in collatione beneficiorum, et sic sumus extra casum illum, nec inde possunt trahi argumenta contra iura que superius induximus que expresse in casu nostro disponunt. Et presertim quia illo casu adhuc opus esset illi, qui vult declinare iurisdictionem legati, quod exciperet causam fore de legato specialiter commissam, per ea que notat Innocentius in capitulo ceterum. et capitulo cum contingat. de rescriptis. et capitulo primo. de concessione prebend. libro sexto. Nec obstat dictum capitulum dudum. quod multum videtur in contrarium vrgere, nam ibi potestas recipiendi resignationes, et conferendi beneficia resignata competebat legato ex potestate delegata, quia ibi ponitur verbum auctoritate nostra, quod verbum sapit delegationem, iuxta glosam in capitulo vnico, de clericis egro. libro

31 sexto. † Sed aduertendum quod in collatione, quam facit legatus alias obtinenti beneficia debet facere mentionem de beneficijs, que ille obtinet alias collatio, et prouisio est ipso iure nulla, vt in capitulo finali. de officio legati. libro sexto, et in clementina secunda. eodem titulo. hoc tamen in permutatione non procedit, et sic limita predicta iura, quod patet, quia loquuntur in libera collatione, illa autem que fit compermutantibus non est libera. cum si fieret alteri tertio foret nulla, vt in clementina vnica, de rerum permutatione. et ita voluit Federicus de senis consilio septuagesimotertio. nec sufficit qualiscunque mentio, sed re-

32 quiritur specialis, vt ibi dicit textus, † sed quam dices specialem mentionem, dicas non sufficere mentionem in genere, vt pote si dicat, confero tali beneficium non obstante quod habeat alia beneficia, prout voluit glosa in dicta clementina secunda, allegando textum in dicto capitulo non potest. §. finali. de prebendis. simile dicimus quod vbi requiritur expressa mentio non sufficit in genere haberi mentionem, iuxta glosam in capitulo si episcopus. de prebendis, libro sexto, et in capitulo inquisitores. de hereticis. eodem libro, et in clementina per literas. de prebend. quod valet ad ista priuilegia hodierna que habent huiusmodi clausulas derogatorias, de expressa mentione requirenda, de quo remitto ad ea que superius in eodem tractatu dixi questione septima.

33 ¶ † Sed dubium est quid si legatus confert beneficia vigore specialis facultatis sibi a papa concesse, vtpote, quia iure legationis non potest conferre, vel quia non est de latere, vel si est tamen beneficia sunt reseruata, an in horum collatione debeat facere mentionem de beneficijs, que obtinet is cui prouidet, Archidiaconus, et Joannes andreas in capitulo is cui. de prebendis, libro sexto, sentiunt quod sic, et pro eorum dicto facit, quia delegatus debet facere, sicut delegans fecisset, vt in capitulo super literis. de rescriptis, in fine, ad idem facit glosa in dicta clementina secunda, que vult, quod sicut ordinarij non tenentur facere mentionem, vt ibi, ita nec eorum delegati. Idem dicas per contrarium, vt ex quo Papa facit, vt in capitulo si motu proprio. de prebendis libro sexto, sic et eius delegati. sed Dominicus licet sub dubio in dicto capitulo is cui, videtur sentire contrarium, per textum in dicta clementina secunda, que tantum hoc onus exprimendi imponit legatis, alijs autem sine hac expressione facultatem conferendi concedit igitur iste legatus qui non confert iure legationis, poterit sine hac expressione conferre. Item quia iste expressiones non sunt fiende, nisi in casibus expressis in iure, iuxta glosam in clementina prima, de prebendis, non tamen reperitur in iure quod hoc casu debeat huiusmodi expressio fieri. ego tamen tenerem opinionem contrariam de qua supra. propter motiua pro illa parte inducta, et ita sentit glosa in dicta clementina secunda, in glosa finali. nec obstat textus in dicta clementina secunda, ibi, in alijs autem etc. nam sub illis verbis delegatus sedis apostolice non potest comprehendi. cum enim fuisset in principio clementine expressus legatus, illa clausula generalis subsequens, in alijs autem etc. non potest comprehendere delegatum Pape, qui est maior legato quo ad sibi commissa, vt in capitulo sedes, de rescriptis, et in clementina non potest. de procuratoribus, et quod sit maior eo. facit de officio lega. studuisti, et capitulo sane, clementina secunda, de officio delegati. et presertim hoc procedit, vbi ex generalitate illa volumus iuris communis dispositionem violare, vt contingit in casu nostro, per predicta, quo casu stricta interpretatio est facienda, iuxta regulam, que a iure de regulis iuris, libro sexto, et per glosam, et doctores, in auctentica quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesi. et per hec respondetur ad secundum motiuum quod in contrarium inducebat Dominicus de glosa, clementina prima, de prebendis, vnum tamen ego putarem quod illo casu non deberet fieri specifica mentio de primis beneficijs, iuxta dispositionem dicte clementi. ij. quia illa loquitur quando confert beneficia iure legationis, non autem quando iure specialis commissionis, vt in casu proposito, quo sufficeret generalis mentio, vt in Papa sufficit, vt in dicto capitulo non potest. §. finali. cuius vices

34 iste gerit. † Aduerte tamen quod quando legatus confert beneficia in vim specialis commissionis debet tenere formam circa personam cui prouidet, de qua in capitulo is cui. de prebendis, libro sexto. et ideo ipsi obtinent a papa apponi in huiusmodi facultate quod possint conferre beneficia idoneis personis quotcunque, et quecunque, et qualiacunque beneficia obtinentibus, vt iam ego vidi, et cum hoc se eximunt ab obseruantia illius capituli.

35 † Quid tamen si legatus motu proprio hoc expresso in literis confert alicui beneficium, de alio quod obtinet non habita mentione, nunquid valebit collatio. sicut valeret, si papa fecisset per capitulum si motu proprio, de prebendis, libro sexto, glosa in dicto capitulo finali. de officio legati, libro sexto, arguit primo quod non quia in Papa est speciale, quia non est ligatus legibus, sicut legatus. C. de legibus. digna vox. et capitulo proposuit. de concessione prebende, ergo aliud in papa, aliud in legato, sed concludit contrarium, nam solum in impetratione beneficij requiritur ista mentio, secus autem in motu proprio, vbi non possumus dicere fore aliquam impetrationem, nec eo casu potest imputari illi, cui facta est collatio, cum ipse predictum beneficium non impetrauerit, et in hac conclusione tandem residet glosa. Et idem tenet glosa in dicta clementina secunda, de officio ordinario. primam partem tenuit Joannes monachus in dicto capitulo fina. et Archidiaconus in dicto capitulo si motu proprio, sed Joannes andreas in nouella, in dicto capitulo finali. videtur sequi illas glosas, Lapus tamen ibi tenet primam opinionem per dictam clementinam secundam, que indistincte loquitur, et tex. in dicto capitulo si motu proprio, loquitur specialiter in papa, et idem tenet Paulus in dicta clementina secunda, Joannes de fantutijs tenet illas glosas, et idem sequitur Dominicus in dicto

36 capitulo finali. ex hoc fundamento, † ideo enim est surreptitia prouisio facta de beneficio habenti alias beneficium, quia non presumitur quod si papa hoc sciuisset, contulisset illi beneficium, vel ad minus non ita facile concessisset, vt notat Innocentius de exceptionibus, cum ecclesiastice, que ratio solum militat contra impetrantem, non autem contra illum, cui fuit prouisum motu proprio, cui propter dictam non expressionem, nihil culpe posset ascribi. Idem tenet dominus Cardin. in dicta clementina secunda, sed Joannes de imola tenet opinionem contrariam, et dicit eam magis communem, et ad hoc inducit, quia nedum aliter facta collatio rueret ex defectu voluntatis, quia non presumitur, quod habenti beneficium contulisset aliud legatus, verum etiam ex defectu potestatis, quia iura dant potestatem legato conferendi beneficia sub hac conditione, et adiecta hac qualitate scilicet dummodo faciat mentionem de beneficijs que ille obtinet, et iura que hoc inducunt generaliter loquuntur, nec distinguunt, an motu proprio, vel ad instantiam legatus prouideat, et ego sequor hanc partem, et precipue ex hoc vltimo fundamento, quod ego fortifico ex alio, quod indicio meo

firmat

firmat ex toto istam conclusionem si enim mentio ista esset fien
da per legatum propter vitandam surreptionem, sufficeret eam
generaliter fieri, vt in dicto capitulo non potest. §. fina. de pre-
bendis, libro sexto, quia tamen non tantum ad hoc inductum
fuit, sed etiam pro forma in collatione legati danda, fuit necesse
quod esset mentio specialis, vt in dicta clementina secunda, de
quo late superius est dictũ, ⁊ hoc etiam coadunat pratica, nun
quam enim legati consueuerunt huiusmodi clausulam motus
proprij in suis prouisionibus apponere, quasi de nullo seruiat.
¶ Verumtamen quoniam multa superius diximus de benefi-
37 cijs vacantibus, ⁊ eorum prouisione fienda per legatos, † super
est inuestigare an de beneficijs vacaturis legatus se poterit in-
tromittere, ⁊ dicendum quod sic, faciendo reseruationẽ de eis-
dem, dum tamen sit legatus de latere, inferior enim legatus, si-
cut non potest conferre, sic nec reseruare, vt dixit glosa in capi-
tu. puncti. de officio lega. libro sexto, adhibita tamen in hoc mo
deratione, vt postquam in aliqua ecclesia cathedrali, vel colle-
giata fecit aliquam reseruationem, illa pendẽte non faciat aliã
in eadem, ⁊ postquam alibi reseruauit beneficium spectans ad
collationem alicuius, inquantum illa pendet non faciat reser-
uationem de alio beneficio quod ad illius spectat collationem
38 in dicto capitulo presenti, de officio legati, libro sexto. † Ex quo
infertur quod illa finita poterit secundam facere, quod etiam
tenet glosa ibi, sed quid si fuit finita per hoc quod ille pro quo
emanauit conseruatio consecutus est beneficium pro ipso reser
uatum, demum legatus ad eandem collationẽ vult facere aliaʒ
reseruationem, an teneatur de prima facere mentioneʒ. Joan-
nes monachus ibi in addit. arguit quod sic. argumen. c. finali.
eo. titulo, ⁊ libro, ⁊ per capitulum mandatum. de rescriptis. cuʒ
capitulis sequentibus, quod eniʒ ibi seruat papa, seruare debet
39 legatus, argu. de rescriptis super literis, in fine. † naʒ licet lega
tus habeat ordinariam iurisdictionem, quia tamen missus est.
seruare debet formam mittentis, subdit tamen quod non dicet.
non obstañ. sicut dicit Papa, sed dicet etiam si pro alio reser-
uationem fecimus, que non pendet, hec dicit vera in vacatura,
sed si vacantem conferret, non est necesse facere aliquam men-
40 tionem. idem sequitur ibi Joannes andreas in nouella. † Nec
etiam quantumcunq; plenariam legationem obtineat, reserua-
re poterit ecclesias cathedrales, vel regulares, aut collegiatas,
aut principales dignitates post pontificales in ecclesijs cathe-
dralibus, dummodo ad eas consueuerint, qui preficiuntur per
viam electionis assumi, vt in capitulo deliberatione. eodem ti-
tulo, ⁊ libro. ¶ Pro declaratione tamen predictorum queri-
41 tur, † an in ecclesia que non est collegiata poterit insimul lega-
tus reseruare multa beneficia, dicas ꝙ sic, quia de iure antiquo
hoc poterat, nisi fuisset eius potestas restricta, vt dicit glosa in
dicto capitulo presenti, igitur stari debet iuri antiquo, vbi non
est mutatum, constat autem ꝙ tex. in dicto capitulo presenti. lo
quitur tantum in ecclesia cathedrali, vel collegiata igitur ⁊c. ⁊
hoc tenet ibi Joannes andreas in nouel. quod intellige nisi ex
alio capite impediretur vt puta, quia spectarent ad collationeʒ
eiusdem, quia tunc non possent, vt in dicto capitulo presenti.
42 † Sed quam dices ecclesiam collegiatam, glo. in capitulo no-
bis. de iure patronatus, tangit sed non bene determinat. ⁊ ideʒ
glo. capitulo statutum. de electio. libro sexto. Innocentius ta-
men in capitulo postulasti. de iure patronatus. ⁊ Hostiẽ. ⁊ Jo-
annes andreas in capitulo nobis. eodem titulo, late assumpse-
runt istum articulum, ex quorum dictis aliquibus additis sic cõ
cludo, quod primo deueniendum est ad primam institutionem
ecclesie, ⁊ si a principio fuit institutuʒ, vt essent ibi plures, vt col
legium erit collegiata ecclesia, ⁊ intellige ꝙ debuerunt institui
ad minus tres, quia pauciores non constituunt collegium, vt vo
luit glosa, decima distinctione, capitulo primo. ⁊ in capitulo pri
mo. de electio. ⁊ in dicto capitulo nobis, pro quibus est textus
43 in. l. neratius. de verborum significatio. † si tamen a principio
fuissent tres, vel plures, ⁊ omnes decessissent excepto vno, non
propterea periret collegium, immo in illo vno conseruaretur
ius collegij, vt in. l. sicut. §. finali. ff. quod cuiusq; vniuersitatis, ⁊
per glosam in capitulo secundo, de postulatione prelatorum, ⁊
in dicto capitulo statutum. libro sexto, immo ⁊ si omnes morirẽ
tur non propterea ius collegij periret, sed aliquo vel aliquibus
ibi postea ibi institutis, resurgeret ius collegij, vt voluit Inno-
centius in dicto capitulo postulasti. ⁊ in capitulo cum ex iniun-
cto. de noui operis nunciatione. Si vero nõ apparet de prime-

na institutione, ⁊ ecclesia habet priuilegium super iure collegij,
censebitur collegiata, ⁊ hoc voluit Federicus de senis consilio
sexagesimoprimo, si vero non habet priuilegium recurrendum
est ad quasi possessionem, vt si sit in quasi possessione collegij, cẽ
44 seatur collegium, alias non, † cognoscetur autem ꝙ sit in quasi
possessione collegij, si exercet iura pertinentia ad collegium, vt
puta quia consueuerũt facere sindicum, ⁊ per eum iurare vel li-
tigare. l. j. ff. quod cuiusq; vniuersitatis. ⁊ in capitulo imperato-
rum. ⁊ capitulo in pertractandis. de iuramẽ. calumnie. vel ha-
bent sigillum commune, vt in capitulo significante. de appel.
vel consueuerunt eligere prelatum, ⁊ idem in similibus que sunt
signa vniuersitatis, nec est necesse ꝙ habeant inter se aliquem
tanquam caput. non enim est hoc de substantia collegij, vt not.
Innocentius de prebendis. cum non ignores. ad quod facit qꝺ
not. de maioritate ⁊ obedientia, capitulo primo. ⁊ capitulo cum
45 nobis olim. de electio. † Quid tamen in dubio quia forte ex nul
lo predictorum concluditur fore collegiuʒ, dicas ꝙ in ecclesijs
cathedralibus ⁊ regularibus, in dubio presumitur plures con-
uenire vt collegium, vt voluit Hostien. in dicto capitulo nobis
in alijs autem ecclesijs secularibus est secus, per notata per In
nocentium in dicto capitulo postulasti. ⁊ idem tenuerunt domi
ni de Rota decisione. dccclxxviij. in antiquis.
46 ¶ † Subsequẽter quero, an legatus possit simul reseruare duo
beneficia spectantia ad presentationem alicuius, vel etiam ad
institutionem, vel vnum ad presentationem, aliud ad institutio-
nem eiusdem. solutio. videretur ꝙ sic, quia textus in dicto capi
tulo presenti, prohibet de pertinentibus ad collationẽ, ergo se-
cus in presentatione ⁊ institutione, sed Joannes andreas in no-
uella, dicit ꝙ illud sibi non placet attenta mente concedentis,
allegat not. in clementina vnica. de rerum permutatio. in glo-
sa penultima, ⁊ idem sequitur Domini. in dicto capitulo presen
ti, quia papa vult excludere grauamen, quod fiebat ordinarijs,
qui sic grauarentur per reseruationem presentationis sicut col-
47 lationis. † in institutione autem absolute dicit, ꝙ legatus non
possit eam reseruare sibi, quia illa est iurisdictionis, ⁊ legatus
non potest inhibere subditis ordinarij, ne super spectãtibus ad
eius iurisdictionem habeant recursum ad eum. Ego tamen sal
ua correctione in omnibus istis tenerem contrarium, immo ꝙ
legatus de latere possit insimul reseruare plura beneficia spe-
ctantia ad presentationem, vel ad institutionẽ, aut mixtum vnũ
ad presentationem, ⁊ aliud ad institutionem eiusdem, ⁊ ad hoc
induco tale motiuum certuʒ est, ꝙ isti modi prouidendi scilicet
per electionem, collationem, presentationeʒ, ⁊ institutionẽ adeo
sunt diuersi, ꝙ vno expresso non venit alius, vt in capitulo cum
in illis. §. cum autem. de prebendis, libro sexto, constat autem
quod. c. presenti. loquitur de collatione, ergo non debet exten-
di ad alios modos prouidendi. non obst. motiuum Joan. and.
ꝙ de mente Pape conditoris illius decre. fuit idem dispone-
re in casibus predictis. nec etiam obst. glo. in dicta clementina
per eum inducta, que dicit, ꝙ textus in dicto capitulo cum in il
lis. loquitur in materia odiosa, secus autem in materia fauora-
bili, vbi daretur eadem ratio. nam dico ꝙ de hac mente pape
non constat per verba, quia illa ad hoc non seruiunt, vt predixi
mus, non per rationem, quia diuersa ratio est, quod patet, quia
magis grauatur ex reseruatione legati is ad quem spectat col-
latio, ꝙ̃ ad quem spectat presentatio vel institutio, quia collato
ri tollitur plenaria dispositio quam habet in beneficio, quod nõ
est in presentante, vel instituente, ad quod etiam faciat textus
48 de officio legati, dilectus. ibi plus iuris ⁊c. † Rursus, quia vt
paulo superius diximus, sequendo Joan. an. ⁊ glo. in dicto. c.
presenti. restringendo facultatem legatorum circa reseruatio-
nes cum agimus de eorum preiudicio, ⁊ de re exhorbitanti a iu
re, quod ipsis facultatem reseruãdi beneficia indistincte conce
debat. de iure patronatus cum dilectus, vt nõ restringatur hec
facultas vltraq; per dictum. c. presenti. ⁊ deliberatione. repe-
ritur restricta, quo casu debet fieri stricta interpretatio, nec ex-
presso vno modo prouidendi, debemus extendere ad alium, iu-
xta glosam in dicta clementina, quam illi pro contraria parte in
ducebant, ⁊ iuxta textum in dicto. c. cum in illis. §. cum autem.
⁊ quod de institutione dicit Domini. non est verum, ⁊ contra-
49 rium tenet Pau. in dicto capitulo presenti. † Nec obstat ꝙ sit
iurisdictionis, quia non propterea concluditur ꝙ legatus nõ se
possit de illa intromittere, ex quo a iure datur sibi generalis po
testas reseruãdi beneficia, ⁊ in dic. c. presenti. ⁊ deliberatione.

sicut in alijs restrinxerunt hanc facultatē, restrinxissent in hoc si voluissent.

50 ¶ † Quid tamen si reseruauit legatus beneficium quod spectat ad collationem epi, & hac reseruatione pendente reseruat aliud, quod spectet ad collationem ipsius & alterius, nunquid valet reseruatio secūdi, glo. in dicto capitulo presenti. mouet questionem, & concludit quod non, quia licet spectet ad collationē alterius, tamen etiam spectat ad collationē illius, & allegat simile de eo quod dixit de rescriptis. statutum. §. cum vero. in glosa secunda, & qui iurat suum non esse iurat, & sibi commune non esse. ff. de verborum significatio. l. pupillus. §. vltimo. ad hoc. ff. de leg. tertio. l. si quis seruos. vbi testatore legante seruos suos, & qui in totum, & qui in parte sui sunt, legati esse videntur. Nec obstat de prebendis, cum in illis, in fine quia illud induxit intētio pape, qui illum solum grauare intendebat, nec etiam obstat id quod dixit in capitulo cum aliquibus. de rescriptis, libro sexto, quia similitudo & identitas rationis illud inducit, & illā glosam, sequuntur Archidiaconus, & Joannes andreas in nouella, in dicto capitulo presenti. quos etiam sequitur Dominicus,

51 † & ex illa glosa, infertur quod cum de iure sit quod beneficium monoculare in gratia expectantis non comprehendatur, nisi de monocularitate fiat mentio, vt notat Archidiaconus in capitulo si pro clericis pauperibus, de prebendis, libro sexto, & glosa in clementina prima de prebendis, quia non est verisimile, quod papa voluerit grauare eum, qui vnius tantum beneficij habet collationem, quod si quis per se solum habet collationem alicuius beneficij, simul etiam cum alijs habet collationem alterius, quod iste non dicetur monocularis collator, quia quod spectat ad collationem sui, & alterius etiam spectat ad sui collationem, per supradicta & hanc sententiam tenuerunt domi. de Ro. decisione ccxlj. in antiquis, licet non allegent istam glosam.

52 ¶ † Et quia in superioribus dicitur, legatum certis casibus, de quibus in dicto. c. presenti. qui supra ponuntur pendente vna reseruatione non posse aliam facere, quero an si super prima pēdet, lis nunquid possit aliam facere, Archidi. in. d. c. presenti. dicit quod non, quoniam patria adhuc pendet, cum finale iudiciū sit inspiciendum. de frigi. & malefic. fraternitatis, facit clementina prima, vt lite pendente. & facit quod notat Compostellan. de rescriptis, capitulū, super glosa finali. secundum Joannem andream in nouella.

53 ¶ † Rursus quoniam in superioribus diximus, iuxta dictū. c. deliberatione. quod nō poterit reseruare maiores dignitates post pontificales in cathedralibus, dum tamen sint electiue, cū maioritas consideretur circa multa respectu enim ordinis archipresbyter est maior Archidiacono, & respectu administrationis Archidiaconus est maior archipresbytero, de quo per glosam, vigesimaprima distinctione in nouo. Quero de qua maioritate hoc intelligemus, & glo. in dicto. c. deliberatione, intelligit de maioritate prelationis, in qua inspicienda est consuetudo cuiusque ecclesie. circunscripta tamen consuetudine de iure cōmuni, Archidiaconus est maior, vnde ille tex. intelligitur de illo, qui preest capitulo, & conuocat capitulum, addit Joan. andre. ibi in nouella. hoc etiam intelligendum esse de maioritate que sit in actu, non in habitu tantum, licet casualiter deducatur ad

54 actum, † ex quo infert se semel cōsuluisse in ecclesia Taurineñ. preposituram esse maiorem dignitatem in ecclesia post episcopum, quia immediate sedebat, & scribebat post episcopum, & vocabat capitulum, tenebat sigillum non vt minister, sed vt presidens, iubens ex illo literam sigillari, conseruabat priuilegia, & iura capituli velut maior, in collationibus, & correctionibus spectantibus ad capitulum erat maior & primus, hec sunt signa maioritatis, non obstante quod vacante ecclesia archidiaconus gerebat vices episcopi, quo tempore imperabat preposito, quia tūc facit illa vt alius idest vt gerens vices episcopi, ad quod faciūt argu. de tanquam de electio. cum inter canonicos, cum concordan. Item quia temporaliter illa facit, quod est satis ponderan

55 dum. † nam videmus quod id quod habetur ad tempus non facit vacare titulum parrochialis ecclesie, vt patet in commenda de elect. nemo deinceps. lib. vj. quod secus esset si haberetur per

56 petuo. de preben. de multa. † Item videmus quod habens temporalem vicarium ecclesie parrochialis non arctatur ad ordines recipiendos. per. c. licet canon. de electio. libro sexto. quod secus esset si haberet perpetuum, in clemen. vnica. de offi. vica. Item talis gestio venit per casum aduentitiū scilicet mortis. ideo nō debet haberi in consideratione. ff. de in lit. iur. l. j. non enim sunt ponderandi casus euentitij. ff. de re iudicata. l. si quis ab alio. ff. qui & a quibus ma. li. non fi. l. iulianus. cum concordan. facit vigesimatertia questione quinta. de occidendis. de homici. capitulo secundo, & idem tenuit in additio. ad Specul. titu. de pre

57 bendis. † vbi etiam dicit se consuluisse in ecclesia Ferrarieñ. quod appellatione curatorum quo ad extrauagan. execrabilis. Joā. vigesimisecundi, non comprehenditur personatus eiusdem ecclesie alias non curatus, licet sede vacante per statutum ecclesie habeat administrationem spiritualium, & temporalium, possibile enim esset quod habens talem personatum, quandiu viueret exercitium predictum non haberet, vt quia forte sedes suo tēpore non vacaret.

58 ¶ † Sed pone quod in ecclesia sunt due dignitates, que ita habēt in capitulo maioritatem equaliter, quod que sit maior post episcopum apparere non potest, puta quia quilibet in solidū, vel ambo simul maioritatē exercent, vel forsan alternis vicibus, & ambe sunt electiue, nunquid in vtraque impediatur legatus. Joan. and. in dicto capitulo deliberatione. in nouella, dicit ipsum impediri. cum iste due sint vnite quo ad maioritatem, ergo debent censeri pro vna, quo ad illum textum, & si ille textus dixisset dignitatem in singulari maior esset dubitatio, sed dicit dignitates in plurali, & sic videtur includere casum istum. Nec obstat secūdum eum quod ista pluralitas dignitatum videatur respicere pluralitatem ecclesiarum, quoniā non negatur propter hoc quod pluralitas dignitatum possit esse in eadem ecclesia, & sic necessario text. non probat, quod vna tantum dignitas excludatur a potestate legati, & per hoc soluitur contrarium de. c. si pluribus. de prebendis, libro sexto, quia ibi non poterat includi nisi vnū beneficium tantum, & pro ista parte facit capitu. cupientes. §. si vero. de electio. libro sexto, vbi sicut vnus opponens arctatur, sic & duo, nec est differentia, an ius maioritatis consistat in duobus, vel in vno. ff. si certum petatur. singularia. bene facit ratio. l. generaliter. ff. de fideius. quia si dicas alteram solam includi. designare non potes que sit inclusa, cum igitur vtraque sit principalis, in vtraque consistit hoc ius. ff. de solutio. l. si duo. ad finem.

59 ¶ † Sed aduerte quia posset contingere casus, in quo iste maioritates essent inter duos distribute, ita quod quedam earum competeret vni dignitati, quedam alteri, & tunc esset magna dubitatio, que istarum censeretur maior, vt alias contingit in facto. Prepositus vnius ecclesie collegiate, qui assumebatur per electionem, habebat administrationem temporalium illius ecclesie, & prerogatiuam in stallo chori. & primum locum in capitulo, decanus eiusdem ecclesie, qui etiam per electionem assumebatur, habens curam animarum, & iurisdictionē in canonicos ipsum eligentes, & in omnes clericos illius ecclesie, non tamen super prepositum, tenebat sigillum capituli ad causas, & claues, & librum statutorum, habebat etiam primum stallum in choro. in sinistra parte chori, ac regebat chorum in diuinis, conuocabat etiam capitulum, fuit dubitatum quis istorum esset maior. & domi. de Rota coram quibus euenit iste casus, fuerunt varij, quibusdam videbatur quod prepositus esset maior, quia in sedēdo tenebat primum locum, tam in choro, quam in capitulo, & quia in processione precedebat ipsum, finaliter tamen fuit conclusum per omnes dominos decanum prefatum fore maiorem, presertim propter iurisdictionem, & curam quā habet in eligentes, & omnes alios clericos, que magis arguunt maioritatem, quam illa que competebant preposito. hoc tenet decisio rote quadringentesimaquinquagesimasexta, in hoc tamē vt ibi subiungit col

60 lec. deci. † multum valet consuetudo, vt illa reputetur maior dignitas, que in prouincia communiter maior reputatur, iuxta notata per Innocentium de prebendis, de multa. & in capitulo primo. de consuetudine, libro sexto, per Archidiaconum, & Joannem andream in nouella. Et predicta bene notand. ex quibus cognoscitur maioritas dignitatum, quod facit ad regulam cancellarie, que reseruat dignitates maiores post pōtificales in ecclesijs cathedralibus.

61 ¶ † Sed quero iuxta predicta, an legatus possit facere reseruationem primi vacantis cum clausula, quod duxerit acceptandum. solutio. dicit Joan. and. in. c. si eū cui. de preben. lib. vj. in nouel. quod istud videtur dubium, quoniam per talem clausulam impedit ordinarius collator saltē ad tps successiue sup pluribus beneficijs, quod videtur contra mentē. d. c. presenti. Lap. Abb. dicit, quod hoc non est contra mentem illius. c. cum ibi in duabus reseruationibus

nibus legatus intenderet prouidere de duobus beneficijs. hic
autem agitur de reseruatione vnius beneficij tantum, licet cu3
facultate acceptandi nec agitur de potestate auferenda ei, ad
quem spectat collatio, nisi in vno beneficio. sed ibi prohibetur
in pluribus. Idem tenet Ioan. de lig. ⁊ pro hoc facit. c. ex par
te. lo. j. de offic. delega. vbi litere generales apte concludere
plura beneficia, si quo ad rem non includunt nisi vnum benefi-
cium, dicuntur speciales. cum ergo hec forma non grauet ordi
narium nisi in vno, videtur permissa in. d. ca. presenti. ⁊ hanc
partem sequitur etiam domi. in. d. c. si eum cui. ⁊ istam parte3
ego credo fore veram. nec ob. id quod inducebat Ioan. andr.
ꝙ ordinarius collator impeditur saltem ad tempus in libera
collatione vacantis beneficij, nam cum modicu3 sit tempus hu
ius impedimenti, non est habendum in consideratione. quia in
mora modici temporis non est preiudicium. ff. de iudi. si debito
ri, immo forte posset dici. ꝙ etiam durante illo mense dato ad
acceptandum in reseruatione legati antequam expectans ac
62 ceptet poterit ordinarius libere conferre. † de iur. enim rigo-
re data expectatiua cum beneficio acceptādi. decretum in ea
appositum non ligat ante acceptationem. que est euentus
conditionis, vt in capitulo quia cunctis. de conce. preben. li-
bro sexto postea tamen ex quadam equitate fuit inductum.
vt si apponeretur mensis ad acceptationem faciendam, illo du
rante decretum ligaret. vt in cle. cum ei quem. §. secus. de
conces. prebend. ⁊ illud fuit ius nouum exorbitans a iure anti-
quo. ⁊ ita tenuerunt ibi Lau. ⁊ Gui. quos sequuntur do. car. ⁊
Ioan. de Imol. cum ergo ille tex. tantu3 loquatur in papa pre
figente mensem acceptationi, non habebit locum in legato. ne
ius exorbitans extendatur. hoc tamen vltimum non affirmo,
sed cogitandum relinquo.
63 ¶ † Sed quero an decretum legati positum in huiusmodi re-
seruationibus vel alijs dispositionibus afficiat ignorantem. ar
chidia. in. c. si apostolice. de preben. lib. vi. recitat opi. compo
ste. not. de rescrip. ad audientiā. ad fi. ver. Item queritur, vbi
tenet ꝙ decretum eius interpositum super beneficio vacante
64 vel vacaturo non ligat ignorantes. ⁊ est ratio. † q2 alius a pa-
pa etiam legatus de latere non potest supra vel contra ius di-
sponere. de fili. presby. c. penultimo ⁊ vltimo. sed istud est ta-
le, scilicet quod ignorans ligetur decreto. ff. de decre. ab or. fa.
l. fi. ergo legatus hoc non poterit. facit clemen. prima. ⁊. ij. de
elect. ⁊ quod no. lxxxij. di. proposuisti. ad fi. ⁊. xij. questione se-
65 cunda de laicis. In contrarium facit † quia legatus potest sue
collationi reseruare inhibere ⁊ decernere, vt in. d. c. si ad apo-
stolice. ⁊ in. d. c. presenti. ergo eius decretum ligat ignorantes.
⁊ hanc partem tenent Innocen. ⁊ Hostien. in. c. cum dilectus
de inrepatronatus, ⁊ Hostien. in summa. titulo de preben. §. a
quo ad fi. versic. quid si legatus. ⁊ pro hoc videtur text. expres
sus. in dicto capitulo cum dilectus. ⁊ dicto capit. quia cunctis
§. addijciebatur. ⁊. §. ex parte. sed Archidiaco. in dicto capit.
si apostolice qui sentit opi. contrariam respondet ad iura con
traria. ⁊ dicit ꝙ in dicto capitulo cum dilectus. fuit notifica-
tio facta ordinario collatori capitu. quia cunctis. loquitur in
66 decreto pape. † vnde hodie legati in suis literis ponunt illa
verba. scienter vel ignoranter sicut papa. secundum Ioannem
andream, zen. tenet opi. composte. quia de solo decreto pape
reperitur expressu3 ꝙ liget ignorantes Ioan. de lig. tenet opi.
Innocen. ⁊ Hostien. dicens ꝙ hoc non est contra ius. nam li-
gare ignorantem quo ad penam hoc est contra ius. nec etiam
quo ad hunc effectum decretum pape ligat ignorantes. sed li-
gare quo ad annulationem actus contra facti. hoc non est con
tra ius. Lapus abbas in capitu. statutum. de preben. lib. sex-
67 to tenuit opi. contrariam. ⁊ idem Pau. in dicto capit. j. † Ex
his omnibus remanet vna communis cōclusio ⁊ indubitata ꝙ
decretum legati annullat quicquid in contrarium fit; per scien
tem. sed quando per ignorantem. est maximus opi. concursus.
nam compo. zen. ⁊ Pau. ⁊ Archidiaco. tenent ꝙ non liget.
Innocen. Hostien. Ioan. de lig. tenent contrarium. Ioannes
andreas non clare eligit. sed domi. in dicto capitulo si aposto
lice. sequitur istam secundam partem ⁊ inducit tex. in dicto ca
pitulo cum dilectus vbi dicit esse expressum. nec ob. si dicas ꝙ
ibi decretum fuit insinuatum. papa enim non se refert ibi ad in
sinuationem, sed ad decretum. ego tamen crederem opi. com-
poste. ⁊ sequacium fore de iure veriorem. per fundamenta su-
perius pro hac parte inducta. nec est verum ꝙ illa annullatio
non sit pena. quia immo est. cum per tale decretum liget. ⁊ ma
nus ordinarij collatoris ⁊ auferatur ab eo potestas conferen-
68 di que sibi competebat. Ad predicta etiam facit. † nam ratio
quare decretum afficit ignorantes est, quia habet vim senten-
tie late cum cause cognitione. vnde sicut illa ligat ignorante3,
sic ⁊ decretum. nec ob. si dicas decretum ponitur in gratia, vel
reseruatione non adhibita cause cognitione. ergo nō debet ha
69 bere vim sententie. † Nam respondetur ꝙ princeps apponen
do decretum videtur velle ꝙ habeat vim sententie late cum
cause cognitione. hoc tenet Innocen. in capi. j. de conces. pre-
ben. lib. vj. ⁊ in hoc bene dicit. postea tamen male dicit in eo ꝙ
subiungit idem in quocunq3 inferiore. ⁊ reprehendit eum Ho-
70 stien. ibi. ⁊ Ioan. andr. in noue. † quoniam inferior non habet
hanc potestatem, vt non sententiam, faciat obtinere vim sentē
tie. Et ille tex. in. d. c. cum dilectus. vbi domi. facit totum suu3
fundamentu3 non probat id ad quod inducitur. nam ex illo mi
nime probatur ꝙ decretum irritans fuisset appositum in hu-
iusmodi reseruatione. Et ideo consulo ꝙ is in cuius fauorem
emanat huiusmodi reseruatio quāprimum poterit eam faciat
intimari ordinario collatori. ⁊ tunc demum quod in contrariū
fecerit ordinarius prefatus, non tenebit.
71 ¶ † Notandum tamen ꝙ per huiusmodi reseruationes lega-
torum nullum ius nec in re nec ad rem tribuitur ei in cuius fa-
uorem emanant. q2 hoc respectu vacaturorū legatus dare non
potest contra concilium generale. de preben. dilectus. lo secun
do. ⁊ ibi tenet Abbas siculus ⁊ in. d. c. cum dilectus.
72 ¶ † Ulterius quero quandiu duret reseruatio beneficij quam
facit legatus, respondeo durat interim quo legatus est, in offi-
cio, si tamen desit esse legatus antequam in vim reseruationis
esset processum ad collationem beneficij reseruati iam vacan-
tis, censetur reuocata reseruatio, vt in dicto capitulo presenti.
73 † ⁊ per illum textum relinquitur superflua illa questio, quam
mouit Specu. in titu. de lega. §. nunc tractemus. versicu. sed
ecce. qui querit si executor deputatus per legatum in reserua-
tione sua fulminauit processum. vel intimauit potestatē suā ⁊c.
an videatur per hoc sua iurisdictio perpetua. ⁊ quid si in lega-
tione alius sibi succedit. an quo ad successore3 duret prefata le
gatio. totum hoc tollitur per. d. cap. presenti. vbi requiritur ꝙ
sit processum ad collationem beneficij vacantis ad hoc, vt re-
seruatio non expiret. ⁊ ita tenet Io. an. ibi in addi.
74 ¶ † Sed an si conferat legatus canonicatu3 sub reseruatione
prebende vacture an illa reseruatio expiret iuxta formam. d.
c. presenti. ⁊ breuiter licet sint opi. tamē veritas est ꝙ expirat.
nec ex tali collatione canonicatus facta per legatum, afficitur
prebenda. quia non reperitur hoc in iure. sicut nec afficeretur
si fuisset facta per ordinarium. vt no. glo. in. d. c. si soli. de con-
ces. preben. lib. vi. Item ad hoc facit dicta decre. presenti. que
omnes actus affectiuos prebende excludit, si ad collationem
prebende vacantis non sit processum. ⁊ ita tenent ibi Ioan. de
fantu. ⁊ Domi.
75 ¶ † Sed an huiusmodi reseruatio expiret per reuocationē le
gati, est dicere an legatus possit reuocare reseruatione3 per se
factam ad hoc dicit glo. in. d. c. presenti. ꝙ potest eam reuoca
re. sed contra hoc facit questio quam disputauit Stephanus
prouincialis. qui querebat. si metropolitanus dedit executore3
qui conferret Titio beneficium ad se deuolutum, si esset ido-
neus, ⁊ cū executor inchoasset, metropolitanus dedit illud sciē
ter Seio. quis sit potior in beneficio. ⁊ ibi arguit pro ⁊ contra.
finaliter concludit ꝙ contra factum proprium non est licitum
venire. de cle. coniu. diuersis. nec dicitur res integra, ex quo
executor literas recepit. de rescriptis. capitulu3. de conce. pre
ben. si capitulo lib. vj. sed Ioan. andr. ibi in noue. dicit ꝙ ista
questio non est proprie contra gloss. que loquitur de vacatura.
Pet. de ancha. dicit ꝙ si ille pro quo emanauit mandatu3 cō
sensit processui, non potest reuocari. alias sic. nec ob. de prebē.
si tibi absenti. li. vj. q2 loquitur in collatione ordinarij. facit qđ
no. de preben. cum non ignores. Io. de Imo. dicit veritatē hu
ius materie colligi ex no. in. c. in causis. de elec. ⁊ de cōce. pre-
ben. constitutus. q2 si fuit concessa illa facultas executori ani-
mo donandi sibi illam ptātem. sicut fit multotiens, q2 prelati ꝓ
magno dono concedunt facultatem conferendi beneficium va
cans. licet hoc non possint de vacaturo, tunc procedit opinio
Stepha. vt non possit reuocari. secus si fuit concessa potestas
76 fauore ecclesie secundum eu3. ¶ † Sed pone ad declarationē

predictorum q legatus reseruauit collationem siue beneficium pertinens ad collationem alicuius, ꝛ dedit executores, qui fecerunt processum. deinde vacauit beneficium spectans ad illius collationem. legatus contulit alteri. executores vero contulerunt illi, pro quo erat reseruatum, quis erit potior? Lapus abbas dicit q Joan. andr. consultus ab eo respondit sibi illuz fore potiorem, pro quo reseruatio erat facta. nam si pendente reseruatione legatus non potest aliam facere, multo minus poterit collationem facere. sed contra istud dictum facit gloss. dicto capitulo presenti. concludit tamen Lapus, q licet legatus possit ex causa reuocare reseruationem, antequam beneficium vacet, non tamen poterit postea. maxime re non integra ꝛ alteri conferendo etiam sine causa. Joan. de fan. dicit q non videt, quare legatus non possit reuocare reseruationem per se factam, quantumcunq res non sit integra, dum tamen ad collationem alias non sit processum. nec obstat si dicatur q res non est integra, ex quo aliqui processus sunt facti, quia licet impediat reuocationem tacitam, que fieret per mortem legati, nō tamen impedit expressam secundum eum. Joannes andreas in addi. Specula. eodem titulo. §. nunc tractemus circa prin. versicu. Item legatus. tenet q reseruatio potest reuocari. sed prouisio non, sed domi. dicit q possunt opinio. reduci ad concor. q aut legatus confert ignorans primam reseruationem vel non facta mentione de illa. ꝛ procedat opinio Lapi. quia non est verisimile q voluit illam reuocare in dubio, non facta mentione de illa. argu. de re. iudi. cum olim, aut facit scienter, quia exprimit non obstat tali reseruatione, ꝛ tunc procedat opinio Joannis de fantu. quia videtur reseruationem reuocare, quod potest, ꝛ idem tenuit Joannes calde. in dicto capitulo cum dilectus. de iurepatronatus ꝛ Abbas siculus. in capitulo cum olim de re. iudi. ꝛ hanc partem ego crederem fore veram. cum vna limitatione ad id quod dicitur q si non facta mentione de prima reseruatione contulit beneficium reseruatum alteri, non teneat prefata collatio. quia presumitur circunuentus. vt in dicto capitulo cum olim. hoc enim non procederet si non diu ante fecerat hanc reseruationem. nam in facto proprio non presumitur ignorantia. de rescrip. capi. ab excommunicato nec obliuio si est de recenti. de sententia excommunicationis cum illorum. ꝛ pro hac conclusione probanda facio talem considerationem. ista enim reseruatio non impeditur reuocari propter executorem, quia illi nullum ius ex tali facultate confertur, cum vtilitas veniat deriuanda in tertium. ꝛ presertim vbi de beneficio vacaturo fieret reseruatio. Idem si

77 de vacante. † cum ordinarius possit reuocare iurisdictionem quam alicui dedit. siue res sit integra siue non, vt in lege iudicium soluitur. ff. de iudi. rursus nec impeditur reuocatio propter illum in cuius fauorem emanauit quando est de vacaturo. quia ad vacaturum beneficium nullum ius poterit penitus legatus dare. vt in dicto capitulo dilectus. lo. secundo de preben. ex quo infertur q expresse ꝛ etiam tacite potest legatus reuocare reseruationem quam fecit de beneficio vacaturo.

78 † quid tamen si finita prima reseruatione legatus facit secundam. an debeat facere mentionez de prima? Joan. mo. in dicto capitulo presenti in addi. arguit q sic. ad quod inducit capitulū finale eodem titulo iuncto capitulo mandatum. cuz capitu. sequen. desertis. nam quod seruat papa seruare debet legatus in concessionibus beneficiorum. de rescrip. super literis in fi. ꝛ licet legatus habeat ordinariam ꝛ latissimam, quia tamen missus est debet seruare formam mittentis. tamen dicit q non est necesse q dicat non obstat sicut dicit papa. sed satis est q dicat. etiam si pro alio reseruationem fecimus que non pendet.

79 Predicta vera dicit in vacatura. † si enim vacantem confert, non est necesse aliquam facere mentionem. secundum Joannē andream ibi in noue. Joan. de fantu. dicit q si prima fuit reuocata antequam esset sortita effectum non est necesse de ea fieri mentionem. non ob. capitu. mandatum. ꝛ alia iura in contrarium inducta. quia disponunt mentionem fieri debere de his que sunt valida. vbi tamen prima reseruatio fuisset sortita effectum, necesse est de ea fieri mentionem per dictū capitulū mandatum, quia non est verisimile legatum voluisse grauare ordinarium duplici reseruatione. ꝛ ista opinio placet domi. nisi reseruatio fuisset facta motu proprio per legatum. nam in ea non posset notari surreptio per dictū capitulū si motu proprio. sed

80 hoc non credo verum. † nam motus proprius licet tollat surreptionem, non tamen operatur contra intentionem concedentis. iuxta gloss. in clemen. per literas. ꝛ in clemē. si Romanus. de preben. ꝛ per Joannem andream in dicto capitulo si motu proprio. In presenti autem articulo non est verisimile fuisse de mente concedentis grauare ordinarium in duplici collatione vt prediximus. predicta ego intelligo vera, vbi ageretur de vacatura. si tamen legatus conferret vacantem teneo opinio. Joannis andree de qua supra. naz in hoc casu cessat odium, quod est in reseruatione.

81 ¶ † Sed cum possint esse spectantes auctoritate pape, ꝛ auctoritate legati respectu vacaturarum, prout late in superioribus diximus. Queritur qui preferantur. hoc est hodie clare decisum per capitulum his, qui de preben. libro sexto. vbi disponitur, q illi qui expectant auctoritate apostolica preferuntur. nisi legatus non ex officio legationis, sed ex facultate sibi data a sede apostolica hoc fecisset. nam tunc auctoritate pape fecisse videretur, vt dicit ibi text. ꝛ in capitulo si apostolice eodem titulo ꝛ lib. additur idem esse si reseruationem legati papa confirmasset, quia omnia nostra facimus quibus auctoritatem impartimur. C. de vete. iur. enu. l. j.

82 ¶ † Et vlterius q̄ro an legatus ꝛ presertim de latere possit ad inuicem vnire ecclesias sue legationis, vel vnam alteri subijcere, sicut episcopus potest. vt in capitulo sicut vnire. de excep. prela. questio ista est satis difficilis. Hostien. in capitulo finali de confirma. vti. vel inuti. sentit q non, ꝛ ad hoc induxit text. ibi. Innocen. posuit duas opiniones. Prima, q possit in preiudicium ecclesie vnire, licet non in preiudicium diocesani. ponit secundam opinionem que sibi plus placet, vt nullo modo possit legatus vnire. per illum textum nam si valuisset illa concessio de qua in text. illo, verba concessionis importabant plenam exemptionem, quia contulit legatus ille in spiritualibus ꝛ temporalibus. Specu. titu. de lega. §. nunc ostendenduz versiculo quinto tenet sub dubio forte legatum posse vnire duas ecclesias, dummodo preiudicium ex hoc non inferatur ordinario dioce. sed Joannes andreas ibi in addi. hoc tenet sine dubio forte. dicens legatum posse vnire beneficium spectans ad collationem episcopi. etiam mense episcopi seu ecclesie Cathedralis. ꝛ hanc opinionem sequuti sunt domi. de ro. decisione. lxj. ꝛ decisio. cxxi. ꝛ ad textum in dicto capitulo finali dicunt q ibi fuit vnio facta exemptis, ꝛ sic magnum preiudicium inferebatur ordinario loci. secus vbi vnio fieret ecclesie subiecte, ꝛ pro hac opinio. multum facit illud vulgare dictum Specu. sepius repetitum in hac materia. in titulo de lega. §. nunc ostendendum. vbi dicit legatum in sua legatione concurrere cum quolibet ordinario siue sit Archiepiscopus siue Episcopus siue alius inferior. ita q quicquid isti possunt, siue de iure siue de consuetudine poterit legatus. † sed Federi. de senis consi-

83 lio. cxcv. videtur concludere q nulla vel modica est potestas legati de latere in mutatione siue alteratione status ecclesiarum. non enim secundum eum potest vnire vnam ecclesiam alteri in perpetuum preiudicium iuris ordinarij. vt in dicto capitulo finali. si enim valeret vnio priuaretur ordinarius in perpetuum iure conferendi illam ecclesiam, † nec etiam potest secun-

84 dum eum ecclesiam secularem facere religiosam. iuxta formaz capituli ad audientiam. lo. secundo de ecclesia. edifi. nec obst. secundum eum, q episcopus hoc potest. non enim sequitur ergo ꝛ legatus. nam episcopus alienat rem ecclesie tamen cum consensu capituli, quod non potest facere legatus secundum eum. argumē. duodecima questione secunda sine exceptione. nec episcopus potest alienationem facere cum auctoritate legati sine consensu capituli sui. per capituluz pastoralis. de his que fi. a prela. do. Car. tz q sine preiudicio ordinarij legatus vnire possit. ꝛ dicit se vidisse consilium collegij papieñ. illud cōclusisse. do. an. in dic. c. fin. simpliciter transit recitando alios. ꝛ vltimo transit cum secunda opinio. Innocen. Abbas sicu. distinguit quod aut est legatus non de latere, ꝛ non poterit. cum enim non possit conferre beneficia. vt in capitulo primo de offi. lega. libro sexto nec vnire poterit, cum maius preiudicium irrogetur episcopo ex vnione, quam ex collatione. si vero est legatus cardinalis ꝛ ecclesias collegiatas vnire vel subijcere non poterit, per capitulū pe. de offi. lega. libro sexto vbi generaliter interdicitur sibi potestas conferendi vel aliter dispo-

85 nendi de dictis ecclesijs. aut sunt ecclesie nō collegiate, † ꝛ tūc attento q legatus habet collationem beneficiorum non ex iure legationis,

re legationis, quia ad hoc non se extendit legatio. sed in quandam prerogatiuam ex speciali priuilegio, vt dicit tex. in dicto capitulo primo hec potestas tanquam extraordinaria, & super inducta debet restringi. vt voluit gloss. in clemen. secunda de officio ordina. licet ergo posset conferre, non poterit vnire propter perpetuum preiudicium quod infertur diocesano in eo quod aufertur sibi collatio in perpetuum. postea tamen inclinat in partem contrariam, quia tex. in dicto capitulo finali non impugnat vnionem, sed dicit quod per eam non preiudicetur ordinarij
86 iuribus. ad hoc etiam facit, † quia interdum vnio fit in fauorem ecclesiarum vnde est necessaria decima questione tertia. vnio. & in cle. ne in agro. §. ad hec de sta. regu. cum ergo legatus habeat ordinariam iurisdictionem in loco, poterit prouidere necessitatibus & vtilitatibus ecclesiarum, & ista pars secundum eum est verior de iure, licet alia sit equior, & quod possit vnire sequitur ipse in capitulo sicut vnire. de excep. prela. in tantum quod secundum eum etiam mense episcopali vel mense capituli ecclesie
87 Cathedralis vnire poterit. † ex quo habes limitationem ad clemen. si vna. de re. ecclesia. nam in legato cessat ratio illius clemen. & idem tenuerunt Domi. de ro. decisio. cxxi. ego in ecclesijs non Cathedralibus collegiatis vel regularibus tenerem illam partem quod legatus possit illas vnire. per fundamenta pro hac parte inducta, que etiam concludunt in legato, qui non est de latere. & si obijciatur, quod qui non est de latere, non potest beneficia conferre vt in dicto capitulo primo, dico quod hoc non concludit. per ea que no. per doct. in capitulo sicut vnire. de exce. prela. signanter per Abbatem sicu. & per domi. in capitulo si tibi absenti de preben. libro sexto sufficit enim ad hoc, quia legatus habet iurisdictionem ordinariam episcopalem, & concurrit cum quolibet ordinario, vt in superioribus diximus. ratione cuius hoc expeditur vt in dicto capitulo sicut vnire. nec est neces
88 se quod habeat facultatem conferendi beneficia. † si vero ecclesia est Cathedralis aut regularis siue collegiata legatus non poterit eam vnire vt voluit Fede. in all. consilio. cuius ratio est quia nedum prefatas ecclesias legatus non potest conferre, immo nec de eis quouismodo disponere. vt in dicto capitulo deliberatione. restat respondere ad dictum capitulum fin. de confir. vti. vel inuti. quod est fundamentum omnium contrarium tenentium, & stat responsio. quia ibi non dicitur, quod vnio facta per legatum non teneat, sed quod per eam non preiudicatur ordinario in iuribus suis. nec enim ibi vertebatur in dubium de validitate vnionis, cum auctoritate pape fuisset confirmata, sed de effectu eiusdem quo ad preiudicandum iuribus ordinarij, tantum dubitabatur. & si obijcias vlterius, preiudicatur ordinario quo ad collationem. respondeo hoc esse ex natura vnionis, alias autem desineret esse vnio. satis autem est quod in alio iura sua remanent illesa & ex hoc dicitur releuatus a preiudicio. vt in capitu
89 lo secundo de religi. domi. † nec etiam est nouum quod iure suo quis priuetur etiam sine culpa dummodo subsit causa. prout in capitulo renouantes. xxij. di. de quo est ibi gloss. no. & in c. ij. de consti. & in. c. antiqua de priuile.
90 ¶ † Ex predictis infertur ad questionem, an in huiusmodi ecclesijs poterit legatus quo ad illas interponere auctoritatem in permutationibus, que de illis fiunt. & dicendum quod non per predicta, quia tex. in dicto capitulo prohibet omnem dispositionem & hoc tenet Fede. in dicto consilio. in alijs autem beneficijs secus erit dicendum, cum habeat iurisdictionem ordinariam concurrentem cum quolibet ordinario in prouincia sibi decreta, vt dicit Fede. consilio. lxxiij.
91 ¶ † Sed pone quod ecclesia est collegiata habitu tantum, sed non actu, nunquid legatus poterit de ea se intromittere. solutio Lap. abba. dicit quod videtur quod sic. puta si omnes de collegio sunt mortui. ad hoc. xvi. questione. vij. & hoc diximus, in contrarium facit quod not. Joan. & Archidia. in dicto capitulo & hoc diximus. & Innocen. in dicto capitulo secundo de no. operis nuntiatione, & gloss. capitulo statutum. de electio. libro sexto, & hanc vltimam partem tenet Lapus in dicto capitulo deliberatione. istud tamen dictum Lapi limita. nisi auctoritate superioris desierit esse collegiata. nam eo casu nullum vestigium nec spes collegij remanet iuxta no. per Innocen. in dicto capi
92 tulo secundo de noui operis nuntiatione. † Infertur etiam ex predictis, quod legatus non poterit alterare statum huiusmodi ecclesiarum, de quibus in dicto capitulo deliberatione. in principio. Itaque non poterit aliquam ecclesiam ex predictis de seculari efficere regularem, iuxta capitulum ad audientiam lo. ij. de ecclesi. edi. & ita tenuit Federi. de senis in dicto consilio.
93 cxcv. † nec etiam poterit aliquam dignitatem supprimere aut extinguere in ecclesia ad tempus vel in perpetuum. cum hoc sit solius pape. de consti. cum accessissent & ibi no. & xxij. distinc. omnes, ex causa tamen poterit ad aliquod tempus fructus dignitatum vel beneficiorum vacantium applicare episcopo vel fabrice ecclesie, prout ordinarius potest. vt not. per gloss. & docto. in capitulo vnico. vt ecclesia benefi. in fin. & in capitulo si propter tua debita desertis libro sexto & hoc tenet Specu. tit. de lega. §. nunc tractemus. ver. penul.
94 ¶ † Quero quam potestatem habeat legatus circa confirmationes electionum. dicendum quod si est de latere & intra prouinciam, poterit confirmare electiones archiepiscoporum & episcoporum, & aliorum inferiorum exemptorum, vt in capitulo si abbatem. de electio. libro sexto. & pondera tex. ibi intra prouinciam, si enim exiuisset ex toto prouinciam, non posset has confirmationes facere. vt in illo tex. a contrario sensu. si tamen esset intra terminos legationis, etiam si esset extra prouinciam, vbi est ecclesia, in qua fuit facta electio, bene posset confirmare per capitulum nouit. de offi. lega. Ita tenet gloss. in dicto capitu
95 lo si abbatem. † hodie tamen cum ecclesie Cathedrales & metropolitane ac collegiate, & etiam monasteria virorum que excedunt certam summam sint reseruata per regulas cancellarie, non se posset legatus de illis intromittere. per ea que supradiximus de reseruatis, nisi specialem facultatem desuper haberet.
96 ¶ † Superest nunc querere de facultate legati circa recipiendam resignationem beneficiorum. & quod per se possit eam recipere non est dubitatio, cum pertineat ad ordinarium. vt in capitulo admonet. & capitulo quod in dubijs. de renuntia. & intelligo de ordinario qui potest inuitum destituere, vt not. Innocen. in dicto capitulo quod in dubijs, & gloss. in clemen. vnica. de renuntia. cuiusmodi est legatus, quia concurrit cum quolibet or-
97 dinario vt sepius est dictum. † sed dubium est an possit committere alicui facultatem recipiendi resignationes beneficiorum, & Archidia. in dicto capitulo deliberatione. §. prohibemus. tenet quod non per illum tex. sed Joan. andr. in noue. dicit quod contra Archidia. facit ille text. qui non vitiat commissionem, sed concessionem, nec istud est inconueniens, quia renuntiatio potest esse sine collatione. & in renuntiando nullum est peccatum. tamen pro & contra facit de tempore. ordi. literas in fi. ipse tamen tenet opinio. Archidia. & ad illum textum in dec. §. prohibemus. respondet quod si illud verbum concessionem intelligeretur. i. collationem. facere pro opi. contraria. sed potest intelligi pro concessione huius potestatis, scilicet receptionis renuntiationis, & collationis faciende. & sic debet intelligi. & tunc facit pro Archidia. & idem tenet ibi Paul. cum quibus recitando solummodo transit domi. licet tamen ista videatur opinio communis, ego tamen dubito an sit vera. primo quoniam dictus. §. prohibemus, non ponit istos duos articulos de receptione resignationis & collatione fienda fuisse commissos per legatum distincte, immo presupponit coniuncte. inquantum dicit quod legatus non poterit committere quod recepta resignatione ab hijs qui eam facere voluerint, possit conferre. Itaque sub vno constructo ponit ista, & illud de receptione resignationis venit qualifi-
98 catiue ad commissionem de conferendo. † quo casu ista separatio fieri non potest per nota. de confessione qualificata per Barto. in. l. Aurelius. §. idem quesijt. ff. de libe. lega. & per bal. in. l. vnica. C. de confe. & per gloss. & Bald. in. l. secunda. C. de donatio. ante nupt. Item quia in sola commissione receptionis resignationis cessat ratio illius tex. que est, ne detur via ad vacatura conferenda, cum talis potestas conferendi in commissione non fuisset data. c. literas. preal. non facit ad propositum. & hanc conclusionem, scilicet quod disiunctim ista possint committi per legatum. primo committendo facultatem recipiendi resignationem, & ea recepta facultatem conferendi, tenent domi. de Ro. deci. cccc.
99 ¶ † Sed quid si legatus committit renunciationem recipiendam & collationem faciendam de beneficijs ex causa permutationis, an valeat. solutio. Lapus abbas in dict. §. prohibemus tenet quod sic, & est ratio, quia illa non est proprie collatio, cum non sit liberalis saltim in cui dando. vt in clemen. prima de rerum permuta. idem tenet Federi. de senis. in dicto consilio. cxcv. Idem domi. in dicto. §. & pro ea parte inducitur, quia cessat ratio illius tex. scilicet de iure ad vacaturas contra concilium.

SVMMARIVM

1 Legatus an concilium congregare possit.
Concilia presente legato pape celebrata inueniuntur.
2 Papa priuilegium congregandi concilium sibi reseruauit.
3 Legatus si iure legationis concilium prouinciale facit, qui ad illud vocari debentur.
Capitula ecclesiarum cathedralium an ad concilium prouinciale vocanda sint.
4 Episcopi ꝙ veniant ad concilium compelluntur.
5 Abbates episcopo subiecti an ad conciliuz prouinciale venire teneantur.
6 Episcopi, ⁊ alij habentes episcopalia insignia cum eis in concilio, vel sinodo interesse debent.
Archiepiscopus in concilio etiam palium habere dz.
7 Episcopi de consuetudine in presentia legati mitris tantum albis absq; alio ornamento vtuntur.
8 Episcopi semel ad concilium citandi sunt.
Citatio vnica in actu extraiudiciali sufficit.
9 Legatus an statuta in concilio facere possit
10 Consentire videtur, qui vocatus, vt contradicat, tacet.
11 Statuendi facultas ad iurisdictionis limites extenditur.
12 Statuta infra tempus arbitrarium ignorantes ligant.
13 Legatus contra ius commune statuere non potest.
Legatus iuri communi penam addere potest, vide infra sub nume. seq.
14 Legatus per statutum suum facere potest, ꝙ casus dispensandi, qui pape reseruati non sunt, sedi apostolice reseruati sint.
15 Legatus ex iusta causa statutum in subditorum preiudiciuz facere potest.
16 Legatus statuendo statuta legatorum predictorum reuocare potest.
17 Capitulum vacante sede statuta reuocare potest, sicut episcopus.
18 Legatus statuta, ⁊ consuetudines ecclesie vtilia reuocare non debet.
19 Legatus statuendo an contra priuilegia per sedem apostolicaz concessa disponere possit.
20 Legatus non potest derogare numero canonicorum in ecclesia per sedem apostolicam statuto.
21 Legatus an statuta interpretari possit.
22 Capitulum prouinciale de omnibus causis ciuilibus prouincie cognoscere potest.
23 Vocati ad concilium pro negotijs in vocatione nominatis in alijs ius reuocandi domum habent, ⁊ infra nu. 25.
24 Citatio, que fit in causa criminali, omnia, de quibus accusatus impetitur, continere debet, aliter non vz.
26 Concilium prouinciale de causis episcoporuz criminalibus cognoscere, sed non decidere potest.
Accusatio episcopi quando tractatur, quot episcopi interesse debeant.
27 Concilium prouinciale licet episcopus deponere non possit, pronuntiare tamen deponendum potest.
28 Episcopi qui in concilio cuz archiepiscopo ⁊ legato conueniūt, an cum eo ordinarij sint.
29 Concilium prouinciale vt suspectum recusari potest.
30 Concilium generale vt suspectum recusari non potest.
Princeps in causa propria vt suspectus recusari non potest.
31 Sententie, vel mandata, vel ordinationes quomodo in concilio formari debeant.

¶ Questio decima.

1 
Ecimo quero † an legatus possit congregare concilium. Spec. mouet
hanc questionem in titu. de lega. §. superest ver.
sed nunquid legatus, arguit primo, ꝙ etiam generale concilium possit congregare, vt. iij. di. §. porro. xvij. di.
regula. multa enim concilia presente legato pape celebrata inueniuntur. sine presentia domini pape. xvij. di. c. sexta. lviij. di.
c. ij. j. questio. vij. conuenientibus, sed Hugu. ⁊ Lau. ⁊ gloss.
in dicto. §. porro tenent contrarium, nisi haberet speciale mandatum ad hoc, ⁊ secundum hoc intelligunt iura iuuantia legatum posse congregare concilium. ex commissione enim sibi facta potest congregare concilium generale. si de generali fuerit
2 sibi mandatum, ⁊ particulare si de particulari. † priuilegium
enim de concilio congregando sibi Romanus pontifex specialiter reseruauit. ij. q. vj. ideo ⁊ propterea in generali legatione
non transit. ff. de offi. eius cui man. est iuris. l. j. ⁊. l. fina. arg. de
elec. ꝙ sicut in fi. sed in contrarium inducit, quia metropolitanus ⁊ primas suo iure faciunt prouincialia concilia. xviij. di. si
quis episcoporum ⁊ de accusat. sicut olim. ⁊ episcopus facit sinodum suaz. xviij. di. non oportet. xxxviij. di. quando. xij. q. ij.
placuit. ⁊. c. episcopus. non ergo omnibus istis inferior erit legatus Roma. eccle. quo ad hoc. Immo poterit conciliuz prouinciale facere ⁊ particulare cum episcopis sue prouincie. nec
obst. c. ideo in contrarium allegatum, qui loquitur in concilio
generali quod habet fieri vocatis episcopis diuersarum prouinciarum. ⁊ idem tenet Archidiaco. in dicto. §. porro. propter concursum quem habet cum quolibet ordinario vt prediximus.
3 ¶ † Sed quero si iure sue legationis facit concilium prouin
ciale, qui debent vocari ad illud. respondeo ꝙ vt apparet ex
dictis superius per Specu. debet vocare sue prouincie episcopos. Et idem tenet Innocen. in. c. graue. de preben. quem sequuntur communiter docto. de capitulis autem ecclesiarum
Chatedralium dubitatur Innocen. tandem videtur ibi concludere quod nisi specialiter eorum intersit non sunt vocanda.
sed Abbas siculus contrarium dicit per. c. fi. de hijs que fi.
a prela. ⁊ licet ille tex. multum videatur facere pro eo. ego tamen tenerem opi. Innocen. Nam iura que de hac vocatione
loquuntur tantum de episcopis faciunt mentionem. vt in. c.
quoniam quidem ⁊ capi. si episcopus. ⁊. c. placuit. ⁊. c. si quis
episcoporum. xviij. di. ad idem tex. apertus in dic. c. sicut oliz.
ibi cum suffraganeis suis. Item quia iura que de diffinitionibus conciliorum prouincialium loquuntur tantum de episcopis faciunt mentionem, vt patet. ij. q. vj. placuit. ⁊. c. si episcopus. xj. q. iij. si episcopus forte. cum quatuor. c. sequen. vj. q.
iij. scitote. xviij. di. c. j. ⁊. ij. ad illud. c. fi. de hijs que fi. a prel.
est responsio secundum Innocen. in dic. c. graue. ꝙ loquitur
de honestate. vel vbi agitur de eodem preiudicio. confirmatur ista solutio quatenus, dicit de honestate per hoc ꝙ tex. ibi
dicit debeant imitari. quod sonat in quandam vrbanitatem,
4 non autem dicit compelli. † episcopi autem nedum inuitantur, sed compelluntur per penas ⁊ censuras, ꝙ veniant tanquam pars concilij. vt in dictis. c. quoniam quidem. ⁊ si epi-
5 scopus. ⁊ placuit. ⁊ si quis episcoporum. † Sed quid de Abbatibus subiectis episcopo, an ad concilium prouinciale venire teneantur, ⁊ Goffredus in capitulo quod super hijs. de
maioritate ⁊ obedient. tenet quod non, quia episcopi inde
reuersi publicabunt eis, que ibi fuerint acta in suis episcopalibus concilijs decimaoctaua. di. capitulo finali de accusa. sicut olim. nec obstāt iura que dicunt omnes clericos venire debere ad concilium prouinciale, quia intelliguntur de clericis
habentibus causas decimaoctaua distinctione capitulo propter, ⁊ idem tenet ibi Hostien. ⁊ Joan. andre. vbi tamen inter
essent Abbates. si sunt priuilegiati in insignijs episcopalibus
habendis deberent habere mitras iuxta determinationem ca-
6 pitu. vt apostolice de priuilegijs lib. sexto. ex quo text. † colli
ge quod episcopi ⁊ alij habentes insignia episcopalia cum intersunt in concilio prouinciali, aut in sinodo episcopali. debent interesse cum insignijs episcopalibus. archiepiscopus et
cum interest concilio prouinciali vltra insignia episcopalia debet habere palium, ⁊ inde est quod antequam illud habeat nō
potest tale concilium congregare. vt in capitulo quod sicut. §.
7 preterea. de elect. † ex quadam tamen modestia que satis iustificatur ex dic. capitu. vt apostolice inoleuit consuetudo. ꝙ
in presentia legati episcopi vtantur mitris tantum albis absq;
alio ornamento. vt dicit Joan. andreas in noue. in dicto capitulo vt apostolice, ⁊ illud etiam seruatur in capella pape vbi
quando prelati interueniunt in pontificalibus, ipse habet mitram aurificatam. Cardinales vero albas de damasco. ceteri
vero prelati albas de lino tantum deferunt mitras, seruant etiā
episcopi ⁊ alij prelati hanc modestiam coram legato sedis apostolice, ꝙ non deferunt rochetum discoopertum ex toto coraz
eo, sed

eo, sed coopertum clamide vel mantello. quod no.
8 ¶ † Quero quotiens isti epi sint citandi ad concilium. dicas
ꝙ sufficit vnica citatio. ⁊ hoc qꝛ fit ad actum extraiudicialem.
ad quod allego glo. in. d. c. si episcopus. xviij. di. ⁊ in cle. i. de
here. ex quibus sumitur doctrina no. ꝙ ad actum extraiudicia
9 lem sufficit vnica citatio. ¶ † Ulterius q̄ro an legatus in hoc
concilio possit facere statuta. dōm ꝙ nedū in. c. prouinciali, sꝫ
ēt extra poterit statuta condere, que statuta erūt perpetua, ita
ꝙ durabunt ēt, postq̄ ille exierit prouinciā vt in. c. fi. de offi. le
ga. disponere autē habent ista statuta precipue circa excessus
corrigendos, mores reformandos vt in. d. c. sicut olim. ⁊ in. d.
c. qm̄ quidem. hac adhibita diligentia, vt si in eis aliquid tra-
ctet, ꝙ aliorū preiudiciū tangat, illi vocent̄ antequā ad statuen
dum procedat, ad quod text. cū glo. in. d. c. fi. de hijs, que fi. a
prela. ⁊ si est tale, qđ generaliter tangat laicos, ēt illi sunt vo-
candi. vt si ageretur de disponendo super matrimonijs, vel de
nonis ferijs inducendis in festorum obseruatione. vt in. c. j. de
ꝯse. di. iij. ⁊ in. c. fi. de feri. ⁊ glo. in. d. c. fi. de hijs, q̄ fi. a prela.
alias non pn̄t in aliorū preiudiciū statuere. si tn̄ vocati consenti
rent, vel presentes non ꝯdicerent, illud sufficeret. vt dixit Inn.
10 in. c. vestra. de loca. † qn̄ enim quis vocat̄, vt ꝯdicat si velit, ⁊
ipse tacet vr̄ consentire. vt voluit Inno. in. c. j. de hijs, que fi. a
maio. parte ca. ad quod facit. l. de etate. §. qui tacuit. ff. de inte.
actio. ⁊ c. cū, in positionibus. de iurei. li. vj. in fi. sed de quibus
poterit statuere. glo. in. d. §. porro. iij. di. dicit ꝙ de minoribus
non aūt de maioribus. tu dicas ꝙ de omnibus illis poterit sta-
11 tuere que sub iurisdictione sua cadunt. † nam regula est ꝙ ad
limites iurisdictionis, extendit̄ statuendi facultas vt no. Inno.
c. cum accessissent. de consti. ⁊ Bar. in. l. oēs populi. de insti.
12 ⁊ iur. † ⁊ si queras infra quantū tēpus ligabunt hmōi statuta.
dices ꝙ infra tp̄s arbitrariū ligant ignorantes. nec ob. antē. vt
facte no. consti. in prin. col. v. que dicit de duobus mensibus,
qꝛ obtinet in principe tantū. Ita no. Hosti. in summa tit. de cō
sti. §. qn̄ constitutio. ⁊ Bart. in. d. l. oēs populi. ⁊ dixi de igno-
rantibus, qꝛ scientes statim ligantur, iuxta glo. c. cum singula.
de preben. lib. vj. ⁊ c. hoc consultissimo de re. eccle. non alie.
13 eo. lib. ¶ † An aūt possit legatus statuere contra ius cōe. re-
spondeo ꝙ non. vt in. c. super hijs de maio. ⁊ obe. inferior eniꝫ
non pōt legem superioris tollere. ⁊ intellige, siue velit in totuꝫ
eā reuocare, siue in parte, siue eam limitare, aut aliqd addere,
vt in cle. ne romani. de elec. in prin. tn̄ poterit addere penā ad
ius cōe, vt dicit ibi glo. ⁊ pbat tex. in. c. vt animarū. §. statuto.
de consti. lib. vj. ex quo iustificat̄ id quod no. Hosti. ⁊ Io. an.
14 in. c. cū inhibitio de clande. despon. † vbi tenent ꝙ legatus po
test facere per statutū suum, ꝙ casus dispensandi, qui non sunt
reseruati pape sint sedi apostolice reseruati. qđ est valde no. ⁊
quod diximus de pena augenda. intellige, qn̄ cum pena mane-
ret salua iuris cōis dispositio. secus aūt esset si mutaretur vt in
dic. cle. ibi addere. ⁊ ex hoc infert ꝙ vbi actus de iure cōi est
validus, non poterit decerni nullus ex dispositione statuti. iux.
no. per Io. and. in addi. ad Spec. tit. de elec. de materia hac
vide latius per Io. an. in. c. fi. de offi. archipresby. ⁊ in. c. fi. de
15 appel. lib. vj. in noue. ¶ † Quero an ex iusta cā poterit statu-
tū facere in preiudiciū subditorū. ⁊ quidā putarent ꝙ non, cum
disponere in preiudicium alterius soli principi competat. iuxta
no. p Inno. de consti. que in ecclesiarum. ⁊ c. cum accessissent
sed tene ꝯrium. per tex. in. l. venditor. §. si constat. ff. coram pre-
dio. non ob. in ꝯrium inducta, qꝛ debent intelligi qn̄ per specia
lem dispositionē, vtpote per rescriptum, vel aliquid hmōi vel-
let inferior a principe in alterius preiudicium aliquid dispone-
16 re. vt no. Bar. in. l. antiocē sium. ff. de priuile. credi. ¶ † Sed
dubitari pōt an statuendo possit reuocare statuta aliorū lega-
torū precedentiū vel inferiorū. solutio ꝙ sic, qm̄ precedentes le
gati non potuerunt sequētibus legatis equali auctoritate fun-
cturis legē imponere, qm̄ par in parem non hꝫ imperiū. vt de
elec. innotuit. ⁊ multo minus inferior in superiorē. vt in. c. infe
17 rior sedes. xxi. d. ⁊ c. cū inferior. de maio. ⁊ obe. † facit in simi
li, qm̄ cū capitulū sede vacante succedat in epali iurisdictione,
sicut epūs posset statuta suorū predecessorū reuocare. ita ēt pote
rit capitulum sede vacante, ex quo equali ptāte quo ad iurisdi-
ctionem vtitur reuocare statuta episcopi. Ita not. Joan. and.
in. c. vnico. de maio. ⁊ obe. lib. vi. in noue. ⁊ Lapus ⁊ Domi.
18 ibi. ⁊ Joan. de Imol. in. d. cle. ne Romani. in prin. † consue-
tudines tamen vel statuta ecclesie honorabilia, siue vtilia, non
possunt nec debent reuocare per no. per Inno. in. c. accedenti
19 bus. de priuile. ¶ † Sed an possit statuendo vel alias dispone
re contra priuilegia per sedē apostolicam concessa, in hoc repe
riuntur glo. contrarie. nā glo. in. c. pro illorum de preben. tꝫ ꝙ
non potest. contrarium no. glo. in. c. si abbatem. de elec. li. vi.
dicas pro concordia, ꝙ aut legatus vult directe disponere cō-
tra priuilegium pape tollendo illud in toto vel in parte, ⁊ non
potest, ita procedit gl. in. d. c. pro illorum. aut vult hoc non ve
niendo directe contra priuilegium, sed in hijs que expresse ex
priuilegio permittuntur, ⁊ tūc pōt. ⁊ ita procedit glo. in di. c. si
Abbatē. vbi priuilegiū non prohibet precise abbatē transire,
sed ꝙ possit cum licentia. in contrario tamen precise prohibe-
tur nullum recipi in canonicum. Ita tꝫ domi. in dic. c. si Abba
tem. sed ista concordia in secunda sui parte licet habeat bonuꝫ
sensum, non tamen recte illud explicat, vnde tene simpliciter
glo. dic. c. per illorum. ⁊ ad glo. contrariam. dicas ꝙ ibi daba-
tur facultas expressa legato ex eo ꝙ comprehenditur sub no-
mine sedis apostolice. prout late no. in dic. c. si Abbatem. ⁊
20 diximus supra. † ⁊ ex hijs infertur, ꝙ si ex priuilegio apostoli-
co certus numerus canonicorū est in ecclesia statutus. non po-
21 terit legatus ei derogare, † ⁊ circa interpretationeꝫ statutorum
legati notandum est, ꝙ si de eis aliqua dubitatio oriatur, que
sit ita difficilis, vt merito debeat ad superiorem recurri. tunc si
durat legatio sua, ipse poterit interpretari. vt dicit glo. in. c. ex
parte. cl. iij. de verbo. signifi. qꝛ eius est interpretari, cuius est
condere. vt in. l. cum de nouo. C. de legi. ⁊. c. inter alia de sentē.
excom. c. cum venissent de iudi. c. ordinarij. de offi. ordi. lib. vi.
si tamen finita fuisset legatio, cum iam potestas eius desierit,
non poterit interpretari. vt dicit Ioā. and. in. d. c. ex parte. ad
quod faciunt no. in simili per Bar. in. l. oēs populi. ff. de insti.
⁊ iur. optimum tn̄ est ꝙ papa qn̄ interpretatur, requirat ab eo
qualiter intellexit constitutionem vt iuxta eius mentem, eam
interpretetur. vt fecit papa in. d. c. ex parte, aut dubium est le-
ue, ⁊ tunc iudex, coram quo vertitur causa, poterit interpreta-
ri. sicut dicimus in dubio legis, vel priuilegij, vt voluit Inno. in
22 c. cum speciali. de appel. ¶ † Subsequenter quero de iurisdi-
ctione capituli prouincialis, ad quod est dicendum, ꝙ cogno-
scere pōt de omnibus causis ciuilibus prouincie. nedum p ap-
pellationem, sed per simplicem querelam. vt in. c. j. de iudi. vn
de impetiti super premissis in prouinciali concilio respondere
tenentur, ac si citati essent. xviij. di. propter ecclesiasticas ⁊ c.
quoniam quidem, sed in criminali non tenentur respondere,
nisi ad hoc sint citati. ⁊ nisi in citatione sint exposita omnia su-
per quibus accusantur. ix. q. ij. c. vltimo. quod autem dictū est
de ciuilibus intelligunt quidaꝫ in prouinciali vel episcopali cō
cilio. sed in generali dicunt cuilibet competere ius reuocandi
23 domum. sed contra eos est ar. ij. q. vi. simacus. † hoc tamen te
neas indubitanter ꝙ si ad particulare vel generale concilium
pro aliquibus specialibus negotijs in vocatione nominatis vo
carentur, ꝙ in alijs, ⁊ in criminalibus causis, haberent vocati
ius reuocandi domum. hec fuerunt verba Innoc. in. c. graue.
24 de preben. † Ex quibus notanda sunt aliqua primo qualis de-
beat esse citatio que fit in causa criminali. debet enim contine-
re expresse omnia super quibus accusatus impetitur. alias non
est legitima, nec arctat ad comparendum. ad quod ego allego
25 glo. in. c. iudicas. iij. q. ix. ⁊ tex. in. c. si primates. v. q. ij. † Se-
cundo nota ex predictis quādo vocatus ad concilium. ⁊ ibi cō
uentus, habeat ius reuocandi domum. ⁊ hoc locum habet tam
in concilio generali q̄ in prouinciali. ⁊ circa id quod dicit In
nocen. ꝙ de causis criminalibus pōt concilium cognoscere.
26 † adde ꝙ de causis episcoporuꝫ etiā criminalibus poterit hoc
concilium cognoscere non tamen poterit eas diffinire. iij. qō.
viij. c. j. ⁊ q. vj. quāuis liceat. ⁊ c. dudum ⁊ c. multum stupeo.
⁊ c. accusatus. ⁊ quādo tractat̄ accusatio episcopi, in ipso tra-
ctatu necessarij sunt. xij. episcopi. vt in. d. c. i. iij. q. viij. ⁊ c. hec
quippe. iij. qō. vi. nec in hijs. xij. computatur archiepiscopus.
xv. q. vij. felix. ⁊ similiter nec legatus cum in eius potestate cō
currat. ⁊ predictus numerus est necessarius non solum in cri-
minali accusatione episcopi, sed ēt si ciuiliter de crimine agere
tur. vtpote si excipiatur contra ipsum, vt remoueatur ab epi-
scopatu. xxiij. di. illud. xxxiiij. di. quorundam. nam post talem
ammotionem vel repulsionem adeo remanet infamis, vt inel-
ligibilis sit. vt in. c. super eo. de elect. secus si pro contumacia
episcopus excommunicaretur, vel suspenderetur nam hoc so-
lus archiepiscopus vel legatus facere posset. Ita no. Innocē.
27 in. d. c. graue † lꝫ tamen conciliū prouinciale non possit depo-
nere epm̄, poterit tn̄ pronuntiare eū deponendū. iuxta gl. ij. q.
28 vj. biduum, † sed an isti epi, qui in prouinciali concilio conue-

niunt cum archiepo vel legato. sint ordinarij cum eo. Solutio fm Inno. vbi. s. q sic. ij. q. vj. placuit. & c. si episcopus accusatus. xi. q. iij. si eps forte. & quatuor. c. se. vi. q. iij. c. scitote. xviij. d. c. j. & ij. Idem tz Hosti. in. d. c. graue. & glo. & Archi. iij. q.
29 viij. in summa. † Sed an concilium istud prouinciale poterit vt suspectum recusari. Vinc. in. c. j. de iudi. tz q sic. quem sequuntur cōiter doct. ad idem glo. in. c. in singulis. de sta. re. & text. in cle. pastoralis. §. pisana. de re iudi. qd procedit, nedum si oēs de concilio sint suspecti, sed et si maiores, qui president principalius in concilio prouinciali, sunt suspecti, vt dixit Vincē. ad quod facit in ar. c. fin. de procu. sed qn non essent oēs suspecti. nec principaliores, tunc tota ptās concilij resideret penes habiles & non suspectos. ar. c. cum nobis olim. de elec. & c. cum super Abbatia. de offi. dele. & vbi ageret ad depositionem epi vel priuationem ab ecclesia. quo casu. xij. eporum numerus requirit vt prediximus, vbi propter suspitionem aliqui ex illo numero deessent, tunc fm Inno. vbi supra. metropolitanus vel legatus presidens concilio. alios loco ipsorum eligeret de ea prouincia, si fieri possit. alioquin de vicina. arg. lxv. d. c. si forte.
30 † concilium tn generale minime vt suspectum pōt recusari. pp pter interessentiam pape, cuius iudicium nullus euadere pōt. vt in. c. cuncta per mundum. & c. per principalem. & c. aliorū. ix. q. iij. nam & in causa sua princeps potest esse iudex. nec recusari valet vt suspectus. vt not. glos. in. c. si quis pecunia. lxxix. di. & in. c. consuetudo. xvi. q. v. & Inno. in. c. ex parte. de verb. signi. & legiste in. l. vnica. C. ne quis in sua cā ius si. di. per tex. in. l. proxime. de hijs. que in testa. delen. quanto magis poterit iudicare in aliena. nec remoueri a iudicando pp pter suspitionē.
31 ¶ † Sed que erit forma pronunciandi snias, vel mandata, aut alias ordinationes in prouinciali concilio. ad hoc dicendum, q non est vis. vtrum pronuntiantes dicant. Nos concilium, aut nos archieps, vel legatus de cōsensu nostri concilij fm Arch. qui ita no. xvij. d. §. j. & bal. in. l. j. C. de vindicta manumi.

SVMMARIVM

1 Legatus in alienatione rerum ecclesiasticarum auctoritatem interponere potest.
Quid de prelatis inferioribus.
2 Legatus alienandi licentiam dare pōt abbati, vel priori, qui iurarunt non alienare sine episcopi consensu.
3 Alienatio rerum eccle. Romane in legatione non cōtinetur.
4 Legatus an possit suam auctoritatem interponere in alienatione rei eccle. site extra prouinciam, si ecclesia, cuius res alienatur, est intra prouinciam, & j. nu. 7.
5 Consensus actum precedere & sequi potest.
Decretum in ipso actu prestatur.
6 Consensus episcopi in alienationibus non est actus iudicialis, sed voluntatis expressio.
8 Alienatio rerum ecclesiarum hodie inconsulto Romano pont. interdicta est.
Limita vt j. nu. 10. & 11.
9 Legatus hodie in alienationibus ecclesie sine papa auctoritatem non interponit.
10 Alienatio rerū ecclesiarum ob summā necessitatē q celeritatē desideraret, q pape auctoritas expectari non posset, fieri pōt.

¶ Questio vndecima.

1 Vndecimo quero de facultate legati circa auctoritatem interponendā in alienationibus rerum ecclesiasticarum. † teneas q pōt in rebus ecclesie alienandis suam auctoritatem interponere, qr hoc pōt nedum eps. vt in. c. sine exceptione. xij. q. ij. & c. in venditionibus. xvij. q. iiij. & c. j. & c. cum in apostolica. de hijs. que fi. a prel. verum et inferiores, qui habent ecclesias, pleno iure subiectas. Itaq hnt iurisdictionem epalem in loco. vt contingit sepenumero in abbatibus. Ita tz Inno. in. c. statuimus. de transac. & gl. in cle. i. de rebus ecclesie non alie. ergo & legatus hoc poterit, qr cōcurrit cum eis in iurisdictiōe, & hoc tz expresse Spec. ti. de lega. §. qnter. ver. fi. & Archi. in. c. in venditionibus. xvij. q. iiij. & Jo. an. in. c. de feu. fallit tamē vbi prelatus iurasset non alienare Ro. pon. inconsulto. vt vo-
2 luit Spec. in. d. §. ver. ceterū. & Jo. an. in. d. c. ij. † Sed quid si aliqs prior vel abbas iurat nō alienare sine qsensu dioc. epi vel alicuius abbatis. j. legationem constituti. & in hoc dōm, q legatus huic licentiā dare poterit. ppea qr concurrit cum quolibet ordinario sue prouincie, vt predictū est. secus tn est si non intuitu dignitatis, sed persone, vel amicicie hmōi psonam designasset. Ita no. Spec. in. d. §. qnter. ver. quid si aliquis prior subiugit tn in ver. se. iuxta primū casum hoc verum esse. si ille prelatus qui iuxta formā instri erat consulendus, fuisset de sua legatione. secus tn si esset de extra suā prouinciā, qr tunc vices eius non posset supplere. & hoc idē tenuit Fed. de sen. cōsilio. cxcv. nec putarē illo casu fore necessariū consensum capituli ecclesie Cathedralis. cū ipse non habeat capitulū lz in epo interponente auctoritatē qsensus sui capituli requirat. vt est tex. no. in. d. c. cū in apostolica. si ecclesia tn alienans hret capitulū eius cōsensus requireret. & alie solēnitates reqsite qr non pōt legatus
3 iuris solēnitates tollere vt superius dictum est. † non tn res ecclesie Romane posset alienare. nec in legationis mandato hoc continet. iuxta no. p Bart. in. l. prohibere. §. plane. ff. qd vi aut clam. ad quod facit et. l. mandato generali. & l. procurator to-
4 torū. ff. de procu. ¶ † Sed quero si ecclesia cuius res alienant est intra suam prouinciā. res aūt que alienantur sunt extra. an possit legatus in hijs alienandis suam interponere auctoritatē. & videret q non, per no. p glo. x. q. ij. hoc ius porrectū. & in. d. c. in venditionibus. q dicunt epm in cuius dioc. res sunt, debere interponere auctoritatem, ad qd inducunt. l. si predium. C. de predi. mino. Inno. tn & Hosti. in. c. pastoralis de priuile. dicūt q requirit auctoritas diocesani ecclesie. & p qns sufficeret consensus legati. ad hoc. d. c. in vēditiōibus. alij dicūt, q vtrinsq requirit auctoritas vt no. Jo. and. in. d. c. pastoralis. Pau. tn in cle. j. de re. eccle. non alie. dicit q opi. Inno. & Hostien. est vera. qr ad epm ecclesie spectant iura & dispositio ipsius ecclesie. & qnter dotis & bonorum eius. x. q. i. regenda & c. decretū. nec ob. l. si predium. preal. qr loquit in minore. in cuius rei alie-
5 natione requirit decretum iudiciale. † Sed in ecclesia sufficit consensus qui pōt precedere & sequi. decretum tn prestatur in ipso contractu. vt no. in. c. cum consuetudinis. de consue. & c. dudum de re. eccl. non alie. lib. vi. & ideo nil mirum si iudex in cuius dioc. sita est res pōt illud interponere, qr pōt de illa iu-
6 dicare. † sed consensus epi est quedam ptātis ligate relaxatio. fm quam inferior nil pōt sine licentia, & non est actus iudicialis. sed voluntatis expressio. vnde prestari pōt omni tpe. & quātum ad minorē dicit quosdam legistas dicere, q vterq potest auctorizare, & fm eum hoc est verum. cum vterq possit iudicialiter cognoscere. C. vbi in rem actio. l. fi. de fo. compe. c. sane. & c. fi. & sic recitando transit Jo. de Imo. in. d. cle. sed do. car. tz q vterq eps poterit interponere auctoritatem. & pro epo rerū facit. d. l. si predium. pro epo vero ecclesie. facit. l. magis puto §. illud. ff. de re. eorum. quo ad alienationē tn rerum minorum tutius est q et interueniat decretum iudicis rei site p. d. l. si predium. ego crederē opi. Inno. & Hosti. & Pau. fore veram. ad qd multum stringunt motiua do. Pau. facit et ad idem tex. in. c. nouerit. x. q. j. vbi probat q ad epm spectat cura ecclesie
7 vna cum dote sua. † ex quo inferri poterit, q legatus et quo ad possessiones extra suā puinciam qstitutas poterit interponere auctoritatē suam. quo aūt ad rei minoris alienationem tene q vterq pōt vt supius dixi & tz Bald. in. d. l. si prediū. & in. l. i. C. de ēhen. emp. post Jac. de are. † cōsidera tn circa predicta q
8 hodie et in casibus a iure permissis non lz alienare res cuiusq ecclesie. vel monasterij. aut pij loci inconsulto Romano ponti. & qfacientes grauibus penis inuoluunt. vt in bulla Pauli pa-
9 pe. ij. p viam qstitutionis edita continet. † ex quo infert q in hmōi alienationibus non poterit legatus auctoritatē interponere sine speciali facultate sibi a papa qcessa p no. p Spec. in
10 d. §. qnter. ver. ceterū. & Jo. an. in. d. c. ij. de feu. † qd tn si subesset summa necessitas, que tantā celeritatē desideraret, q cōmode non pōt auctoritas pape expectari, an non obstante dicta qstōne Pauli possit fieri alienatio. dōm q sic. ad hoc gl. no. xij. q. ij. placuit. & tex. ff. de peti. hr. diuus. ff. de admi. tut. l. tutor q repertoriū. §. i. & hoc tz Hugu. & Archi. in. c. Abbatibus. xij. q. ij. & sic disputādo terminauit Pau. in qōne q incipit qdēnatus. in vltimo mēbro. Idem tz do. car. in cle. j. de re.
11 eccle. nō alie. ad qd et facit tex. c. fi. de eccl. edifi. † ex qbus infert limitatio ad iura q exigūt solēnitatē in rebus ecclesie alie. vt intelligant. nisi tāta necessitas & tā vrgēs interueniret, q nō posset obseruātia solēnitatis pdicte obseruari. vt ē tex. cū gl. in d. c. placuit & hoc mō limitabis. d. qstōne Pau. limita et nisi res essent modice, qd satis innuit. d. constitutio, ad quod et facit te. xix. q. ij. terrulas.

Summarium

SUMMARIUM

1 Legatus prouinciam suam visitare potest, & procurationem recipere.
Quid de legato non de latere.
2 Legatus visitando an formam alijs visitatoribus prefixam seruare debeat.
3 Ecclesia roma. contra se & suos priuilegiare non consueuit.
Legatus de latere. iura communia seruare tenetur.
Legatus ordinarius est.
4 Legatus procurationem petit visitatione finita.
5 Legati procurationem, a quocunq; maluerint, petere possunt.
6 Legato non debentur expense que in vecturis equorum fiunt, quando procuratio fit ratione visitationis ecclesiaru3, secus in ea, que fit ratione necessitatis.
7 Legatus pape expensis subditorum alitur, secus in legato Cesaris.
8 Necessitas romanam ecclesiam excusat.
9 Nuntij per archiepiscopum pro negocijs prouincie missi procurandi sunt.
10 Priuilegium in corpore iuris clausum ex rationis identitate extendi debet.
11 Camera apostolica legatis hodie salarium dat, vt subditi a procurationibus releuentur.
12 Absolutio facta post recessum legati de eo, qui ob non procurationem solutam inciderat in censuras, & vt absoluerentur, legatus vices suas commisserat, an valeat.
13 Commissiones tot sunt quot persone absoluende sunt.
14 Legatus, vel eius commissarius non potest post recessum excomunicare, nec absoluere.
15 Excommunicatio contra non soluentes procurationem non ligat eos. qui per impotentiam soluere nequeunt.
16 Excōicatio habentis plura beneficia non comprehendit illu3, qui recepit secundum, cuius fructus alteri debentur.
17 Excōicatio non ligat exemptos a solutione procurationis per apostolicum priuilegium.
18 Excommunicatio lata contra non subditum denegantem procurationem ab eo exactam vltra taxam lateranen. concilij non tenet.
19 Excommunicatio generaliter lata contra non soluentes procurationem an ignorantes liget.

¶ Questio duodecima.

1 Duodecimo quero † an legatus possit visitare prouinciam sua3, & recipere procurationem a locis visitatis. Solutio. q; sic. pro quo est tex. de censi. c. procurationes. facit et ad idem. nam vt superius dictum est concurrit cu3 quolibet ordinario sue prouincie. & si est de latere poterit visitare loca, etiam si sint exempta, q2 exempti sibi subijciuntur. vt in. c. veniens. de verbo. significa. lib. vj. si autem non est de latere hoc non poterit in exemptis. quia sibi non subijciuntur, sed tantum in non exemptis, an autem in casu speciali cle. attendentes. de sta. re. posset sicut ordinario conceditur. decidere poteris per ea que dixi. s. qō. viij. vbi tractaui, an illis casibus specialibus, quibus a iure datur iurisdictio ordinario in exemptos, compe
2 tat illa legatis qui non sunt de latere. † Sed an debeat seruare formam prefixa3 alijs visitatoribus per. c. romana. de censi. li. vj. Solutio est. secundum Hosti. & Jo. and. in. d. c. romana. §. fi. q; nō arctatur illa constitutione. ad quod assignant triplice3 rationem. Prima, quia vices pape gerit. xciij. d. c. fi. Secunda ratio est, q2 maior est episcopo. de offi. delega. sane. qui non includitur sub clausula generali. de sen. excom. q2 periculosu3.
3 ad idem. c. sedes. desertis. † Tertia ratio est. q2 Romana ecclesia contra se & suos priuilegiare non consueuit. de censi. cum instantia. sed Joan. de Jmol. ibi dicit q; iste rationes sunt satis generales. vnde secundum eum posset teneri contrarium. nam legatus etiam de latere tenetur seruare iura communia. nec illa tollere potest. vt in glo. c. fi. de here. lib. vj. & per glos. in cle. sepe. de verbo. significa. & idem tenet ibi domi. nam ille tex. dicit illam formam visitandi ab omnibus ordinarijs seruādam fore. constat autem q; legatus est ordinarius. vt in. c. ij. de offi. lega. lib. vj. & adhuc eius iurisdictio est restringenda tanq̄
4 extraordinaria. vt not. glo. in cle. ij. de offi. ordi. † Et quando petit procurationem ratione visitationis non poterit ea3 petere, nisi visitationis officium fecerit. vt in. d. c. procurationes. secus tñ dicunt ibi Jo. an. & doc. in procuratione que legato debetur non rōne visitationis, sed ad eius onera supportanda. de qua in. c. accedentes. de prescri. & c. cum instantia. de cēsi. illa enim et a locis non visitatis est sibi exhibenda. & idem t3
libro sexto, ⁊ si haberet aliquam partem non tamen maiorem
partem fructuum adhuc non censeretur effectualiter possessio-
nem habere ad effectum predictum, ad quod facit glo. in dicto
capitu. si tibi concesso, ⁊ clarius Joan. an. in nouel. in capitu.
commissa. de electio. libro sexto, ⁊ ibi Domi. ⁊ quod not. Inno
cen. in dicto capitu. de multa. de preben. licet quo ad effectum
pene capitulo licet canon. sufficiat ꝙ curatus habeat liberum
exercitium cure animarum, vel maioris partis, vt dixit glo. in
dicto capitulo commissa. ⁊ in dicto capitulo si tibi concesso.
96 † Sed quid si duo concurrunt ad possessionem, ⁊ vnus tenet ec
clesiam, alter vero campanile, quod est fortalitium, an ille, qui
tenet ecclesiam, dicatur eam possidere, ⁊ dicendum, quod non,
cum de facili posset expelli, ad quod ego induco text. in capi.
pisanis. de restitu. spo. si tñ ille qui tz campanile est ita obeses-
sus quod euadere non potest, cum ipse non dicatur tenere,
sed teneri, vt patet ex nota. in. l. prima. §. penultimo. ff. de vi ⁊
vi ar. tunc qui tenet ecclesiam diceretur possidere, vt no. An-
ge. de aretio. in. §. insula insti. de re. diui. ⁊ requiritur vltra hoc,
quod illa possessio sit pacifica, nedum de facto verum etiam de
iure, iuxta glosa in dic. capitu. commissa, que communiter ap-
probatur, licet Innocen. in capitu. consti. de appe. ⁊ in dic. ca.
de multa, tenuerit contrarium ⁊ male. si tamen per eum staret
quo minus haberetur, sibi imputaretur, ⁊ censeretur possidere,
vt in cle. gratie, de rescriptis, ⁊ procedit hoc nedum si cum in-
sto titulo adipiscatur secundum, verum etiam si de facto eius
possessionem modo premisso acquiratur, ne melioris condictio-
nis sit stultus quam sapiens, vt est tex. in capitu. eñ qui, in prin.
97 de preben. libro sexto † ⁊ vbi habens plura curata, vel alias in
compatibilia cum legitima dispensatione, reciperet aliud incõ-
patibile, ad quod dispensatio non se extenderet, per adeptio-
nem illius vltimi vacarent prima, vt in cle. si plures de preben.
si tamen ille caute agens abstineret a possessione vltimi, eo casu
quo collatio de illo facta non tenet, vt in capitu. ordinarij, de of
fi. or. libro sexto tunc euaderet penam, iuxta glo. no. in dic. cle.
98 si plures, † ex quo habes optimam limitationẽ ad dic. cle. gra-
tie. quatenus dicit quod ille per quem stat quo minus possessio
nez habeat, habetur pro possessore, illud enim nõ procedit, quo
tiens ille de facto ⁊ non de iure potest habere possessionem, ⁊
propter hanc tacitam priuationem siue renunciationem primi
99 que insurgit ex assecutione secundi incompatibilis, † dicimus,
quod si prelatus primi beneficij noluerit habere ratum transitũ
ad illud secundum, ⁊ voluerit illum retinere in primo beneficio
poterit illud agere nec primum vacabit, de quo est glos. no. vij.
questione. i. si qui vero, ⁊ in dic. capitu. si quis iam translatus,
100 † nam sicut expresse sine licentia superioris illi beneficio nõ po
test renunciare, vt in capitu. quod in dubijs. ⁊. capitu. admo-
net, de renunc. Ita nec tacite, hodie autem aucta est pena in ca
su predicto, per dic. extraua. execrabilis. §. qui vero, vbi dispo-
nitur, quod si habens dignitatem, personatum, vel officiuz, aut
aliud beneficium curam habens animarum annexam, aliud si-
mile obtineat, cum per adeptionem secundi, aut si per euz stat,
quo minus adipiscatur, ipso iure vacet primuz, debet absqꝫ mo
re dispendio in manibus ordinarij illud primum incompatibile
dimittere verbaliter ⁊ realiter cum effectu, alioquin ipso facto
etiam ipso secundo beneficio est priuatus, ⁊ nedum ad sacros
ordines, verum etiam ad quecunqꝫ ecclesiastica beneficia obti-
101 nenda inhabilis reputatur, † est etiam dispositũ circa eos qui
plures dignitates, aut personatus, siue beneficia curam anima
rum habentia obtinent cum suffic ienti dispensatione, vt si ordi
narij collatores alicui ex talibus aliud simile voluerint confer-
re, prius coram se faciant exhiberi dispensationem sufficientem
super obtentis, atqꝫ illa ostensa non procedant ad collationez,
nisi etiam ad habendum vltimo collatum cum primis sufficien-
tem habeat dispensationez, vel si ea que sic obtinebat, libere ac
spõte resignet, aliter collatio facta nullius roboris penitus exi
102 stit. vt in capitu. ordinarij. §. fi. de offi. or. libro sexto † est ⁊ alia
pena quia obtinens plura incompatibilia sine dispensatione, ef
ficitur inhabilis ad aliud simile consequendum, vt in dic. §. fi.
dic. capitu. ordinarij, imo hodie est inhabilis ad alia quecunqꝫ
cuiuscũqꝫ qualitatis existant seruato moderamine extraua. exe
crabilis de quo supra dictum est, Sed quoniam superius dixi-
mus ad hoc, vt per assecutionem incompatibilis vacatio indu-
catur, requiri quod possessio sit pacifica de iure nedũ de facto.
103 ¶ † Quero quid si aliquo tempore fuit pacificum beneficium
de iure, postea autem fuit effectum litigiosum, an inducatur va
catio per assecutionem, ad hoc respondet glo. in dic. capitu. cõ
missa. quod si in continenti in ipsa assecutione possessionis est si
bi mota questio, non censetur pacificus possessor quia que in cõ
tinenti fiunt ⁊ cetera, si autem aliquandiu pacifice possedit, tũc
secus, ⁊ dicit iuxta hoc Lapus quẽ seqꝫ domi. in dic. c. cõmissa
ꝙ requiritur ꝙ sit pacifica aliquandiu. i. per mẽsem vel duos.
ar. de fri gi. fraternitatis, sed aduertendum quia ille textus nõ
loquitur in casu nostro, nec reperio aliquo iure determina-
tum hoc, sed posset persimile derterminari per ea, que dicun-
104 tur in contractu emptionis, ⁊ venditionis † vt non dicatur vẽ-
ditor tradidisse rem emptori, si moueatur ei qnestio super domi
nio eiusdem in limine contractus, vt est textus in. l. si post per-
fectam. C. de euictio. ⁊ glosa institu. de suspectis tu. §. nouissime
⁊ quem-

⁊ quemadmodum limen in domo est pars vltima domus,vt in.
105 §.dictum.institu.quibus modis ius pa.pos. solui. † Ita dice-
tur iminere euictio in limine contractus quando statim in per-
fectione ipsius cōtractus, ⁊ eius absolutione imminet euictio.
Idem ego crederem in casu nostro,si iste in ipsa apprehensio-
ne possessionis turbaretur de iure,vel de facto, adderem etiā
idem fore si paulo post,quia que incontinenti fiunt inesse vidē
tur,vt.l.lecta.ff.si certum petatur. ⁊ capitu. officij. de electio.
quod arbitrio iudicis relinquerem ex quo a iure non est deter
minatum de officio delega.de causis,⁊.l.prima.ff.de iure deli-
beran.Angelus tamen de aretio in.§.insula.institu. de rerum
diuisione,ponit tres dies.argumentū.l.quarta.§.cum igitur.ff.
de vi ⁊ vi armata,sed melius est quod te referas ad iudicis ar-
106 bitriū vt predixi. †veruntamen licet iste tanto tempore paci-
fice possideret secundam, qđ ipso iure vacaret prima.si tamen
moueretur sibi postea lis super secunda, ⁊ vinceretur, in ea
poterit libere redire ad primam non obstante quod alteri fuis-
set collata,dummodo a principio probabiliter nesciuisset defe-
ctum iuris sui in secunda,ac etiam cum primum illud deprehē-
dit,destitit a prosecutione secunde, ⁊ sine difficultate qualibet
eam dimisit,que duo sunt bene ponderanda,de quo est textus
nota.in capitulo si beneficia.de prebendis libro sexto,quod est
107 nota.⁊ quottidianum. ¶ †Quid tamen si maliciose possessor
beneficij submittit alium,qui sibi moueat litem ad effectum vt
prius beneficiū incompatibile non vacet ? ⁊ Bartolus in di-
cta.l.si post perfectam,dicit in materia simili, quod compelli-
tur iurare,quod per maliciam non fecit sibi moueri litem,⁊ eo-
dem modo compellitur iurare ille qui litem mouit.argumen.l.
prima.C.de posi.addit Angel. de aretio in dicto.§.nouissime.
quod reperta postea fraude, ⁊ collusione, possunt extra ordi-
nem puniri,vt.l.prima.ff.de collu.de testamen. coniuncta.l.pri
ma.ff.de crimine stelliona. ⁊ ibi Bartol. vltra predicta etiam
ergo crederem,quod pene superiores edite contra tenētes plu
ra incompatibilia haberent locum contra istum, ex quo per eū
stat,quo minus pacifice possideat,vt in dicta clementina gra-
108 tie,⁊ in dicto capitulo commissa.†sed quoniam sepe contingit,
quod legato de latere conceditur facultas dispensandi super
pluralitate curatorum ⁊ alias incompatibilium, aduertendum
est quod non poterit talis legatus in vim huius facultatis di-
spensare in huiusmodi pluralitate,nisi cum sublimibus vel lite
ratis personis,quia mandatum pape referendum est ad ius,vt
in capitulo de multa.de preben.prout not.Innocen.in capitu
lo dudum.lo secundo de electio.⁊ in capitu.cum ad monaste-
rium.de sta.re.facit in.ar.capitu.causam que.de rescriptis.
Idem tenet Specu.in dic.§.videndum.versicu.quid si papa.
nisi nominatim cum certa persona dispensari mandasset,nam
tunc cum legatus sit nudus minister,deberet cum eo dispensa-
re alia inquisitione non facta, cum sacrilegium censeatur illum
indignum reputare quem princeps elegerit,vt dicit Specula.
109 vbi supra. † Item si fuit dispensatum super plurarítate bene-
ficiorum intelligitur de hijs,que canonice obtinent , vt ex text.
in capitu.si gratiose.de rescriptis.libro sexto,ad quod etiam fa
110 ciunt not.per Innocen.in dicto capitulo dudum. † ⁊ si est di-
spensatum super duobus beneficijs curatis insimul obtinen-
dis,intelligitur de primis tantum,vnde si aliquod ex illis per-
mutaret,vel alias dimitteret,non se extenderet dispensatio ad
illud nouiter loco illius obtentum pro quo est glos. in capi-
tulo ordinarij.de ordina.libro sexto,⁊ not.Innocentius in di-
cto capitulo dudum.⁊ domini de rota decisio.cccxliij.nisi aliud
in dispensatione contineretur,scilicet quod loco dimissi vel di-
111 missorum ⁊c.vt consueuit apponi.†huiusmodi etiam dispensa-
tiones super pluralitate beneficiorum obtente redduntur sur-
reptitie interdum ex falsa expressione,vtpote si expressit se tene
re canonice ecclesias,super quibus insimul retinendis petebat
dispensari,cum reuera minus canonice ipsas obtineret. Idem
si dixit earum prouentus fore tenues,⁊ exiles,cū reuera essent
112 pingues,hec omnia probat text.in dicto capitulo dudū. †sur
reptio etiam potest circa hoc committi per taciturnitatem , vt
pote si non faciat mentionem obtinens dispensationem de be-
neficijs que obtinet,⁊ si taceat vnum,quantumcunq; minimum
non tenet dispensatio vt not.Specula.titulo de lega.§.viden-
dum.versicu.sed nunquid.⁊ si sit curata debet facere mentio-
nem de cura,que ipsis imminet,vt est textus cum glo.in clemē
tina prima de preben.⁊ ibi Paulus,⁊ domi.Cardina.⁊ Joan
nes de imol.hoc tamen intellige,si illa cura esset principalis,se
cus si annexa alicui speciali beneficio, nam tunc est habenda
in consideratione iuxta tex.in capitulo super eo.de preben.li
bro sexto,⁊ ita tenet domi.Cardi.in clementi.prima.⁊ si prius
habeat aliquam dispensationem super huiusmodi pluralitate
⁊ nunc eam ampliat, debet de priori facere mentionem, iuxta
ea que not.Innocen.in capitulo veniens.de prescriptio.faciūt
ad idem not.per Joan.andre.in additio.ad Specu.titulo de
clericis non residen.⁊ est textus,⁊ ibi tenet Domi.in capitulo
114 secundo,de decimis,libro sexto. † ⁊ si esset illegitimus ⁊ fue-
rat cum eo dispensatum super beneficijs obtinendis, debet eā
facere mentionem de predicto defectu in dispensatione, quam
de nouo super pluralitate beneficiorum incompatibilium ob-
tinet,vt est tex.in capitulo secundo,de fil.presbitero. libro.vj.
115 ¶ †Sed quid si in indulgentia de pluribus obtinēdis ꝯtinea
tur ista clausula,dummodo in beneficio in quo non resederit
faciat idonee per alium deseruiri,nunquid si non obseruauerit
hunc modum vel cōditionem,valeat dispensatio ? glo.in capi-
tulo non potest.de preben.libro sexto, tenet quod dispensatio
116 hoc non obstāte valeat.†quia ista dictio dummodo sapit mo-
dum,non autem conditionem, ⁊ idem tenet Innocen.in dicto
capitulo dudum.lo secundo ⁊ Specula.in dicto.§.videndum.
versicu.sed quid si indulgentia,subiungit tamen ꝙ iste propter
negligentiam posset priuari,vt in capitulo relatum. ⁊ capitulo
117 ex tue.de clericis non residē. ¶ †Quid tamen si habens duo
incompatibilia ex dispensatione recipit tertium incompatibi-
le sine dispēsatione,queritur quod ex primis duobus vacet , an
ambo vacare censeantur. Specula.mouet questio. vbi supra,
versicu.quid si habens ⁊ arguit pro ⁊ contra finaliter dicit, qđ
cum duo prima habeantur loco vnius propter indulgentiā va
cabit vtrunq;,vt in capitulo de multa.de preben.presertim cū
dispensatio super pluralitate beneficiorū sit odiosa. sed ego li-
mitarem quando dispensatio esset simpliciter ad duo quia tunc
intelligitur de primis,vt in superioribus dictum est, vbi autem
diceretur,quod illa prima,vel aliquod illorum possit dimittere
⁊ loco dimissi, vel dimissorum aliud recipere ⁊c.vt hodie cōmu
niter ponitur in dispensationibus,tunc crederem quod iste di-
spensatus posset eligere quod ex illis duobus vellet retinere,
118 argu.capi.preterea.⁊ cap.referēte. eo.titu. ¶ †Sed pone ꝙ
aliquis male tenuit beneficium,puta quia minus canonice in-
stitutus,vel quia dispensatio, quam habuit,non fuit sufficiens,
postmodum impetrat indulgentiā,ꝙ beneficiū illud valeat li
cite retinere,non habita mentione de fructibus,quos inde ma
le percepit,nūquid ista dispensatio sibi suffragetur ? ⁊ primo vi
deretur,ꝙ de fructibus illis mentionem deberet facere, cum
in percipiendo eos censeatur fur,⁊ latro,vt in.dicto.c. dudū.
sed Spe.vbi supra,versi.sed pone ꝙ aliquis.concludit contra-
rium,dicit enim purgatum fuisse vitium illud, nam concesso si-
bi ꝙ licite possit beneficium illud retinere,videtur sibi conces-
sum ꝙ fructus perceptos habeat,tanquā enimnouus ⁊ verus
prelatus,succedit in illis fructibus ⁊ ad eū pertinent. decima
questio.secunda,si quis episcopus.xij.questio.secunda,de lai-
cis,⁊.c.relatum.lo.ij.de testamen.vnde non nisi sibi ipsi resti-
tuere tenetur.de officio ordina.cum vos.in fi.quasi per cano-
nicam adeptionem prelature,actio confundatur, sicut per ad-
di.hereditatis,vt.C.de here.actio,vt debitum,⁊.l.seq.sed Jo.
an.in addi. in loco predicto tā dispēsationē nō tenere,⁊ dicit se
fuisse expertum cum papa Joan.pro quodam scolari suo , cui
cum papa iustificasset titulum quem habebat ad beneficium,
noluit sibi remittere preteritos fructus , nisi ea conditione ꝙ
eorum medietas camere apostolice solueretur infra certum tē
pus,subiungit tamen ꝙ dictum Specu.posset procedere, si il-
los fructus in vtilitatē ecclesie conuerteret,absit enim ꝙ iste-
met qui peccauit,illos reciperet iure fructuum, ad quod bene
facit,de simo.audiuimus,in fine cum concordan.vltime glo.⁊
hoc bene no.ad nouas prouisiones ⁊ gratias si neutri,vel si nuc
li in quibus de possessione ꝗ viciose impetrās tenuit dā facer.
mentionē,iuxta tex.in.l.auctoritate.C.vnde vi.⁊ ibi per Barl
119 †Poteris enim per predicta edoceri an etiam de fructibus
perceptis debeat mentionē facere,vbi tamen fructus fuissent
pauci percepti,nō foret curandū.ar.c.reuera.de ꝯse. dist.ij.⁊
eor.que no.glo.in auc.sed iam necesse.C.de donat. ante nup.
120 ⁊ auctē.minori.C.qui.da.tu.pos. ¶ †Circa gradus vero pro
hibitos in matrimonio ꝯhēdo legatus nō potest dispēsare iure
legationis.iuxta nota.per Innocen.in capi .fina.de trāsac. ve
rūtamen quoniam quandoq; habent facultatem dispensandi
121 circa matrimonium in gradibus prohibitis, † quero si duo qui
erant in gradu prohibito contraxerunt,demū obtinuerunt di-

spensationem, vtrum requiratur q de nouo contrahant, post habitam dispensationem, & videretur quod sic, ex quo primum matrimonium stante impedimento nullum fuit, nec videtur sufficere, quod de nouo cohabitent, cum ad matrimonium contrahendum nedum consensus sit necessarius, vt in capitulo cum locum. & capitulo veniens. de sponsalibus. sed etiam verba requirantur, vt in capitulo tue. eodem titulo, sed hijs nō obstantibus dicas quod si isti postea scienter cohabitant, tacite videntur de nouo contrahere matrimonium, & priora verba intelliguntur tacite repetita, secus tamen esset vbi ignorantes dispensationem cohabitarent, quia tunc in primo errore viderentur perseuerare. Ita tenet glo. nota. in capitulo finali. de coniug. seruorum, & in capitulo non debet. de consanguinitate & affinitate. hoc idē sentit glo. in capi. primo. de eo qui du. in ma. quā po. per adul. & in capitulo si quis ingenuus vigesimanona questione secūda. Idem tenet Baldus in. l. ex libera. C. de suis & legitimis here-
122 dibus. ¶ † Ad predicta addere potes questionem an licite deputetur legatus, siue de latere, siue alius inferior ad bellum exercendum, vt interdum factū reperimus, & vbi incideret dubitatio quo ad irregularitatem essemus sine dubio. nam Pape licentia excludit omnem irregularitatem, cum irregularitas sit de iure positiuo vt in capitulo is qui de sententia excommunicatio. libro sexto. & tenet glo. de cōsecratione distinctione prima, in summa, & Innocentius in capitulo nisi cum pridē. de renunciatio. & Papa est supra ius positiuum, sumus ergo in hoc an deceat secundum honestatem. & dicendum secundum Innocen. in capitulo olim. el primo, de restitutione spoliatorū, quod ad recuperandū res suas vel ecclesie prelatus potest preponi militibus & bellatoribus. Idem tenet glo. capitulo igitur. vigesimatertia questione octaua, a fortiori si pro fide, vtpote cōtra turchos bellum iniretur, vt in capitulo ex multa de voto, nō vt presit directe viris sanguinū, sed vt militibus necessaria ministret tractatus teneat, sententias proferat, & negocia cuncta disponat, vt dicit Speculato. titu. de lega. §. iuxta. versicu. clericus ergo, & hoc officium dicit se habuisse in bello quod ecclesia Romana habuit contra ciuitates sibi rebelles in Romandiola. Item & hortari poterit bellatores, & dicere viriliter pugnate, & rapite non tamen dicere debet occidite, vt dicit Specula. vbi supra, ad quod etiam faciunt nota. per Joan. andre. in capi
123 tulo ego enim. de iureiuran. † Nam etiam contra sarracenos non decet ipsos arma capere vt in dicto capitulo ex multa. fallit tamen hoc, vbi ciuitas, vel patria ab infidelibus inuaderetur, nec per laicos solos posset defendi, tunc enim licitum esset clericis arma sumere, & in propria persona pugnare, vt in capitulo peruenit. de immunitate ecclesiarum, dummodo manu sua non occiderent vel mutilarent, quia tunc irregularitatem incurrerent. vt in capitulo petitio. de homici. sed hoc esset verum ni
124 si aliter non valerent proprias personas defendere. † eo enim casu necessaria defensio proprie persone ab irregularitae excusaret, vt in clemen. si furiosus de homici.

SVMMARIVM

1 Legatus iurisdictionem voluntariam extra prouinciam exercere potest, in contentiosa secus.
2 Legatus diuersarum prouinciarum facta vnius prouincie etiā iurisdictionis contentiose in alia expedire potest.
3 Legatus an causas antequam prouinciam ingrediatur delegare possit.
4 Legatus extra prouinciam existens excōmunicare non potest. Excommunicatio sine cause cognitione ferenda non est, nisi in notorijs.
5 Excommunicatio an die feriata fieri possit.
6 Legatus a sententia excommunicationis extra prouinciam absoluere non potest. Absolutio cause cognitionem, & citationem requirit.
7 Legatus excommunicationem iniustam sine cause cognitione extra territorium an facere possit.
8 Legatus extra prouinciam suam de partium & iudicis territorij consensu iurisdictionem contentiosam exercere potest.
9 Legatus de latere extra prouinciam existens non potest dare licentiam abbati exempto, vt ad aliud monasterium transeat.
10 Legatus extra prouinciam, & episcopus extra diocesim beneficiorum resignationem recipere non possunt.
11 Jurisdictionis contentiose illa sunt que in inuitum redduntur.
12 Legatus extra prouinciam, & episcopus extra diocesim, an edicta, que ad cōfirmandas electiones premittuntur decerne re possint.
13 Edictum est quedam interlocutoria sententia. Interlocutoria inter iudicij acta annumeratur.
14 Sententia interlocutoria, etiā in iurisdictione voluntaria quādoq; fertur.
15 Citatio prima inditij iurisdictionis est voluntarie. Citationes que fiunt in principio iudicij cause cognitionē non requirunt.
16 Electionis confirmatio an extra territorium fieri possit.
17 Legatus inferior an in presentia legati de latere officium suum exercere possit.
18 Legati iurisdictio generaliter non est delegata, sed ordinaria.
19 Sedis apostolice nomine papa, & legatus venit.
20 Legatus de latere si superueniat quid de causis coram minore legato pendentibus faciendum sit.
21 Legatus cui papa nomine legationis aliquas causas commiserat si ante aduentum secundi legati maioris in illis auctoritate apostolica non legationis processerat, nūquid post secundi aduentum poterit in illis procedere.
22 Capi. volentes de offi. lega. Limit.
23 Legatus nunquid vti poterit facultatibus sibi a sede apostolica concessis cum illis que de legatione sua non sunt.
24 Prohemium disponentis mentem arguit.
25 Jurisdictio delegata ad personas non expressas etiam de earū consensu prorogari non potest.
26 Episcopus familiares suos ordinare potest.
27 Legati sine causa dispensationes facere non possunt.
28 Papa solus contra iura dispensat, quando ius positiuum in eius voluntate fundatum est.
29 Dispensandi causa triplex est, necessitas, vel vtilitas, vel meritorum prerogatiua.
30 Dispensatus sine causa quo ad Deum tutus non est.
31 Papa in gradibus consanguinitatis, & affinitatis sine causa dispensare non debet.
32 Pape non ad destructionem ecclesie, sed ad edificationē potestas data est.
33 Papa sine magna causa in his, que iuris diuini sunt non dispensat.
34 Simonia cum papa committitur in his, que sunt prohibita, q simoniacha.
35 Prohibita quia simoniacha que sint.
36 Simonia de iure diuino quādo in beneficijs ecclesiasticis committatur.
37 Beneficia ecclesiastica habere connexitatem cum spiritualibus quare dicatur.
38 Papa sicut quilibet alius in vitium simonie incurrere potest. Pape vti dispensatoris res ecclesie sunt, & non vt domini.
39 Simonia cum papa non committitur in his que sunt simoniacha, quia prohibita.
40 Dispensatio contra ius positiuum sine causa facta quo ad deū non suffragatur.
41 Simoniam non committitur circa vendenda officia, que iurisdictionem spiritualem annexam non habent.
42 Legatus si ex pape concessione habeat q ablata incerta camere apostolice applicet, an licite secundum deum id facere possit.
43 Abbatorum incertorū errogatio cui sit facienda, & infra numeris sequentibus.

¶ Questio. xv.

1 Quintodecimo quero † vbi & quādo legatus iurisdictionē suam & potestatem exercere valeat, & dicendum quo ad primam partem questionis, scilicet vbi, quod aut querimus de iurisdictione voluntaria, aut de cōtentiosa, si querimus de voluntaria poterit eā exercere etiam extra prouinciam sibi decretam, vt in. l. prima & secūda. ff. de officio procon. si autem queramus de contentiosa non poterit eam extra territorium exercere, vt in capitulo nouit. de officio legat. & ibi glos. magistra, & glo. in capitulo si abbatem. de electio. libro sexto, nam quantum ad eam extra territorium, censetur priuatus, vt in. l. preses. ff. de officio presidis. & in. l. fi
2 nali. ff. de iurisdictione omnium iudicum. † si tamen in diuersis prouincijs.

prouincijs esset deputatus, tunc facta vnius prouincie, etiam si
essent de contentiosa iurisdictione, posset in alia expedire, vt est
3 tex. in. d. capi. nouit. ⁊ ibi not. † An autem possit delegare cau
sas antequam ingrediatur prouinciam Spe. in. d. capit. de le-
ga. §. nunc dicamus. in principio tenet ꝙ sic, de quo quia supe-
rius questio. viij. late dictū est, non est vlterius hic insistendū.
4 ¶ † Sed iuxta predicta queritur nunquid legatus existens ex-
tra prouinciam possit excommunicare glo. in. d. c. nouit. tenet
ꝙ non. Idem tenet Specu. in. d. §. nunc dicamus. versi. sed nū
quid potest legatus, quia excommunicatio cause cognitionem
requirit, sine qua ferenda non est, vt. ij. questio. j. nemo. xv. qō.
iiij. nemo episcoporum sedere autem pro tribunali non potest
quis in alterius prouincia. vt. ix. questio. ij. episcopum, ⁊ quasi
per totum. xxj. distinctio. deniqꝫ in. l. cū vnus. §. penul. ff. de bo
nis aucto. iudi. possi. tamen fallit in notorijs in quibus cause co
gnitio non requiritur. de fili. presbi. quoniam. ⁊ capi. ad nostrā
5 il. ij. de iure iuran. ⁊ idem tenet Hostiē. in. d. cap. nouit. † Ad
predicta faciunt que in simili not. Lapus, ⁊ Joan. de imo. ⁊ do
mi. in. c. vt animarū. de consti. libro. vj. vbi tenet quod si excō
municatio fertur cum cause cognitione, non potest ferri die fe-
riata, vbi vero sine cause cognitione, vtpote super notorio, ferri
6 poterit die feriata. † An autem possit absoluere a sententia ex
communicationis extra prouinciam suam. ⁊ glo. in. d. capi. no-
uit. tenet ꝙ non. cuius ratio potest esse. quia absolutio requirit
cause cognitionem, ⁊ etiam citationem eius, in cuius fauorem
emanauit, vt voluit glo. capi. excōmunicatos. xj. questione ter
tia facit tex. in. c. romana. §. sententias. de appella. lib. vj. ⁊ qō
not. doc. ibi. ⁊ in capi. qua fronte. de appella. ergo tanquā per
tinens ad contentiosam iurisdictionem, non poterit extra terri-
7 torium exerceri. † vbi tamen suum errorem recognoscens, vi-
dens se male ⁊ iniuste excommunicasse, vellet tollere excōmu-
nicationem sine cause cognitione, posset illud facere extra terri
torium argumen. extra de senten. excommu. sacro. §. si vero iu-
dex, secundum Innocen. in. d. capitu. nouit. ⁊ idem tenet Spe
cu. in. d. §. nunc dicamus. ver. quid si legatus. hoc tamen ego in
telligerem, quando sine cause cognitione tulit illam iniustam
excommunicationem. tunc enim pariter ⁊ sine cause cogni-
tione posset eam reuocare, iuxta nota. per glo. in capi. ij. de re-
scriptis, per Innocen. in. c. querelam. de electio. ⁊ per docto.
in. c. cessante. de appellatio. ⁊ per Barto. in. l. quod iussit. ff. de
8 re iudica. † Unum tamen indubitanter teneas, ꝙ de consensu
partium ⁊ iudicis territorij, poterit legatus extra prouinciā suā
exercere iurisdictionem contentiosam, sicut ⁊ alias quicunqꝫ or
dinarius ⁊ hoc tenet Speculator in dicto. §. nunc dicamus.
versiculo. ⁊ breuiter. ⁊ docto. in dicto capitulo nouit ad quod
facit glo. in capitulo. vt litigantes. de officio ordinario. libro
9 sexto. ⁊ in clementi. quamuis. de foro competen. ¶ † Sed que
ritur iuxta premissa, pone quod est legatus de latere, ⁊ vult da
re licentiam abbati exempto, vt ad aliud monasterium, vel ec
clesiam transeat, quod potest facere, vt in capi. si abbatem. de
electio. libro sexto, an hoc possit facere existens extra prouin-
ciam. ⁊ glo. in. d. capi. tenet quod non, cū istud expectet ad cō
tentiosam iurisdictionem. ad hoc etiam videtur facere text. ibi
qui dicit, si sit in prouincia de latere nostro missus. ex qua glo.
10 infert. ibi domi. † ꝙ legatus extra prouinciam ⁊ episcopus ex
tra dioce. non poterunt recipere resignationem beneficij, quia
ista sunt paria. dare licentiam deserendi ecclesiam, ⁊ admit
tere resignationem eiusdem, sed neutrum istorum mihi videtur
verum de iure. nam dare predictam licentiam transeundi, non
est de contentiosa iurisdictione cum non fiat parte contradicen
11 te citata, nec in iudicio contradictorio, † illa enim sunt de con-
tentiosa iurisdictione, que redduntur in inuitum. vt no. in. l. ij. ff.
de officio proconsul. etiam si legatus debeat pro informatione
sua se instruere an expediat hanc licentiam dare, aut denegare
nec obstat tex. in. d. capitu. si abbatem. nā requirit ꝙ sit lega-
tus deputatus in prouincia, non autem ꝙ sit actualiter ⁊ corpo
raliter in prouincia, ⁊ per hoc etiam reprobatur illud qō de re-
signatione beneficiorum. inferebat domi. ⁊ ita videmus in pra
ctica continuo seruari, ꝙ episcopi extra suas dioces. recipiunt
12 resignationes beneficiorum sue dioces. † Ex hijs infertur ad qō
nem, An legatus possit extra prouinciam illa edicta decernere
que permittuntur ad confirmandas electiones. iuxta tex. in. c.
fina. de electio. libro sexto, que etiam debent permitti in institu-
tionibus, que fiunt ad presentationem patronorum. iuxta glo. ⁊
docto. ibi ⁊ eadem questio est de episcopo existente extra dioc.
⁊ domi. in. d. c. fina. refert Gas. de cal. in rub. de electio. consi.
xij. allegare pro ⁊ contra in hoc articulo, ⁊ primo quod non pos
sit, quia istud videtur spectare ad contentiosam iurisdictionem,
13 † nam edictum istud est interlocutoria quedam, vt not. Joan.
and. in. c. romana. de foro competen. libro sexto. in versi. citati.
in nouel. interlocutoria autem numeratur inter acta iudicij. vt
in. c. quoniam contra. de probatio. ergo per supradicta non po
terit fieri extra territorium, arguit, ꝙ non sit de contentiosa iu-
risdictione, q: non redditur in inuitum. per illud enim edictum
non cogitur quis venire si nolit, sed admittitur ad contradicen-
dum, si velit nec sequitur licet sit ista interlocutoria, quod pro-
14 pterea pertineat ad contentiosam iurisdictionem, † cum secun
dum eum etiam in voluntaria iurisdictione iudex quandoqꝫ in-
terloquatur hoc esse faciendū, vel non, ⁊ ita remanet ibi Gas.
de cal. nec aliter decidit. sed domi. in. d. capi. fina. tenet istam
15 partem, ad quod inducit, † quoniam prima citatio iudicij nō est
contentiose, sed voluntarie iurisdiction. iuxta glo. not. in cle.
j. de iudi. non enim citationes que fiunt in prin. iudicij requirūt
cause cognitionem, vt no. Inno. de rescrip. cū cōtingat, ⁊ de of
ficio. delega. prudentiā, ⁊ de accusa. licet. ex quo concluditur,
quod extra territorium fieri poterit, ad predicta ego induco ea
que eleganter notat Baldus in citatione huiusmodi que per
edictum proponitur contra interesse putantes in. l. testamen
16 tum. C. de testa. † sed contra predicta videretur facere qō not.
Jo. an. in. c. fi. de offi. vica. lib. vj. in nouel. vbi sentit ꝙ ꝯfirma
tio ellectionis non potest fieri ex territoriū, quasi velit ꝙ illud
pertineat ad contentiosam iurisdictionem, sed illud non est con
trarium quia superius dicta non loquūtur de cōfirmatione ele
ctionis, sed tantum de edicto decernendo, qō extraiudiciale cē
setur per predicta, sed quātum ad ipsam confirmationem vel in
stitutionem, domi. in. d. c. fina. facit talem distinctionē, ꝙ que
dam est cōfirmatio que fit in contradictorio iudicio, vt quia cō-
paruit contradictor, ⁊ iudicium est agitatum inter partes, ⁊ tūc
confirmatio obtinet vim sententie iuxta glo. in. d. c. fina. ⁊ ideo
talis confirmatio non poterit fieri extra territorium, quedā ve
ro est confirmatio, vel institutio, que non fit in cōtradictorio iu
dicio, vtpote, quia nullus apparuit contradictor, ⁊ tunc quia ta
lis confirmatio, vel institutio fit sine cause cognitione contradi-
ctoria, est voluntarie iurisdictionis ⁊ poterit fieri extra territo-
rium, ⁊ licet confirmator debeat inquirere de meritis electi, ⁊
de forma electionis ex officio, etiam nullo contradictore com-
parente, non tamen illud in contradictorio iudicio, ⁊ ideo non
minus pertinet ad iurisdictionem voluntariam. nam ⁊ collator
debet inquirere de persona eius, cui debet beneficium confer-
17 re. de preben. graue. ¶ † Ulterius quero an in presentia lega-
ti de latere inferior legatus possit officiū suum exercere, ⁊ hec
questio videtur decidi per. c. volentes. de officio lega. vbi pro-
batur ꝙ non possit. ad idem facit. c. deniqꝫ. xxj. dist. vbi tex. di
cit ꝙ in presentia episcopi non potest benedicere sacerdos. sed
ipsi episcopo debet deferre. ad idem facit capi. antiquam. de
priuilegijs. ⁊. l. finali. ff. de officio proconsul. in contrarium facit
glo. in capitu. ecce. nonagesimaquinta distinctione, vbi dicitur
quod presbiter potest benedicere in presentia episcopi, ad idem
capi. peruenit. vndecima questione prima. ⁊. l. in hac. C. de do-
natio. Hostien. in dicto capitulo volentes. soluens hanc con-
trarietatem dicit, quod quidam est potestas reuerentialis, siue
insignialis, ⁊ hanc non debet exercere inferior in presentia su-
perioris, vt in dicto capitu. deniqꝫ. ⁊ in. d. capitu. antiquā que
dam est potestas iurisdictionalis, ⁊ istā regulariter exercet in
ferior licet maior magistratus sit presens, fallit tamen secundū
eum quando agitur de quadam paritate, vt quia idem officium
conceditur duobus ab eodem superiore, tūc enī statur disposi-
tioni ipsius superioris, ⁊ istum dicit fore casum in dicto capitu.
volentes, sed abbas siculus ibi dicit sibi non placere istam di-
stinctionem quia quatenus loquitur de insignijs, habemus te-
xtū in contrarium in capi. vt apostolice. de priuileg. libro. vj.
vbi abbates quibus est concessus mitrarū vsus, vtuntur eis in
presentia episcoporum qui sunt maiores. Item tex. in. d. capi.
volentes. disponit quod inferior legatus non exerceat potesta
tem suam presente legato de latere, ⁊ hoc propter reuerentiā
sedis apostolice, ergo non pro reuerentia Cardinalis tantum,
⁊ per consequens aliud dicendum est, vbi concurrit reueren-
tia alterius, ⁊ non Pape qua propter ipse concludit quod quis
que potest vti officium sibi iniuncto, ⁊ insignijs sibi cocessis per
superiorem, licet alius maior eo sit presens, fallit si esset presens
his qui sibi concessit, vt in dicto capitulo antiqua. ⁊. l. finali.
prealle. vel nisi aliud a iure disponatur. vt in. d. capi. volentes

sed Bart. in. l. iiij. §. si tam vicinum. ff. de dam. infec. aliter dicit videlicet, ꝙ quidam habent iurisdictionem generaliter delegatam in aliquo casu. ⁊ tunc superueniente maiore, cessat eorum iurisdictio. vt in. d. c. volentes, si vero habent iurisdictionez ordinariam, dicit quod circa insignia, ⁊ similia minor defert maiori, ⁊ non vtitur eo presente. vt in. l. fina. ff. de offi. procon. ⁊ ibi not. ⁊ in dicto capitulo antiqua. de priuile. sed circa ea que pertinent ad iurisdictionis exercitium. non debet cessare, vt in auctentica de defen. ciui. §. nulla. colum. tertia. ⁊ per glosa. C. de pa. sacra. lar. l. nihil. libro. xij. ista distinctio Bar. concordat cum illa Hostiē. preter ꝙ quo ad intellectum dic. capituli vo-
18 lentes. quem Bar. iudicio meo non recte intelligit † quia iurisdictio legati non est gñaliter delegata. vt ipse dicit, sed est ordinaria, vt in. c. ij. de offi. lega. libro. vj. ⁊ ideo crederem verius esse quod ideo in dic. c. volentes, illud est. quia illa iurisdictio licet sit ordinaria est tamen non naturalis, nec ordinario modo inducta sed extraordinario quodammodo, vt dicit glo. in. cle. ij. de offi. or. ⁊ etiam vice superioris puta pape exercet̄. vnde mittendo secundum cum maiori auctoritate, videtur velle in eius presentia minoris auctoritatem suspendere. ad quod multum facit quod inferius dicetur in illa questione an dando secundum legatum videatur reuocare primum, in reliquis vero placet mihi distinctio Hostien. ⁊ Barto. ⁊ ille tex. in dicto capitu. vt apostolice, quem Abbas inducit pro se in insignijs ⁊c. potius facit contra eum, quia ibi vsus mitraruz restringitur ab batibus in presentia episcoporuz, vt maioritas dignitatis in episcopis appareat, ⁊ etiam stat pro hac parte tex. in dicto capitu. deniqꝫ. cui ipse non respondet. illa etiam responsio quam dat
19 ad illud capitu. volentes. non procedit † quoniam nomine sedis apostolice quo ille tex. vtitur nedum venit Papa sed etiā legatus. vt nota. docto. in capitu. si abbatem de electio. libro
20 sexto ⁊ late superius dictum est. † sed pone quod coram minore legato pendebant alique cause, quid faciet de illis superueniente legato de latere. respondeo secundum Specu. titu. de legato. §. superest. versiculo sed quid erit, quod ipse ammodo de illis se non intromittet, quod ego intelligerem quamdiu maior legatus, in prouincia maneret, quasi tunc censeat̄ suspensa eius iurisdictio. per dicuz capitu. volentes, sed maior legatus superueniens de eis cognoscet. ff. de indi. si index. de officio ordinario pastoralis. de eo qui mitti. in posses. causa rei seruan. cum venissent. si tamen aliquas causas delegasset. minor legatus, ⁊ delegati ante aduentum legati de latere de illis cognoscere cepisent continuabunt non obstante aduentu maioris. argumen. capitulo fina. de officio lega. ab illis tamen iudicibus appellabitur ad legatum de latere tanquam ad superiorem succeden-
21 tem in locum primi, † sed quid si dominus Papa primo legato commiserat diuersas causas singulares expresso nomine legationis, ⁊ ipse ante aduentum secundi legati maioris in illis processerat auctoritate apostolica non legationis, nunquid post aduentum secundi poterit in illis procedere, respondet ad hoc Specu. in dicto. §. versicu. sed pone quod poterit hoc facere, vt in capitulo studuisti. de officio lega. de officio ordina. pasto-
22 ralis. §. preterea. † ex quo infero not. limitationem ad dictuz capitu. volentes. vt ille tex. intelligatur de illis que ad minorem legatum pertinent ratione legationis de iure communi, secus autem si ex speciali commissione sibi competerent, per dictum capitu. studuisti. ex quo tex. probatur idem esse, nedum si cepisset illa negocia ante ingressum legati, sed etiam si non cepisset illa, quod iudicio meo foret limitanduz, nisi illa specialiter commissa primo, fuissent etiam secundo legato maiori cōmissa. nam tunc stat ratio dictum capitulum volentes, ⁊ si ille maior legatus exiret prouinciam animo redeundi ad illam, primus nō poterit vti iure suo, quia pro presenti habetur ille maior. Ita tenet Specula. in dicto. §. versi. sed quid si secundus subiungit tamen de mente iuris fore ꝙ ille egressus nō sit nimis longe. ff. de officio presi. l. illud. ⁊ subiungit ipse in versic. sequen. quid si iste de latere, existens in prouincia concedit primo vt suum officium exequatur, respondet quod hoc non poterit, quia etiam si velit a se abdicare imperium non potest. ff. de officio presi. le-
23 gatus. nisi hoc faceret sibi subdelegando. ¶ † Superest nunc tractare de vna questione not. quandoqꝫ enim contingit ꝙ vltra ea que legato competunt de iure cōmuni, habet multa, que sibi competunt iure speciali in vim facultatum sibi concessaruz a sede apostolica, nunquid poterit vti illis facultatibus cum illis, qui non sunt de sua legatione, ⁊ dicendum quod non, quod patet ex prohemio earundem facultatuz vbi dicitur, vt hijs qui sint de legatione tua possis te reddere graciosum, ex quo infertur quod non cum alijs voluit legatum has facultates exerce-
24 re. † nam prohemium arguit mentem disponentis. vt in. l. fina li. ff. de here. institu. Preterea in aliquibus facultatibus ego vidi quod Papa concedit legato, quod possit eis vti cum familiaribus suis, etiam si sint de extra legationem, ex quo innuitur quod in alijs vbi non est expressum, ⁊ etiam in illis expressis cuz illis qui non sunt familiares, non poterit vti, quia quod de vno conceditur, de alio negatur. vt in capi. qualis vigesimaquinta distinctio. ⁊ capi. nouem. de presum. ⁊. l. cum pretor. ff. de indi.
25 † Item cum ista sit iurisdictio delegata in huiusmodi casibus si bi specialiter demandatis non potest prorogari ad personas nō expressas etiam de earum consensu, vt in capi. p. ⁊. g. de officio delega. erat tamen, qui alias in questione facti obijciebat contra hoc, quod de familiaribus dictum est. de glo. capitu. cos
26 de tempo. ordi. libro sexto. † que habet quod episcopus potest familiares suos sine fraude receptos ordinare. quasi per hoc sint subditi sui ad quod respondebam dupliciter. Primo ꝙ illud procedit in episcopo, qui in dioce. sua censetur habere domicilinm, in qua residere tenetur, iuxta not. per Innocen. in capitu. fina. de eo. qui mi. in po. ⁊ in capi. ex ore de priuile. ⁊ per consequens sui familiares cēsentur ibi domiciliari, secus tamen in legato, qui in prouincia sibi decreta non censetur habere domicilium, cum potius tanquam viator ibi permanet. ergo idem in suis familiaribus est dicenduz. Secūdo respondebam quod illa glo. non est simpliciter vera, sed debet intelligi de illis qui totaliter transtulerunt domicilium suū ad dioce. episcopi alias enim promoueri non possent vt in capi. finali. eodem titu. ⁊ li. ⁊ not. lxxj. distinctio. primates ⁊ sic debet intelligi illa glo. secundum Federi. de se. consi. clxxxviij. in hijs autem que competerent legato de latere de iure cōmuni posset exercere potestatem suam cum non subiectis, dummodo legitime eius iurisdictio esset prorogata sicut ⁊ quilibet alius ordinarius potest, vt in l. est receptum. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. ⁊ in. l. prima. ff. de iudi. ⁊ in. l. si qui ex consensu de episcopa. audien. ⁊ capi. significasti. de foro competen. de quo superius in eodem articu-
27 lo dictum est. ¶ † Iuxta predicta autem quero de questione valde necessaria ⁊ vtili legatis cōceditur eis facultas specialis dispensandi in multis casibus p bullas apostolicas, an possint huiusmodi dispensationes facere sine iusta causa. Solutio est ꝙ nō, cuius ratio est, quoniam superior non videt̄ eis concessisse, ꝙ dispensent, nisi cum iusta causa ⁊ adhibita cause cognitione, ⁊ si aliter dispensatur, non valet dispensatio, ⁊ ipse dispēsās peccat, ⁊ punitur. l. di. qui in aliquo, ita tenet Inno. in. c. cū ad monasterium de sta. regu. quem ibi sequuntur omnes docto.
28 tenet etiam in. c. dudum. lo. ij. de elec. † secus tamen dicit esse in papa qui sola voluntate poterit contra iura dispensare, nā si sola ipsius voluntate consistunt iura, ⁊ sola voluntate poterit ea relaxare, item quia ipse non est astrictus legibus, vt in. l. princeps. ff. de legibus ⁊ in. l. digna vox. C. eodem titulo. tamen sicut dicta. l. dicit bene facit si suam legez seruat. Aduerte quia hoc quod de inferioribus dictum est, vt scilicet non dispensent sine legitima causa verum est, sed id quod dicitur de papa, procederet quando ius positiuum esset fundatum in sola principis voluntate, ⁊ non haberet fundamentum super aliqua ratione naturali, ⁊ hoc videtur innuere Innocen. in verbis suis. vnde sanctus Thomus. j. ij. questione nonagesimasecunda. articu. vltimo. vt refert Ioan. and. in. c. de multa. de prebē. dicit ꝙ dispēsatio ex ipso nomine importat commēsurationem boni communis ad singula, vnde gubernator familie, dicitur dispensator, qꝛ dispensat singula singulis, ⁊ tali dispensatore indigemus, qui interdum legem vniuersalem ex causa relaxet, hec autem facultas dispensandi, non cui committenda est, sed illi qui potest legem condere, ⁊ tollere ⁊ sic per papam, vel principem, vel eorum auctoritate facienda est dispensatio. † dispensans autē ha-
29 bere debet intuitum rationis ⁊ boni vniuersi, ⁊ cause propter quam dispensat, que secundum Ioan. andr. vbi supra potest esse triplex scilicet necessitas, vel vtilitas, aut euidens prerogatiua meritorum, si autem nuda voluntate mouetur, nō habens intuitum ad aliquod premissorum, non meretur dici dispensatio sed dissipatio, nec ipse esset prudēs ⁊ fidelis dispensator de quo in Euangelio Luce duodecimo. quis putas est fidelis dispensator ⁊ prudens, quem constituit dominus super familiam suaz quinimmo infidelis est, qui non habet intuitum ad bonum com-
30 mune. Item imprudens non considerando causas, † ex quo sequitur ꝙ quo ad deum non est tutus is cum quo sic dispensatū est ad

est.ad hoc.xi.q.iij.si is qui preest.benefacit.xxiiij.q.j.manet.
31 ⁊ tex.in capi.non debet.de cōsangui.⁊ affi.in prin.†vbi proba
tur ꝙ papa in gradibus ꝯsanguinitatis ⁊ affinita.non dʒ dispē-
sare sine causa ⁊ licet dispensatio concernat fauorem priuati di-
spensans tamen debet ad id moueri propter bonum commu-
ne.nam sublimis,vel literatus,cum quo dispensat,prodesse po
terit multis,ad predicta etiaʒ facit tex.in dicto capi.de multa.
in fine.ibi cum dicit.cum ratio postulauerit. Ad idem quod
not.Hostien.in capitulo quia intantum.de preben. qui indu-
cit beatum Bernar.qui non subsistente rationabili causa ap-
32 pellat illam non dispensationem.sed dissipationem.†Ad ideʒ
etiam facit.quoniam non est data potestas pape ad destructio
nem ecclesie.sed ad edificationem,vt apostolus dicit secunda
Corin.vltimo. Idem tenet Archi.in capi.consequens.xj. di-
33 stin.vbi late prosequitur istum articulum.†Illud tamen apud
omnes indubitatum existit ꝙ in hijs que sunt de iure diuino,
non potest papa sine magna causa dispensare.vt voluit gl.in ca
pitu.non est.de voto.⁊ in.c.quanto.de iure iuran.⁊ est tex. cū
glo.in capitu.⁊ sunt quidam vigesimaquinta questione prima,
⁊ glo.in capi.que ad perpetuam.eadem causa.⁊ questio.⁊ te-
net Innocen.in capitu.cum ad monasterium. de statu regu. ⁊
in capitu.cum inter.p.de renunciatio.⁊ capi. que in ecclesia-
34 rum.de constitutio.⁊ glo.in capitulo auctoritatem.v.q.vj.†ex
quo nimium decipiuntur,qui putant,quod cum papa non com
mititur simonia.quoniam committitur saltem in hijs que sunt
probibita,quia simoniaca,licet secus sit in hijs que sunt simo-
niaca,quia probibita.de quibus per glo. in.c.ex parte. il pri-
35 mo.de offi. delega.⁊ in capitulo cum pridem.de pac. †sunt au
tem probibita, qꝛ simoniaca illa que in veteri vel in nouo testa
mento vendi sunt probibita,prout dicunt glo.predicte , qualia
36 sunt sacramenta.†quid auteʒ in beneficijs ecclesiasticis. ⁊ Ab
bas siculus.in capiulo.j.de simo.tenet ꝙ si habent vsum cla-
uium,aut executionem alicuius ordinis annexam,committitur
in eis simonia de iure diuino. Itaqꝫ nec papa in his excusare-
tur.de quo vide per eum late ibi,⁊ in.c.extirpande.§.qui vero.
de prebendis.vbi tandem idem concludit. Idem tenet sanctus
37 Tho.secunda secunde questio.c.arti.iiij.†vbi dicit ꝙ babe-
re beneficia ecclesiastica dicitur spiritualibus annexum quasi
ab eis dependens.non enim competit nisi babenti ordinem cle
ricalem,⁊ per consequens huiusmodi non possunt esse sine spi-
ritualibus.⁊ propter boc ea nullo modo vendere licet quia eis
38 venditis intelliguntur etiaʒ spiritualia venditioni subijci,†⁊ in
eadem questio.arti.i.dicit ꝙ papa potest incurrere vitium si-
monie.sicut ⁊ quilibet alius.imo in eo peccatum grauius esset
quanto maiores inter alios obtinet locum. quamuis enim res
ecclesie sint eius ⁊ principalis dispensatoris non tamē sunt eius
vt domini.boc vltimum tenet etiam Arcbidia.in capi.non de
39 cet.xij.distinctione. † in hijs autem que sunt simoniaca qꝛ pro-
bibita,vtpote illa que a iure tantuʒ positiuo sunt vendi probi-
bita,papa non committeret simoniam vt dicunt glo.predicte,⁊
est ratio quia ipse non subijcitur iuri positiuo.cum sit supra le-
gem.C.de legi.digna vox.in.§.fina.quib.mod.testa.infir.infe-
rior tamen qui cum eo contraberet bene ligaretur etiam penis
iuris positiui.iuxta ea que dixi late in simili questione tradidit
Joan.and.in regu.cui licet.de regulis iuris lib.vj.in mercur.
40 nisi appareret ꝙ cum eo voluit dispensare.† que tamen dispen
satio etiam contra ius positiuum non suffragaretur quantum
ad deum,immo ⁊ dispensantem,⁊ eum cum quo dispensatur, li
garet,nisi cum iusta causa fieret. iuxta ea que paulo ante dixi-
mus.⁊ etiaʒ vt dicit Joan. an.post Hostien.in dicto.c.i.de si-
mo.quia istud est species mali,⁊ ideo vitandum iuxta aposto-
lum,vt in capitulo cum ab omni.de vita ⁊ honesta.cleri.⁊ pro-
pter scandalum,⁊ exemplum aliorū deberet papa,⁊ curia Ro
mana ab hijs pre ceteris abstinere de voto magno. de re iudi-
41 ca.in causis.†Idem dicit Innocen.in capitu.primo ne prela.
vi.su.circa vendenda officia,que non babent iurisdictionē spi-
ritualeʒ annexam.sed sunt in mera temporalitate,licet enim in
eis non committatur simonia tamen abstinendum est a vendi-
tione propter speciem mali.in babentibus tamen iurisdictionē
annexam spiritualem cōmitteretur simonia.per dictū capi.pri-
mū ⁊ secundū.ne prela.vi.suas.⁊ per glo.in summa.i. qō.iij.⁊
42 ibi Arcbidia. Idem no.glo.ea.ca.⁊.q.c.saluator. ¶ †Ex bis
infertur ad questionem. Papa concedit legato facultateʒ,pro
ut ego vidi,ꝙ omnia ablata incerta applicet camere apostoli-
ce in expeditionem contra turcos.an licite ⁊ secundum Deum
istud fieri valeat,⁊ per predicta videtur dicendum ꝙ sic. dum
tamen re vera in illos vsus conuertatur. alias autem cum ad
pauperes ista pertineāt,vt in.c.cum tu.de vsu.⁊.xiiij.questio.
v.non sane.non esset tutum quantum ad Deum, ipsos frauda
re.ad quod facit in simili questio disputata de qua per Joan.
and.in capitulo finali de testamen.libro sexto.in nouella adde
43 etiam quod dicit Hostien.in dicto capitulo cum tu.†vbi tenet
quod hec erogatio potius facienda est pauperibus illius loci,
in quo datum est damnum,vbi erant illi,quibus restitutio erat
fienda,quam extraneis.tum quia melius est quod vicini vtili-
tatem sentiant quam extranei.C.de serui.l.secunda.⁊.l.preses.
tum quia verisimilius est,quod inter illos inueniretur is,cui dā
num datum est vel eius heres quam inter extraneos. istud ta-
men est de consilio.non de necessitate,vnde si in alios paupe-
res fieret distributio, satis esset secundum Federi.consi.xxxiij.
44 †⁊ si esset spes,ꝙ possent reperiri ille certe persone,quibus est
fienda restitutio non deberet episcopus ad quem pertinet bo-
rum incertorum distributio,⁊ per consequens legatus,qui bu-
iusmodi facultatem baberet nimium festinare in occupandis
buiusmodi rebus.vt voluit Lapus alle.xxiij.

SVMMARIVM

1 Legati iurisdictio ad certum tempus data eo finito,expirat.
2 Legati gesta post reuocationem ante notitiam valent.
Limita vt.j.numero.5.
3 Gesta per delegatum reuocatum valent,anteꝙ̄ reuocatio ad eius notitiam perueniant.
4 Error communis gesta per eum,qui etiam non babet potestatem,valere facit.
5 Decreti irritantis clausala ignorantes ligat.
6 Legatus notitiam sue reuocationis babere non presumitur, et si publice sit facta.
7 Legati potestas per egressum prouincie,si reuersurus non est, expirat.
8 Legatus postꝙ̄ reuocatus est,causas incb oatas per eum vel auditorem suum proficere non potest.
Legatus prouinciaʒ egrediens,si statim reuersurus sit,eius iurisdictio non finitur.
9 Legatus si a papa vocatus exierit , absqꝫ speciali mandato redire non debet.
10 Legati iurisdictio finitur quo ad negotium,quod ad Papam retulit.
11 Legati morte eius legatio personalis finitur.
12 Legati potestas an mittentis obitu expiret.
13 Legati potestas babentis speciales facultates circa dispensationes faciendas,qui earum virtute cum aliquis dispensauit,an ex boc sit perpetuata,vt morte pontificis superueniēte cum alijs dispensare possit.
14 Cardinalium cetus sede vacante an legatum reuocare possit.
15 Minor quandoqꝫ maioris factum reuocat.
16 Legatus legationi sue sine licentia eius,qui eum misit renunciare non potest.
17 Legatus primus per dationem secundi reuocatus non censet.
18 Tutor in testamento datus non reuocatur per secundum in codicillis datum.
19 Procurator primus quare per secundi dationem reuocetur,⁊ non per dationem secundi tutoris,⁊ legati.
20 Legati minoris auctoritas non reuocatur per superuenientiaʒ maioris,sed suspenditur.
21 Legati statuta perpetuo durant.
Legati indulgentie perpetuo durant.
Philosophi dixisse. P. R. vos non latet finis est ratio, & regula eorum, que sunt ad finem, ob id cum beatitudo sit vltimus, ac omnium perfectissi. finis ad ipsam quilibet peruenire conari deberet, verum propter hominis imbecillitatem, qui potius humanis, q̃ diuinis detinetur desiderijs, ecclesia ipsa filios genuit, quos pro apostolis super omnem terram Episcopos constituit, vt ipsi vite, ac integerrimo morũ exemplo, regiminis potestate, & cõmuni omnium vtilitate patres imitentur antiquos, in quorũ sedibus, ipsi positi fuerunt. vnde ne nesciatis quid vobis faciendum sit, in actibus apostolorum legitis, attẽdite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiã Dei, quã Christus sanguine suo acquisiuit. ex vestra igitur doctrina, & sanctissimis monitis Christi fideles varijs redduntur ornati virtutibus, & q̃uis in hac vita nihil difficilius, nihil laboriosius, nihilue periculosius sit Episcopi officio, cum homines sint a natura procliniores ad malum apud deum, tamen nihil beatius si militetur eo modo, quo Imperator noster Jesus Christus precipit. memores enim esse debent episcopi nominis Christi, nec non agnoscere ecclesiastice primordia monarchie, ad quã Christi auspicijs ipsi peruenerunt, vt bene super cathedram sedere, ac honorem cathedre accipere valeant, non autẽ ipsam iniuria afficiant. quo circa optimi, ac integerrimi antistites, cũ humeris vestris onus huiusmodi impositum fuisse cognoscatis, ad gregem vobis diuinitus commissum die, noctuq; attendere studeatis, quo digni regnantium cum Christo cathedram teneatis, quam quidẽ tenentes, nec digni, nec sanctorum filij dicuntur, nisi eorum opera exerceant. cum autem inter cetera domum dei non domũ orationis sed prophanam rem esse perspiciatis, maximum vobis exhibetur negotium, quoniam si Christus in templo lapidibus insensatis constructo ad correctionẽ populi, vendentes, & ementes de ipso eiecit, mensas euertit, ac cathedras dissipauit, eo magis cũ in templo dei que dicitur Christi ecclesia, viuis ex lapidibus cõstructa videatis multos nomine sacerdotes, paucos vero re, qui militantes secundum carnem, & contra ipsius Jesu Christi imperatoris nostri precepta ecclesiam ipsam cõtemnunt, vos ad ipsorum correctionem accingi necesse est. verũ enim vero cum sitis ipsi pastores gregem vobis cõmissum orationis clipeo tueri debetis, & sicut ille samaritanus illius seminiui relicti, & in stabulũ conducti, vulneribus infundendo vinum, & oleum medicamenta adhibuit, ita & vos gregi vestro vulnerato ea medicamẽta adhibere studeatis, quibus etiam vsus fuit Moyses in Israeliticum populum, qui grauiter peccauerat ante oculos Dei, ipse autem cum preesset populo peccanti, & dixisset, descende, peccauit populus tuus, obicem se ad impetum Dei irascentis opposuit, quo quidem temperamento (vt decet presules) quottidie vti non desinatis contra cõtemptores ecclesie Christi quandoq; districtione gladij, quo feriantur, quandoq; cõsolatione baculi, quo sustententur, quandoq; amore non tamen emoliente, quandoq; rigore non tamen exasperante vtamini, quia tamen charitas refriguit, vbi iniquitas abundare cepit durã videmini cepisse prouinciã. Sed patres optimi, ne subtilibus, ac longe repetitis argumentis diu vobiscum agam attendite Petrum, & Paulũ, tunc enĩ nihil difficile, nihil laboriosum, nihil periculosum vobis videbitur, nam ex huiusmodi difficultate, labore, & periculo finẽ beatitudinis optatũ, ac legitime certantibus, promissum consequemini. Nec vos moueat, deterreatq; q̃ vt capita videamini quãdoq; a membris derelicti, & ob id cum ipsis, ceterisq; clericis quandoq; disceptare, & iudicio cõtendere vobis necesse sit, quia virtus in infirmitate perficit̃, nec huiusmodi disputationes, siue contentiones tanti esse debent, vt scindatur charitas, quin potius firmi ferratis infirmos, vnde cognoscite vos episcopos diuinitus velut Aaron vocatos, tũc & ipsi se esse vestra membra cognoscent, subditi enim solent castigato capite ad illius exemplũ resipiscere, & tandem corpus vnum cognoscetur omnes autem membra Christi. intelligatis quid tuendum, & quid vobis cauendum fuerit. vnde licet parum, aut nihil ocij ad scribendũ habeã, quia tamen vos, seu vestrum nonnullos in huiusmodi disceptationibus, & contentionibus, quandoq; vidi, videoq; multum laborare, contra quosdam qui priuilegiorũ pretextu se exemptos a vestris iurisdictionibus iactitant, vt ocio, luxuq; vite vitã ducant, atq; priuilegiorum huiusmodi supercilio tumentes vitiorũ caligine teneantur ne lumen veritatis videant, multa ac diligenti vigilãtia deo quidẽ auspice vobis ostendere volui, & vires exemptionis, & vestre iurisdictionis efficaciam, vt vos per iustitie studium expergiscamini, ne vos quoq; in magnum negligentie malum cum illis prolabamini, & vt ipsi caueant amota caligine ne suis priuilegijs in periculosum errorẽ, ac indies ad deteriora seipsos inducant. que quidem omnia, omniũ pace scripsisse voluerim licet sit onus meis ingenij viribus impar, sed quoniam inter cetera multi pretextu prothonotariatus apostolici dicunt se ab ordinarijs exemptos, ideo multa de exemptione, & de ipsius prothonota. prerogatiua explicare studui, presertim cum ea, aliaq;, super quibus, questiones sepius oriuntur (liceat vera loqui) plenissime nouerim expertus. ea igit̃ omnia, & singula legatis, vos rogatos velim, & lecta vestro muniri subsidio procuretis, nõ enĩ me latet eos, qui scribunt, multos sibi iudices ascribeñ, sed certe eos iudices desidero, qui bonas (vt aiunt) calent literas, nam & melioribus, & doctioribus cedere minime dedignabor, ceterum vt ea, que scripsi in incerto vagari nõ videantur, cuiusdam priuilegij Leonini summam premittendam duxi eo namq; cognito, facilius cognosci poterit ab omnibus, recte quidem sentientibus, quis vere dicat̃ exemptus ratione prothonotariatus apostolici, ac alio quouis modo. nec nouũ, mirumue vobis videri dz quare Leoninũ priuilegiũ intercetera elegerim olim. R. D. Canonicis flore. ꝯcessum, nã si & ꝯcedentis sanctitatẽ, magnificentiã, ac in omnes liberalitatem maximam, ipsorumq; canonicoꝝ nobilitatẽ, integritatẽ, ac singuloꝝ honestatẽ, virtutemq; eximiã ꝑpenderitis, certe mirari desinetis. vt igit̃ opusculũ preclarius, & cõmendatius teneat̃, quo nobiliori, ac illustriori exẽplo, ac fundamẽto solidat̃, ipsius Leonini priuilegij exẽplo, ceu numine quodã terrestri vti. malui, ab ipso nãq; velut summo principio pẽdẽt quecũq; scripsi, iõ huic veluti auctori ab oibus ferretur acceptũ ꝗcq̃d, vnq̃ in hoc meo pastorali clipeo vtilitatis repertũ fuerit.

¶ Summa Leonini priuilegij olim. R. D. Canonicis Florentinis concessi.

Leo Papa. x. cupiens vt ecclesia Flor. per pie memo. Eugeniũ Papã. iiij. manibus proprijs ꝯsecrata, i qua qnq; dignitates, & triginta septẽ canonicatus, & totidẽ prebẽde, quoꝝ maior pars de iure patronatus laicoꝝ, vcȝ artis lane ciuitatis Florẽ. & aliorũ ciuiũ dicte ciuitatis existunt ꝑ nobiliores, ac locupletiores dicte ciuitatis ciues obtineri soliti, ac qnquaginta, & vltra capellanie ꝑpetue, seu simplicia beneficia ꝯstituta esse noscebant̃, ac in qua idẽ Leo ꝓdecessor, dũ in minorib. eẽt canonicus fuerat, & ad quã anteq̃ dies elucescat vsq; ad vesperas Christi fideliũ multitudo ad inibi missas, & alia diuina officia audiẽdũ innume. ꝯfluebat, ꝓamplius decoraret̃, ac eorũdẽ fideliũ deuotio, & ꝯcursus cũ spirituali ꝯsolatiõe augeret̃, & ꝓ salute animaꝝ fideliũ, tã viuoꝝ, q̃ mortuoꝝ preces ad deũ copiosius effunderent̃, ꝯsideratione, seu respectu re. memo. Cle. pape. vij. q tunc in minorib. ꝯstitutus dicte ecclesie ex dispẽsatione, & ꝯcessione apostolica preerat inductus motu ꝓprio, & ex certa scientia ꝑ suas in forma breuis literas Archidiacono, & capitulo dicte ecclesie directas perpetuo statuit, & ordinauit, q̃ ex tũc de cetero ꝑpetuis futuris temporibus ꝑ hec verba, vcȝ. Uos filij archidiacone, ac alij in dicta ecclesia ꝓ tpe dignitates obtinẽtes, ac illius canonici ꝓ tpe existẽtes, nostri, & dicte sedis notarij sitis, & esse cẽseamini, ac rocheto, cappa, & habitu ꝑ dicte se. notarios de nu. participantiũ gestari solito vti, & quoties vobis placuerit vti libere possitis, illũq;, ac rochetũ, & cappã huiusmodi in choro dicte ecclesie qñ diuinis, & ꝓcessiõibus, ac funeralibus, interessetis, & alijs in qbusuis actibus, in qbus, cũ cotis, & almutijs interesse catenus ꝯsueueratis, Necnõ vobis, & qlibet vestꝝ dignitates, canonicatus, & ꝓbẽdas ꝓ tpe obtinẽtes oibus, & singulis honorib. libertatib. imunitati. exẽptiõib. gratijs, fauorib. & indultis, qbus ceteri dicte se. notarij ẽt de dicto participãtiũ nu. existẽtes, vtebant̃, potiebantur, & gaudebãt, ac vti, potiri, & gaudere poterãt quomodolibet in futurũ sine tñ eorũdẽ de nu. participantiũ existentiũ notarioꝝ huiusmodi preiudicio vti, potiri, & gaudere. & hec de priuilegio hactenus quo ad rem nostram, cetera, que in rescripto continentur ommitto causa breuitatis, & quia sunt extra rem nostram.

Argumentum in Clipeum pastoralem per dominum Antonium de pretis de Consilice.



V T clipeum hunc pastoralem doctissime lector libentius intuearis, ⁊ te intuentem spes pulcherrima foueat, argumentum istud legere te minime pigebit. In his enim que in ipso continentur clipeo diligenter legendis viam oculis ignorãtie caligine opertis apertam inuenies. Nam.

In.j.c. agitur de exemptiõe in genere ⁊ de rõne inscriptiõis opusculi.

In.ij.c. de formis exemptionem prestantibus, ⁊ quomodo fiat populus, capitulum, ⁊ collegium.

In.c.iij. de noua, ⁊ pulchra Theorica canonicatus, ⁊ canonicorum, ac ipsorum vt singulorum exemptione ad capitulũ non extendenda.

In.iiij.c. de rõne fina. priuilegij protho. exemptionẽ excludẽte.

In.v.c. de auctoritate capituli in condendis statutis, ⁊ differentia iuris antiqui, ⁊ extrauagan. Pauli.ij.

In.vj.c. de maioritate inter perso. eccle. ⁊ de precedentia Vicarij, Episcopi, de Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Cardinalibus, ⁊ de multis alijs in materia notabilibus.

In.vij.c. de vnitate, seu vnione Episcopi, ⁊ Vicarij subtilis, ⁊ noua inuestigatio, ⁊ ꝙ Vicarius, ⁊ Episcopus non sunt duo capita.

In.viij.c. de nouo intellectu concilij lateraneñ. in.x. sessione in materia prothonotariatus apostolici, ⁊ decisione exemptionis de qua in Leoni. priui. ⁊ protbonotariorum nobilitate.

De exemptione in genere. Et de ratione inscripti opusculi.

SVMMARIVM

1 Quid sit exemptio, ⁊ de eius diffinitione.
2 Episcopus dicitur max. ordinarius, ⁊ fundat suam iurisdictionẽ de iure communi in tota sua diocesi, ⁊ in qualibet eius parte.
3 Capella edificata fit in potestate Episcopi in cuius territorio posita est, ⁊ appellatiõe ordinarij comprehendit Episcopus.
4 Eadem est ratio ordinarij inferioris, que est ipsius episcopi, quo ad subiectionem, ⁊ collationem.
5 Testator edificans capellam non potest eam eximere ab episcopi potestate.
6 Testator facere non potest quin leges in suis casibus locũ habeant.
7 Episcopus potest Capellanum amouibilem positum in capella per testatorem facere perpetuum.
8 Exemptio est strictissimi iuris, ⁊ odiosa ideo restringẽda, ⁊ quare libellus inscribatur clipeus pastoralis.
9 In preiudicium tertij strictissime est procedendum.
10 Cum incommodo alicuius quicꝙ fieri non debet, etiam de principis licentia.
11 Clausula de plenitudine potestatis, ⁊ ex certa scientia nunꝙ intelligitur in preiudicium tertij.
12 Clausula appellatio. remota non intelligitur respectu tertij, etiã si statutum appellationem remoueat.
13 Statutum tribuens exequutionem instrumento guarentigiato non habet locum quando agitur hypotecaria.
14 Omnis recessus a iure communi est odiosus.
15 Dispensationes sunt stricti iuris.
16 Quando constat de mente principis rescriptum non reducitur ad intellectum iuris, sed forma est seruanda etiam dura, ⁊ dispensatio extenditur, ad inclusa, ⁊ annexa.
17 Papa, vel alius princeps in dubio nunꝙ videtur velle auferre ius alteri quesitum.
18 Verba Pape, vel alterius principis, ita debent stricte intelligi, vt minus ꝙ possint ledant ius commune.
19 Priuilegia exemptionis eaꝫ non includunt ratione rei, contractus, ⁊ delicti in locis non exemptis.
20 Priuilegium si nihil aliud operaretur non est ita stricte interpretandum.
21 Priuilegium continens, ⁊ fauorem, ⁊ odium, dicitur odiosum.
22 Princeps vult actus suos regulari a iustitia fori, ⁊ poli.
23 Princeps non intendit propter modicum excessuꝫ vituperari.
24 Clausule motus proprij, ⁊ ex certa scientia non operantur, vbi agitur de interesse tertij.
25 Clausule predicte inter se differunt.

Capitulum primum.

Vm in hoc pastorali clipeo principaliter agatur de exemptione, videamus necesse est iux. Ciceronis preceptum lib.j. offic. ⁊ Alexan. in Rubri. de offic. eius. colum. iij. quid sit exemptio, vt intelligatur id, de quo disputatur, quod etiam fecit Vulpian. in.l.j.ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊
1 in.l.j.ff. si cer. peta. † Exemptio igitur est quedam libertas, qua exemptus eripitur, vel liberatur ab ordinarij iurisdictione. hanc diffinitionem magistraliter ponit glo. in.c. cum olim el primo, versicu. diocesani de priuile. ⁊ ibi dominus Abbas, quem sequitur dominus Philippus decius in consi. cxiij. col. penul. ⁊ idẽ in consi. clij. col.j. ⁊ Dominicus in.c. si papa de priuileg. lib.vj. dicit ꝙ exemptio libertas appellatur, vbicunqꝫ igitur est libertas. ibi est exemptio, ⁊ sic diffinitio conuertitur cuꝫ suo diffinito,
2 ratio autem videtur esse, quia Episcopus, † qui maxime dicitur ordinarius, fundat intentionem, seu iurisdictionem suam de iure communi in tota sua diocesi, ⁊ in qualibet eius parte, ⁊ eodem modo Archiepiscopus fundat intentum suum in ecclesijs sitis in sua prouintia quo ad archiepiscopalem iurisdictionem, vel potestatem, ⁊ in sitis in eius diocesi quo ad episcopalem, vt notat Anto. de cau. posse. c. fina. colum.j. de episcopo autem est tex. in.c. cum episcopus de offic. ordina. lib.vj. ⁊ patet.x. questio.j. per totam causam iuncto.c. omnes basilice.xvj. quest.vij. ⁊ hoc tenet Abbas in capitu. cum capella. de priuile. ipse namqꝫ ratione territorij regulariter habet iurisdictionem ordinariam contra omnes de suo territorio, seu diocesi capitu. cum contingat de foro competen. quia territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusqꝫ ciuitatis, ⁊ dicitur secundum quosdam, quia magistratus eius loci intra suos fines habent ius terrendi.i. submouendi.l. pupillus.§. territorium.ff. de verbo. significatio. glos. in capit. fina. de consti. in.vj. ⁊ regulariter episcopus habet disponere, ⁊ conferre omnia beneficia existentia in sua diocesi notat Roma. in consi. ccccxxix. episcopo enim sunt subiecta, quã subiectionem episcopus probat duobus medijs. Primo per accessum synodum per prelatum. Secundo per solutio. census vt no. in dicto.c.ti. quo ad subiectionem vniuersalẽ, ⁊ quia dixi, ꝙ episcopus est maxime ordinarius sciendum est, ꝙ appellatione ordinarij comprehenditur episcopus in his que pertinent ad episcopum dicit Archidiac. de offi. ordina. lib.vj. ⁊ Anto. de but.
3 in capitu. consultationibus de iure patrona. † vnde edificata, ⁊ dotata Capella etiam secundum dispositioneꝫ testatoris statim fit in potestate Episcopi, in cuius territorio posita est. d.c. omnes basilice, ⁊ capi. cum ex iniuncto in fi. de hereti. ⁊ est dictum Innocen. in. capitu. cum venerabilis per illum textum, de excep
4 tio. ⁊ cordi. in consi. cxviij. duo videnda. in fi. † ⁊ quod dicitur de episcopo idem est de alio inferiori ordinario quo ad subiectionem, ⁊ collationem glos. in clementi.j. versicu. ordinarium, vbi Immo. ⁊ Card. questio. xiiij. vt lib. penulti. cum multis alijs, de quibus per Decium in consi. cxxj. colum.j. ⁊ sic iurisdictio epi
5 scopi est adeo fauorabilis, † ꝙ testator edificans Capellam non potest eam eximere ab episcopi potestate dicit Bart. in.l. quoties.§. fina.ff. de administratio. tuto. ⁊ notat Abbas in.c. cum dilectus in. iiij. not. de consue. cum ergo statim post mortem testatoris erecta fuerit, ⁊ dotata capella, ⁊ ad dispositioneꝫ ordinarij (vt dictum est) pertineat, non potuit testator in preiudicium ordinarij, aliquid statuere, ⁊ impedire quominus ibi Capellanus cõ
6 stituat, † qꝛ testator facere non põt quin leges in suis casibus lo
7 cum habeant.l. nemo põt.ff. de lega.j. † ⁊ propterea eps, capellanum amouibilem per testatorẽ in capella positũ, perpetuũ facere potest per ea, que not. Immo. in.l.j.ff. de condi. institu. ⁊ pro hoc facit consilium Pauli de cast. consi. ccclviij. lib.j. ⁊ ita iudicauit Rota, vt per Lud. gomes. super regu. de triena. posse. q. xxxij. nec etiã aliqua ecclesia sine auctoritate epi edificari debet etiam si edificans esset exemptus de consecra. distin.j.c. nemo, ⁊ si fuerit de facto edificata Episcopus eam reuocabit ad suum dominium dicit glo. in cap. cum olim in ver. reuocari. de priuil. ⁊ excessi. priuile. sed redeũdo ad principalẽ materiam, cũ exemptio

ptio sit iurisdictionis priuatio, et libertatis concessio secundum
8 Dominicum in. c. j. de priuile. in. vj. in primo. not. sequitur, † quod
est strictissimi iuris, et odiosa ideo restringenda cum preiudicet
iuri ordinariorum dicit dominus Abbas in. c. cum dilectus de
donatio. cum igitur exemptio redundet in damnum pastorale, pre
sertim quando quis ea nimis licenter velit abuti, ideo eps vt suam
iurisdictionem velut proprium corpus tueatur, et defendat, vti-
tur clipeo ad instar scuti maioris totum corpus defendentis,
quemadmodum olim pedites, clipeis, et equites scutis vteban-
tur, ob id non immerito hoc opusculum inscribitur clipeus pa-
storalis, defendit enim pastoralem iurisdictionem contra presum-
ptam exemptionem sicut tuetur episcopus populum orationis
clipeo dicit tex. in. c. fertur. j. q. j. vbi dicitur vulnerato pastore
quis curandis ouibus adhibet medicinam, aut quomodo popu
lum orationis clipeo, tueatur qui iaculis hostium se feriendum
exponit, et sicut baculo pastorali custodit gregem sibi comissum
dicit Archidia. in. c. disciplina. xlv. distin. vt habetur his versi
bus, In baculi forma presul datur hec tibi norma. Attrahe per pri
mum medio rege, punge per imum. Attrahe peccantes rege iu-
stos punge vagantes, sed in concilio episcopus in presentia Pa-
pe, et superioris baculo non vtitur cum plenitudo custodie sit Pa
pe comissa, alijs autem in partem sollicitudinis, vt habetur in. c.
ad honorem de aucto. et vsu pal. ideo in eius presentia episcopus
eo non vtitur, sed sequendo materiam propositam, dico quod exem-
ptio est odiosa, et stricti iuris, ideo restringenda. Quod quidem
9 primo probatur, † quia in preiudicium tertij strictissime semper
est procedendum. l. ij. §. siquis a principe. ff. ne quid in lo. pu. nam
siquis simpliciter impetrauerit a principe vt possit edificare in
loco publico, credendum est eum ita posse ex huiusmodi licentia
10 edificare, † vt cum incommodo alicuius id non fiat etiam de li-
centia principis nisi expresse diceretur in rescripto, hoc idem ha-
betur in. c. cum dilectus de consuetu. vt in beneficialibus. in. c.
c. pen. et fina. de preben. lib. vj. vt late per Jo. staphi. in tracta.
de literis gra. et insti. fo. iij. et in huiusmodi concessionibus, seu pri
uilegijs semper intelligendum est quod Papa vel princeps sic co
cessit vel priuilegium indulsit vt non ledat siue impediat iustitiam
alicuius. dicit glo. in. c. petentibus argu. illius tex. de priuileg.
vnde licet quis regulariter possit non solum in suo fundo, sed et
in alieno venari, aucupari, vel piscari. institut. de re. diui. §. fere
autem, intelligitur dummodo fundo alieno damnum non inferat,
hoc autem probatur per text. in. l. quosdam. C. de metal. lib. xj.
vbi denegatur copia perquirendi saxa humo operta si defossis in
altum cuniculis alienarum edium fundamenta labefactent, pre
11 iudicium ergo tertij preceteris considerandum est, hinc est, † quod
clausule, que solent apponi in rescriptis, videlicet de plenitudi-
ne potestatis et ex certa scientia nunquam intelliguntur in preiudicium
tertij, cui non presumitur, quod princeps voluerit preiudicare. c.
sup eo de offic. delega. c. ex tenore de aucto. et vsu pa. et illa clau
12 sula in rescriptis, etiam apponi solita videlicet appellatione † re-
mota non intelligitur respectu tertij etiam si statutum appella-
tionem remoueat. d. c. super eo not. Bar. in. l. j. §. interdum. ver.
quero imperator. ff. a qui. appe. non lice. facit glo. in. l. creditor
in prin. ff. manda. que dicit in versi. posse. quod titulus. ff. nil no. ap-
13 pella. penden. non habet locum respectu tertij, et statutum, † tri-
buens exequtionem instrumento guarentigiato non habet locum
quando agitur hypothecaria contra tertium possessorem vt no.
Bal. in. l. j. col. j. C. communia de le. et ita tenet Deci. vbi multa
14 allegat in consi. cxxxix. col. iij. cum seq. ij. probatur † quia omnis
recessus a iure communi, prout in casu exemptionis est odiosus,
ideo restringendus, quod etiam fieri videmus in dispensationi-
15 bus, † sunt ipse quoque dispensationes stricti iuris, quia deuiant a
iure communi. c. quod dilectio de consang. et affi. c. j. et ij. de fi. presb.
in. vj. gl. in. c. ordinarij de offi. ordi. eo. lib. dominus Abbas in.
c. olim de verb. signi. et predicta procedunt in dubio, quando non
constat de mente concedentis. d. §. si quis a principe, vbi enim co
stat de mente principis tunc ipsius mens debet attendi. c. porro.
c. accepimus de priuile. vbi dicit dominus Abbas, quod priuilegij
16 continentia seruanda est, † nam quando constat de mente Pa-
pe, vel alterius principis, tunc rescriptum non reducitur ad in-
tellectum iuris communis, sed forma eius est seruanda licet sit
dura vt notab. tradit Anto. de butr. in. c. ex parte el secundo in
glo. j. de foro competen. facit text. in. c. in memoriam. xix. distin
ctio. non ommitto, quod licet dispensatio sit stricte interpretanda, et
tanquam odiosa non extendenda in diuersis, et separatis speciebus,
tamen secus est in inclusis, et annexis vt not. Joan. and. in addi.
Specula. in titu. de leg. §. fina. et idem dicendum in consequenti-
uis, vt not. glo. in. c. quia in tantum. de preben. quia consequenti-
ua dicuntur inclusa, et connexa, nam quando quis fuit per Pa-
pam dispensatus, vt non teneatur se facere ad ordines promoue
ri, ita debet habere vocem in capitulo, et percipere quottidianas
distributiones, nisi consuetudo contrarietur, ac si promotus esset,
quia per Papam impedimentum fuit sublatum not. Joan. and.
in cle. vt hi qui de etate, et qualitate. in glos. annexe. ea enim sunt
annexa, et inclusa, non autem separata, quod autem exemptio debeat
strictius interpretari. iij. probatur per ea que dicit Barto. per
illum textum in. l. j. C. de legi. Joan. andr. et Anto. de butr. in. c.
cum olim de priui. et per textum in. c. priuilegia. iij. distinc. quod
etiam sequitur glo. in. c. j. de constitutio. in. vj. prout in terminis
consuluit Oldra. in consi. cclxviij. et Roma. in consi. clxxx. in fi.
et Innocen. in pluribus locis, et hoc procedit quando vt dixi, pre
17 iudicando tertio receditur a iure communi, † quoniam Papa,
vel alius princeps in dubio nunquam videtur velle aufferre ius al-
teri quesitum, nisi dicat expresse. d. §. siquis a principe, et. c. super
18 eo de officio delega. quinimmo semper verba † Pape vel alte
rius principis ita debent restringi vt minus quam possint ledant ius
commune, et ne tertio preiudicium inferratur, hoc dicunt Mo-
derni in dicto. c. super eo. qui tex. quottidie allegatur, dicit do-
minus Abbas, et hoc adeo verum est quod quamuis exemptionis pri-
19 uilegium sit latum, † non tamen includit exemptionem ratione
rei, ratione contractus, et ratione delicti in locis non exemptis,
nam dictis rationibus, etiam contra alias exemptos ordinarius
sua vtitur iurisdictione, de. j. et ij. est tex. et docto. ibi in. c. roma-
na. §. contrahentes de foro competenti lib. vj. de. iij. est glos. in
clementi. pastoralis de re iudi. et domi. in dicto. c. j. de priuile.
in. vj. et de omnibus est glo. magistralis in. c. tuarum nos in ver.
priuilegij. de priuileg. et excessi. priuileg. vbi latissime limitatur
tamen dicta conclusio de stricta interpretatione facienda nisi, si
20 non preiudicaret tertio † priuilegium nihil aliud operaretur
quia ita stricte priuilegium non est interpretandum quod receda-
tur a verbis et quod nihil conferat dicit Joan. and. in. c. causam de
rescriptis, et hoc modo intelligitur decisio Lapi in allega. cxxx.
quod dubij colum. fina. versicu. ad aliud, vbi dicit quod siquis habet li
centiam a Papa vt possit promoueri a quocunque antistite, vt se
pius contingit, non requiritur licentia prelati sui quia priuilegium
Pape nihil operaretur et sic etiam intelligitur quod dicit dominus
Abbas in consil. lxxxiij. illud in summa colum. fina. secundum
Fely. in. d. c. super eo. vnde dicit Bald. in. l. j. in. j. col. de con-
stituti. quod si Papa dat aliquid, vel confirmat intelligitur sem-
per saluo iure alterius per allegata ibi per eum, et dicta conclu-
sio de stricta interpretatione. Primo ampliatur quando in pri-
21 uilegio, † concurrit ratio fauoris, et odij nihilominus priuilegium
presumitur odiosum per textum in. c. vlti. de sententia excommu
22 nica. in. vj. † quia Princeps vult omnes actus suos regulari a
23 iustitia, et fori, et poli, † nec vnquam intendit propter modicum exces
sum vituperari. l. quoties. C. de preci. impera. offer. cum in prin-
cipe iustitia sit sicut virtus architetonica quasi imperans et pre-
cipiens quod iustum est, ideo non mirum si actus principis regu
letur a iustitia. Secundo ampliatur quando priuilegium conce
ditur motu proprio, et ex certa scientia, vt per Abba. et alios in.
c. causamque el secundo de testi. et per Decium in. d. c. super eo.
et per eundem in consil. xxxij. colum. fina. versicu. preterea, vbi
24 dicit, † quod clausule motus proprius, et ex certa scientia non operan
tur quando agitur de interesse, et preiudicio tertij vt per Pau.
de cast. in consi. clix. questio ista vertitur in fi. vnde ex predictis
quicquid sit concludendum est pro veritate, quod vigore alicuius
rescripti, seu priuilegij sub forma premissa quis non eximitur ab
ordinario, cum nulla in eo reperiatur exemptionis forma, que
requiritur ad ipsam inducendam ex mente glo. nota. in. d. c. cum
episcopus versicu. non exempto que dicit, vide in. c. si papa de
priuileg. in. vj. vbi ponuntur forme, ex quibus, cognoscitur exem
ptio ab ordinario, et de quibus in sequen. capitulo. sed aduerten
dum est, vt nihil ommittam, quod in multis clausule motus proprius
25 et ex certa scientia, † inter se differunt, nam quando princeps ali-
quid concedit ex certa scientia videtur informatus de qualita-
te, et conditione rei concesse, puta quando scribit pro aliquo be-
neficiando vt illi prouideat de tali beneficio, quia tunc perinde
est, ac si huiusmodi prouisionem faceret de plenitudine potesta-
tis, et dicta clausula idem operatur, quod clausula non obstan-
te. l. idem vulpianus scribit. §. fina. ff. de excutio. tuto. vt late per
Joannem staphi. in suo tractatu de literis gratie, et iustitie fol.
octuagesimo quinto. vbi multas ponit differentias, inter quas
ponit. iij. loco hanc differentiam quod motus proprius non tollit ius

tertij, secus autem est de certa scientia, vt ibi per eum, vide etiã Dominicũ in.c. q̃uis de rescri.li.vj. vbi recitat opi. lap. Abb. & opi. Joan. de ligna. & Joan. de san. que sunt contrarie quo ad istum motum proprium in preiudicando tertio, vel non, vide ibi per eum.

¶ De formis exemptionem prestantibus, & quomodo fiat populus, capitulum, seu collegium.

SVMMARIVM

1 Forme quibus exemptiones cognoscuntur, & ipsarum tenor est inspiciendus.
2 Quis non potest dici exemptus deficiente aliqua forma ex predictis, vel deficientibus aliquibus verbis expresse exemptionem denotantibus in priuilegio.
3 Vulgare dictum, q populus, collegium, vel capitulum non est aliud nisi homines, quomodo intelligatur.
4 Capitulum alicuius ecclesie proprie non sunt canonici separatim intellecti.
5 Homo potest tripliciter considerari.
6 Totum constituitur ex suis partibus.
7 Congregatio ciuium, & canonicorũ facit ciuitatem, & capitulũ.
8 Quando priuilegium Pape alicui indultum dicatur derogare iuri ordinarie potestatis, & q ita debemus interpretari leges, statuta, & priuilegia principum, vt in eis nõ arguatur tirannides.

¶ Capitulum secundum.

Quoniam sepe disputari cõtingebat super exemptionuz materia, ideo vt lites amputarentur, designati fuerunt quidam modi, seu quedaz forme, † quibus exemptio ipsa ab ordina
1 rio cognosci posset, prout de omnibus plenissime ɔstat in.d.c. si papa de priuile. in. vj. maxi. qñ aliter in literis Pape non sunt verba alias exprimẽtia exemptionẽ, q̃ predictũ.c. si papa alijs modis derogatũ non fuit vt ibi in fine, qñ ergo Papa in suo priuilegio asserendo dicit aliquã ecclesiã exemptã, vel existere iuris beati Petri, cũ omnes ecclesie sint de iure beati Petri, si aliqua specialiter recipiatur vr̃ quid noui concedi, vnde dicitur exempta, vel si diceret in priuilegio, q ecclesia, vel capitulũ, vel clerici, vel canonici nullo mediante ad Papã ꝑtineant vt in.c. cũ olim essemus de priui. & si diceret sit libera, vel potiat libertate Romane ecclesie, vt in.c. cũ olim propter eo. tit. istiusmodi, & aliusmodi modis de q̃bus in.d.c. si papa, quos ommitto cũ ibi habeant distincti, exemptio concedi, & elargiri solet, prout ẽt habetur ꝑ Inno. in.c. accepimus. eo. ti. forma igit priuilegij semꝑ est inspicienda, & ipsius tenor diligentius est attendẽdus vt sciat an quis sit a iurisdictione epi subtractus.c. recepimus de priui.
2 & excessi. priuilegia. verũ cum † in aliquo priuilegio nulla de formis, seu modis predictis, vel ẽt verba aliqua exemptionẽ denotantia reperiant, prout in dicto Leonino priuilegio nõ põt dici q aliqua ecclesia, vel canonici, vel capitulũ, vel clerici sint exẽpti a iurisdictiõe ordinaria ẽt si in priuilegio Papa dicat, q recipit sub sua protectione, q̃ verba huiusmodi nõ eximit quẽ a iurisdictione epi.d.c. recepimus. in fi. prout etiã latissime habet ꝑ Deci. in.d. ɔsi. clij. ꝑ totũ. vbi elegãtissime more suo scripsit sup huiusmodi materia, verũ q̃ in facto ɔtingere posset, q in aliqua ecclesia cbate. canonici gauderent, vt singuli alia gradus prerogatiua puta ꝓthonotariatus apostolici, vt in ecclesia Flo. vigore dicti Leonini priuilegij, nã in dicta ecclesia q̃z primũ q̃s obtinet aliquẽ canonicatũ, vel dignitatẽ statim protbonotarius efficitur, q̃ gradus huiusmodi sequit canonicatũ, & dignitatẽ virtute ipsius priuilegij, vt in ecclesia scti Petri in vrbe & alijs q̃pluribus locis, verũ non est ob id dicendũ, q capitulũ sit exemptũ, dato q vt protbonotarij ipsi canonici gestarent ɔtinue habituz iuxta determinationẽ concilij lateranẽsis in.x. sessione, ꝓut quibusdã literarũ penitus expertibus, visum fuit, dicunt enim si canonici, vt singuli sunt exẽpti capitulũ est exemptũ, cũ ipsi faciãt capitulum, vnde vt huiusmodi opinio falsa, & erronea radicitus
3 euellat, dico q illud tritũ, † & vulgare dictuz, vcꝫ q vniuersitas populus, collegiũ, vel capitulũ nõ est aliud nisi hoĩes iuxta glo. in.l. sicut.ff. q cuiusq̃ vni. dꝫ intelligi de hominibus collectiue sumptis, q̃ homines separati nõ faciunt vniuersitatẽ, populum, collegiũ, vel capitulũ, sed saltẽ duo requirunt de iure canonico, vt faciant collegiũ.c.j. de electio. & ꝑ Zaba. in cle. & si principalis de rescrip. lꝫ tres de iure ciuili requirant vt in.l. neratius de verb. signi. qd̃ tꝫ ẽt Archi.x.q.j.c.j. & Inno. in.c. postulasti de iure patro. tñ.d. Anto. in.d.c.j. de elec. dicit q duo faciunt cõgregationẽ, tres vero collegiũ, & sic colligit ex predictis, q hominũ collectio nõ singularitas faciat collegiũ, populũ, vniuersitatẽ, & capitulũ, vnde dico † q capitulũ alicuius ecclesie nõ sunt 4
canonici separatim intellecti, sed canonicoꝝ collectio in vnum corpus misticũ abstractiue sumptũ, cuius significatio est inuẽta ꝑ intellectũ, † nã homo põt tripliciter cõsiderari, primũ vt est ꝑ 5
se quoddã indiuiduũ ex aĩa, & corpore naturaliter ɔstitutũ.l. si dictũ.§. in stipulatiõe.ff.d euictio. ij. põt ɔsiderari vt est quoddã corpus iconomicũ.l. princeps, & caput familie.l. pronũtiatio.§. familie.ff. de verbo. signi. & sicut est pr̃ familias, abbas, vel prior alicuius monasterij. iij. ɔsideret vt est corpus ciuile, seu polliticum sicut est eps ciuitatis, & pretor, & hoc si ɔsiderat in preeminentia, sed si ɔsideret in ɔgregatione, tunc homo naturalis efficitur polliticus, & ex multis ɔgregatis fit populus, collegiũ, vel capitulũ.l. rerũ maxi.ff. de vsuca. † totũ enim ex suis partibus cõ 6
stituit, ciues aũt sunt partes ciuitatis, & canonici partes capituli separatim intellecti, iõ ciuitas & capitulũ nõ est aliud, q̃ multitudo ciuiũ, & canonicoꝝ, † qui omnes simul ɔgregati si sunt ci 7
ues faciunt ciuitatẽ, si sunt canonici faciũt capitulũ, & sic ex hac theorica philosophica quã ponit ẽt Bal. in.l. etiam.c. de exe. rei iudi. declaratur illud vulgare dictum de quo supra. & in quo multi allucinantur sed redeundo ad exemptionẽ non ommitto vltra predicta, q exemptio simpliciter non conceditur per priuilegium ꝑ id, quod in terminis habetur in.c. pastoralis, de priuile. vbi dr̃, † q propter priuilegium Pape indultuz aliquibus 8
clericis nõ intelligitur derogatum iuri ordinarie potestatis, nisi Papa concedat exemptionem ab ordinario, aliquo ex dictis modis, vel formis, vel verbis eaꝫ exprimentibus, hoc colligitur ex illo tex. quem sequitur in hoc Jason in.l. q in rerum.§. siquis post.ff. de leg.j. & q hoc sit verũ, probatur argu. tex. & glo. nota. in.l. si qua loca.C. de fun. & salti. rei domi. lib. xj. & in.l. auctoritatem.C. vnde vi. vbi habetur q nulla lex, aut statutum eum sensum recipere põt vt ꝑ illud credatur conditor spoliatores in sua occupatione tueri, & eiectos, ac spoliatos a restitutione excludere, & ita tꝫ ẽt Alexan. in cõsi. lix. col. iiij. lib. j. nec dꝫ dici q fiat iniuria Pape si ita interpretetur ipsius dispositio, seu priuilegium, vt per hoc eum bonũ, & iustũ principẽ estimemus, & opinemur dicit Alex. in ɔsi. cxij. col. pen. lib. iiij. vbi dicit per hoc inferrendo, q dispositio generalis facta ꝑ principẽ, non intelligitur in dubio fauere vsurpatoribus, q̃ hoc esset arguere tyrãnidem in principe. Immo Papa in odiũ spoliantiũ excipit eos a generali dispositione priuilegiatiua, vt patet i cle. j. de cau. pos. & ꝓprie. & sic pari modo in casu nostro est dicendũ, q priuilegiũ si expresse non ɔcedit exemptionem ab ordinario, priuilegiatos non intelligit esse exẽptos a dicta iurisdictione, & hoc modo presumemus mentem Pape fuisse, qualem legis, & boni principis esse debet, alias si priuilegium huiusmodi interpretaremur potius esset iniquum, iniustum, & peccati nutritiuum contra naturam priuilegij, quia quandoq̃ exempti solent sub tali pretextu multa mala committere, vnde si omnia ista in lege secularium principum concurrere debent, videlicet vt sit iusta, & nemini iniuriam inferat vt dicunt docto. in.l. humanum.C. de legi. quid in.l. & priuilegio ecclesiastico spectandum est, debet enim gerere imaginem legis diuine dicit Augusti. lib. viij. de ciuita. dei. & text. in capitu. sana. ix. distinctio. sed lex, vel priuilegium inuitans homines ad peccandum, & defendens cuiusmodi videntur priuilegia si sic interpretarentur priuilegia, sed quedã corruptiones, & ad malum incitationes, sit ergo conclusio q exemptio nõ presumitur, nisi expressa dicatur, modo de quo supra.

¶ De noua, & pulchra Theorica Canonicatus, & canonicorum, ac ipsorum vt singulorum exemptione ad Capitulum non extendenda.

SVMMARIVM

1 Canonicatus est ius incorporale, & indiuiduuz, & duobus communicari non potest, cum canonia sit mater, prebenda filia.

2 Que

2 Que in iure consistit sicut hereditas, ⁊ ius successionis, sunt individua.
3 Dignius trahit ad se minus dignum.
4 Episcopus habet iurisdictionem contentiosam in clericos.
5 Clerici sunt res spirituales quia deputarunt se Christo.
6 Canonicatus cum sit ius incorporale, ⁊ individuum, non potest diu manere sine re corporali.
7 Spiritualia non proficiunt sine rebus corporalibus.
8 Canonicatus nascitur ex electione, ⁊ institutione.
9 Canonicus dicitur a canone, ⁊ est maior omnibus clericis.
10 Canonicatus est beneficiū spirituale quod dat stallū in choro, ⁊ locum in capitulo.
11 Prebenda nascitur ex institutione, ⁊ officio, ⁊ dicitur a pretio, ⁊ quid habeat cum canonicatu.
12 Canonici dicuntur membra capituli.
13 Capitulum est nomen appellativum, ⁊ intellectuale.
14 Anima illigata corpori crasso actus corporeos non exercet nisi per corporis organa.
15 Corpus non est de essentia anime.
16 Capitulū nihil potest operari nisi per canonicos tanq̄ organa.
17 Canonicorum negligentia nocet capitulo.
18 Capitulū seu universitas vt persona ficta per se nihil operatur.
19 Facta a capitulariter congregatis nocent ipsi capitulo.
20 Facta capitulariter, vt noceant, quomodo fieri debeant, ⁊ a quibus.
21 Preiudicatur anime per malam corporis operationem.
22 Dictum apostoli ad Roma. xiiij. quomodo intelligatur secundum Augusti.
23 Anima ex corporis ornatu non efficitur dignior, nec pulchrior, nec perfectior.
24 Anima licet vnita sit corpori, ⁊ materie, virtutem tamen habet superantem materiam.
25 Ornamentum extrinsecum solum non eximit ab ordinario.
26 Gradus, vel dignitas in capitulo cum sit persona ficta subsistere non potest.
27 Similitudo rei corporalis ad spiritualem quomodo debeat intelligi.
28 Canonicatus, ⁊ dignitates, ⁊ huiusmodi non sunt capaces prothonotariatus.
29 Dispositio loquens de personis nunq̄ comprehendit collegiū, vel capitulum.
30 Privilegia derogantia quibuscunq̄ personis non derogant collegio.
31 Collegium non venit appellatione persone.
32 Procurator constitutus contra omnem personam non poterit agere contra vniuersitatem, nisi sit procurator rei ad defendendum.
33 Si ecclesia est exempta canonici sunt exempti, ⁊ clerici.
34 Privilegium exemptionis precise attenditur vt verba sonant.
35 Dispositum in casu vero non procedit in casu ficto.
36 Dispositum respiciens personas non comprehendit collegiū.
37 Persone appellatione lato sumpto vocabulo qn̄ possit cōprehendi capitulum, ⁊ vniuersitas, attenditur subiecta materia.
38 Actus activorum cadunt in subiectum bene dispositum.
39 Excommunicatio contra quascunq̄ personas prolata non comprehendit vniuersitatem quia non habet animam.
40 Canonici capitulariter congregati non considerant̄ vt protho. nec vt episcopi.
41 Non est absurdum ꝙ quis diverso iure censeatur ratione diverse qualitatis concurrentis in eandem personam.

¶ Capitulum tertium.

v Erum vt plenius demōstretur ꝙ exemptio canonicorum vt singulorum non extenditur ad capitulum, premitto pro faciliori intelli
1 gentia, ꝙ canonicatus secundum doctores, †est ius incorporale, ⁊ individuum, quod duobus cōmunicari non pōt. c. dilecto de preben. ibi turonense conciliū prebendarū inhibet sectionez qn̄ prebenda est annexa canonie, secundū Abba. in. c. tue fraternitatis, ⁊ in. c. maiorib. ⁊ in. d. c. dilecto de preben. cū canonia censeatur mater ⁊ prebenda filia q̄r ex canonia procedit, ⁊ pro ea est instituta vt per Roma. in consi. cccclxiij. nō pōt ergo cōmunicari duobus: quare si duo fuerint simpliciter recepti in canonicos, ⁊ vna tantum prebenda vacet debetur primo recepto, ⁊ si de prioritate non cōstaret locus est gratificationi, q̄r nunq̄ prebenda pōt rescindi vt not. Ant. in. c. cū. M. de cōstit. col. xiiij. incorporalia naq̄, ⁊ individua non possunt dividi, qua-
2 lia sunt, † que in iure cōsistunt sicut hereditas, ⁊ ius hereditariū, siue ius successionis, de qb. in. l. j. ff. de re. divi. §. quedā hinc pōt inferri ad praticā, que quottidie occurrit, ꝙ si quis vult agere cō clericū, ⁊ laicū in vno, ⁊ eodez libello super iure hereditario ad qué, vel ad quos illud ius pertineat, cā huiusmodi dz ventilari corā iudice ecclesiastico ratione clerici dignioris laico, dignius
3 enim, † trahit ad se minus dignū, nec in vtroq̄ foro potest cōtendi rōne iuris hereditarij individui iuxta doctrinā Bar. in. l. precipimus. §. eodē obseruando. C. de appel. p illū text. ⁊ per doct. moder. in. l. imperiū. ff. de iurisd. omniū iudi. nec ad rē pertinet, ꝙ in hereditate res corporales cōtineant̄, nā fructus qui ex fundo hereditario percipiunt̄ corporales sunt, ⁊ id, quod ex aliqua obligatiōe hereditaria nobis debet̄ plerūq̄ corporale est veluti fundus, vestis, ⁊ pecunia q̄r ipsum ius successionis, ⁊ obligationis hereditarie incorporale est. vnde in curia ecclesiastica disputari dz, vt sepius habui in facto in curia archiepiscopali flo. ne continentia cause dividat̄ cōtra tex. in. l. j. ⁊. ij. ff. qui. re. ad eum. iudi. ea. ⁊ p doc. in. l. nulli prorsus. C. de iudi. ⁊ late per Soci. in
4 consi. xij. circa. iiij. q. lib. j. vbi dicit, † ꝙ solus episcopus habet iurisdictionē contentiosam in clericos sue diocesis. c. quanto. de offi. ordi. xj. q. j. c. de psona. qd̄ ēt procedit quo ad clericū in mi
5 noribus constitutū. c. j. ⁊. ij. de fo. cōpeten. c. inolita. xj. q. j. † q̄r clerici sunt res spirituales, ex quo seipsos deputarunt in Christi seruitiū. c. qui portio. xij. q. j. ⁊ per Inno. ⁊ Jo. and. in. c. significantibus. de offi. delega. qd̄ privilegiū ēt extenditur ad laicum conveniendū cū clerico, dūmodo causa sit connexa, ⁊ individua quicqd dicat Bal. in. l. edicto. c. de edict. divi adri. tollen. col. xij. circa fi. quē allegat Rochus de iure patro. versi. ius. ibi. ij. q. col. viij. ⁊ hoc est verissimū, prout tenuit Alex. in consi. clxix. col. v. in fi. lib. iij. viso puncto, ⁊ idez in consi. cxxij. viso puncto. lib. iiij. sed ne longius vagari videar, dico in questione proposi-
6 ta, † ꝙ canonicatus est ius incorporale, ⁊ individuū, sed non pōt diu manere sine re corporali, sicut nec anima sine corpore, vt corporaliter vivat, ⁊ actus corporeos exerceat. j. q. iij. c. siquis ob-
7 iecerit, vbi dicit tex. † ꝙ spiritualia nō proficiunt sine rebus corporalibus, sicut nec anima sine corpore corporaliter vivit. c. dile
8 ctus el. j. de preben. † ⁊ canonicatus huiusmodi nascitur ex ele ctione, ⁊ institutione, ⁊ receptione in canonicū, ⁊ fratrē, canoni-
9 cus aūt, † dr̄ a canone, eo q̄r canon grece, latine dr̄ regula, vnde canonici debēt esse ⁊ vivere sub regula, ⁊ canonici cathedralis ecclesie habent preeminentiā ⁊ maioritatem sup alios clericos civitatis, ⁊ diocesis, ⁊ dn̄r pars corporis ecclesie, ⁊ episcopi, q̄r ipse eps est caput ⁊ ipsi sunt membra, ⁊ esse canonicum alicuius ecclesie cathedralis est magnus honor not. Rom. i cōsi. cxxxvj. ⁊ minor. iiij. annis pōt esse canonicus ēt in ecclesia Cathedrali licet non habeat vocē in capitulo. c. cū ex eo de electio. lib. vj. ⁊ concludunt cōiter doctores, ꝙ maior septēnio pōt in clericū ordinari, ⁊ beneficium acceptare. cap. j. de regula. ⁊ vide omnino
10 Roma. consi. ccxxiiij. qui predicta limitare videtur. † ⁊ est beneficium spirituale quod dat stalluz in choro. ⁊ locum in capitulo. c. cū inter de renun. prout late habetur per Cardi. in cle. fi. in. j. q. de prebend. ⁊ per Staphi. in tractatu de literis gratie ⁊ iustitie fo. vij. cum sequen. vbi plene de canonicatu, ⁊ canonicis ⁊ de eorū dignitate, ⁊ effectu creationis canonicatus per Pa-
11 pam. † prebenda vero nascitur ex institutione, ⁊ officio quia ex quo quis habet officium debet habere beneficiū, perdendo vnū perdit ⁊ alterum. c. inter cetera de preben. c. si quis sacerdotū. lxxxj. dist. ⁊ not. Inno. in. c. cū. M. de constitu. versic. canonicos. canonia vero est quoddā ius spirituale, qd̄ creat̄ ex elatione, ⁊ receptione in fratrē, ⁊ sic difert a prebenda, tamen sumendo large prebendā nihil habet cōmune cum offi. hinc est ꝙ laico potest conferri. vt no. Anto. in. c. cum. M. de constitu. vlt. Car. ibi. ij. quero, ⁊ prebēda dicitur a pretio, potiusq̄ a prebeo not. Roma. in. consi. cccclxv. ⁊ tantam habet cōnexitatem cum canonicatu, ꝙ ille qui assequitur prebendam canonicalem per consequens consequitur canonicatum illum, pro quo fuit instituta, ⁊ docto. dicunt ꝙ si Papa dat alicui canonicatum supra numerum sub expectatiōe prebende, ⁊ postea prebenda vacans sibi conferatur, eo ipso intelligitur collatus canonicatus qui cū prebēda vacauit, ⁊ alter canonicatus primo collatus p Papā desinit no. Roma. in cōsi. cccclxiij. ⁊ idē Anto. vbi supra, ⁊ epi-
12 scopi. † Canonici dicuntur membra, vt dixi ecclesie, vel capitu-
13 li, p que capituluz ipsum suos cooperat̄ effectus, † nam capitulum est nomen appellativum, intellectuale, ⁊ incorporale, sicut

cetera nomina appellatiua, vnde cuz non sit corporale nihil per
14 se facere potest nisi per sua membra quéadmodũ anima. † velut
illigata corpori crasso nihil ageret nisi per organa corporis, aut
certe aliquid materiale non exercet. d. c. siquis obiecerit q̃uis
15 secundum Theologos. † Corpus non sit de essentia anime, sed
ex natura sue essentie habet ꝙ est corpori vnibilis vnde proprie
non est in specie, sed quid compositi cum corpore, quo indiget vt
corporaliter viuat, ⁊ operetur, ⁊ sic tenet inferiorem gradum in-
tellectualitatis, q̃z Angelus, qui corpori non vnitur. ex quib. pa
16 tet ꝙ cum capitulũ sit intellectuale, ⁊ incorporale. † Nihil per
se potest operari nisi per canonicos tanq̃z organa, quorum negli
17 gentia † dicto capitulo tanq̃z intellectuali currit honoris prescri
ptio ſm Pauinum in tractatu de offi. ⁊ potestate capituli sede
vacante in. v. preambulo col. iiij. in prin. ea enim que geruntur
ab ipsis canonicis capitulariter cõgregatis ⁊ prosunt, ⁊ nocent
18 ipsi capitulo quia † Uniuersitas, ⁊ capitulum vt persona ficta
19 non potest bene, vel male operari que tamen † fiunt a capitula-
20 riter congregatis nocent capitulo, hoc modo videlicet. † Con-
municato consilio pulsata campana, vel alia consuetudine loci
seruata, vnde in pratica, si vniuersitas alicuius loci accusatur, ꝙ
commiserit delictum aliquod, actor autem, vel accusator probat
ꝙ omnes homines illius loci simul comiserint nõ tamen probat
ꝙ communicato consilio, pulsata campana, vel aliis ex loci con
suetudine seruatis delictum huiusmodi fuerit commissum, tunc
debet succumbere cum agat inepte, ⁊ temerarie contra vniuersi
tatem vt refert Paul. de cast. se consuluisse ⁊ habuisse in facto
in. l. si ita. ff. ꝙ cuiusq̃z vniue. col. iiij. in. §. sicut municipij ibi in
questione glo. vide que refert Deci. in consil. ccxxi. nu. ij. ⁊ ad-
uerte ꝙ etiam tota vniuersitas tenetur ex delicto maioris par-
tis, ⁊ in puniendo sit exequutio contra omnes etiam qui delicto
non consenserunt, ne alias propter difficultatem probandi deli-
ctum. illud remaneat impunitũ ſm Hosti. ⁊ Jo. and. ⁊ Anto.
in. c. dilectus. ij. de simo. ⁊ vide Zabare. in cle. j. de pen. tenetur
etiam ex delicto officialium quos elegit Joan. and. in. d. c. dile-
ctus, item ex delicto vnius de vniuersitate si id ratuz habeat idẽ
Jo. and. in. c. grauem de sen. excommunica. ⁊ hoc etiam proba
21 tur quia videmus † ꝙ anime preiudicatur per malam corporis
operationẽ, ⁊ sic anima damnatur nisi dei misericordia seu gra-
tia iuuatur, quod adiutorium si homo per liberũ non deserit ar-
22 bitrium semper est homo bonus, sed si deserit, deseritur. † nam
dicit apostolus ad Roma. xiiij. omnes stabimus ante tribunal
Christi vt referat vnusquisq̃z secundum ea, que per corpus siue
bonum, siue malum gessit, quem locum Augustinus in opuscu-
lo de predestina. sancto. lib. j. c. xij. declarando dicit per corpus
gessit idest tempore, quo anima fuit in corpore, ⁊ sic per corpus
intelligit corporis tempus, quo quidẽ tempore corpus animale
gestamus olim fruituri spirituali, sed sciendum est, ꝙ etiam solo
animo, non per corpus, nec per vlluz corporis membrum multa
mala geruntur prout cũ dicit insipiens in corde suo, nõ est deus,
vnde ad rem redeundo dico ꝙ bona, vel mala administratio ca
nonicorum capitulorum congregatorũ consideratur modo pre-
dicto, sed aduertite domini canonici in constitutione sindicoruz
seu procuratorum vestrorum vt recte administretis, ꝙ quando
constituitur sindicus licet in instrumento non exprimantur no-
mina singulorum canonicorum, sed dicatur tale capitulum con-
stituit talem sindicuz valet constitutio si est sigilum capituli ap-
positum, ⁊ id operatur auctoritas sigilli no. Joan. and. in addi.
Specu. de sindi. §. j. ⁊ idem si sigillum non apponatur sed nomẽ
decani, vt si dicatur decanus, ⁊ capitulũ constituunt, ⁊ hoc ad-
mittitur in curia Roma. Bal. in pace constantie. §. damna di-
cit ꝙ non est necessaria expressio nominum Bart. autem in. l. j.
de albo scri. distinguit inter vniuersitatem magnam, ⁊ paruam
vt primo casu exprimantur nomina. in. ij. non, notarij Florenti-
ni de stillo suo in huiusmodi mandatis exprimunt nomina singu
lorum, ⁊ hoc puto tutius per regulam ꝙ omnes tangit ab omni
bus approbari debet, signum aũt approbatiõis fuerit expressio
singulorum verum si corpus, vel corporis membra nobiliori, ⁊ di
gniori vestitu extrinseco ornentur, ⁊ extrinseca varietate circũ-
23 dentur anima. † Non efficitur pulchrior, vel dignior, vel perfe-
ctior, quia nec pulchritudinem, nec dignitatem, nec perfectionẽ
24 recipit a corpore, q2 ſm Theologos † licet anima sit vnita cor-
pori, ⁊ materie, virtutẽ tamen habet superantem materiã vnde
remanet in suo esse destructo corpore, idem dicendum est de ca-
pitulo quo ad hoc anime simili, prout late per doctores, ⁊ maxi
me per Paul. de cast. in, d. l. sed ita. §. fi. ⁊ idem de canonicis
ipsius capituli membris operatiuis, nam non est dicendum, ꝙ
canonici possint dici exempti virtute alicuius priuilegij puta p̄
thonota. ipsis vt singulis concessi propter ornamentum extrin-
25 secum non propter exemptionem ab ordinario, † quia ornamen
tum extrinsecum non eximit aliquem ab ordinario maxime cuz
in priuilegio nihil de exemptione dicatur per ea, que supra dixi,
⁊ per dictum. c. pastoralis, priuilegiũ igitur huiusmodi non effi-
cit dictum capitulum dignius, quia cum sit incorruptibile sicut
anima non potest recipere extrinsecus aliquẽ perfectionis gra-
26 dum a membris corruptibilibus, † nec etiam gradus, aut nobili
tas, seu dignitas in capitulo subsistere potest cum sit persona re
presentata. l. mortuo. ff. de fidein. c. romana. §. in vniuersitate cuz
ibi nota. de sententia excommunica. in. vj. vt per gomes. super
regula. de annali posse. q. xij. num. ij. ⁊ sic ex predictis dicamus
necesse est nullo modo capitulum exemptum, ratione ⁊ similitu
27 dine predictis, quam similitudinem † rei corporalis ad spiri-
tualem intelligamus non similitudine participatiua eiusdẽ qua
litatis, sed similitudine proportionatiua, quemadmodum dici-
la, vellemq̄ claudi ostia, ne laici, qui oppido q̄ infesti sunt cle-
ricis. c. laicos. ij. q. vij. audiant crimina clericorum, per ea que
57 dicam infra in. iij. parte, ver. octauo ire. † fateor tamē in eccle-
sia posse celebrari sinoduz episcopi, vt not. Jo. and. in. c. decet.
in prin. de immu. eccle. lib. vj. quem ibi sequitur Gemi. col. fin.
58 ¶ † Quero accessorie an episcopus possit celebrare suam sino-
dum extra diocesim suam? Respondeo sic, si sit expulsus a sua
diocesi, ꝛ diocesani petat licentiam, ꝛ per alium non possit cele
brare in sua diocesi, per clem. j. §. eisdem. de fo. compe. vbi pro-
batur

batur episcopum posse exercere iurisdictionem extra dioce-
59 sim, † si sit expulsus a diocesi, ⁊ petat licentiam ab episcopo lo
ci. de quo vide Hostien. Joan. andre. ⁊ Anto. de but. in. c. ex
tuarum. de auctorita. ⁊ vsu pallij. Henri. bohic. in. c. quanto.
col. fina. de offi. ordi. facit not. per glo. in verbo etiam celebra-
re, in fin. cle. archiepiscopus de priuile. ⁊ in. c. fi. de auctori. ⁊
60 vsu pallij. Immo eps fugitiuus † ꝓpter pestem potest ius di-
cere in aliena diocesi, vt scribit dominus Fran. de ripa. in tra-
cta. de peste. in. iij. particula. secunde partis versicu. quintum
pestis priuilegium, ⁊ si vis scire, quem ordinem tunc seruare de
bebit episcopus, lege dominum Rochum de curte. in. c. fi. q.
xvj. ver. iiij. limitatur. de consue. cum igitur sinodus sit mixta
de lege iurisdictionis, vt supra dixi sequitur quod poterit cele-
brare sinodum extra suam diocesim, quando esset expulsus, vel
quando pestis esset in sua diocesi, vel ex alia causa simili serua-
tis seruandis, que not. in dicto. §. eisdem.

61 ¶ † Undecimo quero an sinodus episcopi sit de lege diocesa-
na de lege iurisdictionis. Antequam respondeam videndũ est
que dicantur esse de lege diocesana, ⁊ que de lege iurisdictio-
nis. Et premitte hec vocabula esse magistralia ⁊ a doctoribus
inuenta vt dicit Inno. in. c. j. col. j. de statu monacho. hoc pre-
misso breuiter expediendo, dico qd glo. in sum. x. q. j. ⁊ glo. ma
gna. in. c. dilectus. de officio ordina. videtur velle ꝙ ea que cõ
sistunt in recipiendo dicantur esse de lege diocesana, ea vero q̃
consistunt in conferendo, seu dando, vel faciẽdo sunt de lege iu
risdictionis. Sed hec doctrina glo. non placet Innocen. in. d.
c. j. ⁊ Jo. and. in. d. c. dilectus. quia procuratio est de lege iu-
risdictionis, ⁊ tamen consistit in recipiendo. Item secũdũ ipsaꝫ
glo. sinodus est de lege diocesana, ⁊ tamen potius cõsistit in fa
ciendo q̃ in recipiendo secundum Hostien. in. d. ca. dilectus.
quem ibi sequuntur Joan. andre. ⁊ Anto. de but. predicta ta-
men doctrina glo. placet Bal. in. l. si quis ad declinandam. §.
in omnibus. col. j. C. de epis. ⁊ cle. dicens opi. glo. non esse tota
liter ab interpretatione nominis alienam. Placet etiam Ma
riano in tracta. de visitatione episcopi. col. ij. lib. j. ⁊ lib. xj. col.
xxxiiij. ver. quid de capellis. ⁊ Car. alex. in. c. j. x. q. i. col. fin.
dicenti, ꝙ legendo. d. c. dilectus eaꝫ semper tenuit, Inno. autẽ
in. d. c. j. dicit quod de lege diocesana, ⁊ iurisdictionis non pos-
set dari generalis propria, ⁊ inuariabilis doctrina propterea ibi
dem diuidit hec duo enumerando sigillatiꝫ que sint de lege dio
cesana, ⁊ que de lege iurisdictionis. Et tandem dicit illa esse de
lege diocesana a quibus exempta sunt de lege iurisdictionis. ⁊
hec dicta Inno. sequitur Imol. in. d. c. dilectus. col. ij. ver. iteꝫ
etiam. Car. vero zaba. ibi scilicet. in. d. c. dilectus. q. j. dicit qd
cum in hoc non possit dari certa doctrina, ideo qui dicit aliqua
esse de lege iurisdictionis, ita ꝙ nõ sint, de lege diocesana, vel
econtrario, debet hoc probare inducendo iura dicentia, quod
tale quid sit de lege diocesana, vel de lege iurisdictionis, ⁊ si ni-
hil probet, succumbet, si enim non probetur esse aliquid de pre-
dictis, dicuntur esse de iure episcopi simpliciter. Felyn. autem
in. d. c. dilectus. col. fi. dicit post Anto. de but. consi. xix. inci.
in noie dñi. col. ij. predictũ modum loquendi de lege diocesana
⁊ de lege iurisdictionis non esse bene doctrinaleꝫ, ⁊ Fely. idem
repetit in. c. auditis. col. j. de prescri. dicit igit̃ Felyn. post but.
d. consi. xix. quedam competere episcopo ratione ordinis, que
dam ratione iurisdictionis, quedã sunt simplicis potestatis seu
dignitatis, ⁊ ex his patet q̃ diuerse sint opiniones in hoc arti-
culo. Quid tenendum? doctrina Inno. quam supra retuli, est
cõis, teste Pano. in. d. c. dilectus. col. ij. ver. in glo. ij. ⁊ Per.
de rauen. in cõpen. i. c. eo. tit. de offi. ordi. col. xxvj. ⁊ ideo mea
sententia est sequenda, attento ꝙ de hoc non habemus decisio
62 nem iuris apertam, per not. in. c. j. de cõstit. † Aduerte tamen
quod appellatione legis diocesane aliquando venit lex iurisdi
ctionis. c. auditis. de resti. in integ. Imol. ⁊ Panor. j. not. c.
auditis. vbi Panor. ⁊ Moder. ⁊c. j. not. de prescrip. ex parte
de regula. ⁊ not. Host. in sum. tit. de offi. ordina. §. quid perti-
net. col. ij. ver. ⁊ not. Astesanus in summa. lib. vj. tit. xliij. arti.
iij. His presuppositis, ⁊ redeundo ad questionem principalem.
Respondeo ꝙ glo. in. d. c. dilectus tenet, ꝙ sinodus sit de lege
diocesana. Istud etiam tenet Inno. in. d. c. j. de statu monach.
Hostien. loco proxime allega. ⁊ Imol. in. d. c. dilectus. col. ij.
⁊ in. c. quod super his not. ij. de maio. ⁊ obedien. ⁊ pro hac opi
nione adducitur. c. episcopus. xviij. distin. ⁊. c. fi. xviij. q. ij. vbi
probatur monasteria esse exempta a sinodo episcopi ergo per
doctrinam cõmunẽ, quaꝫ supra retuli, erit sinodus de lege dio-
cesana. Contrariũ, ꝙ imo sit de lege iurisdictionis, tenet Host.
in. d. c. dilectus. quem ibi. col. ij. refert ⁊ sequitur Joan. and. ⁊
Car. zaba. q. ij. ⁊ not. Joan. and. in. c. conquerente. col. iiij. vbi
Zaba. x. not. eo. tit. Gemi. in. c. j. x. q. j. col. j. mouentur isti, q᷑
Abbates non subsunt episcopo lege diocesana, ſm cõem do-
ctrinam supra relatam, sed Abbates tenentur venire ad sino-
dum episcopi. d. c. quod super his. de maio. ⁊ obed. c. fi. xviij.
dist. item mouentur q᷑ vocare ad sinodum, tenere sinodum, pre
sidere in sinodo, ⁊ contẽnẽtes venire ad sinoduꝫ punire non est
pati, nec recipere, sed potius agere, ergo ⁊c. Hanc opinio. etiã
amplectit̃ Car. alex. i. d. c. x. q. j. col. fi. dicens ꝙ vocatio ad si-
nodũ tanq̃ preambulum ⁊ accessorium iurisdictionis dr̃ de le-
ge iurisdictionis. Alij autem dicunt ꝙ sinodus episcopi est mi-
xta de lege diocesana, ⁊ de lege iurisdictionis, vt tenet Hostiẽ.
in. d. c. qd super his, quẽ ibi sequitur Joan. and. ⁊ Panor. co-
lum. ij. ⁊ sentit Car. alex. in. c. episcopus. col. ij. xviij. dist. post
Car. de turre. ⁊ Gemi. ibi mouetur Hostien. prout referũt Jo
an. an. ⁊ zaba. in. d. c. qd super, q᷑ sinodus in eo ꝙ est sinodus,
est de lege diocesana. in eo vero ꝙ ibi aliquid statuit̃, vel ordi-
natur, vel iudicatur est de lege iurisdictionis, idem dicit Pa-
nor. dicens sinodum episcopi respectu conuocationis esse de le
ge diocesana. ⁊ ideo abbates non posse compelli venire, nisi sit
causa rationabilis. d. c. episcopus. xviij. dist. sed respectu eorũ
que statuuntur in sinodo non est de lege diocesana, sed est de le
ge iurisdictionis, q᷑ ad iurisdictionẽ spectat statuere, ⁊ statutis
obedire, dominus vero Car. de turre in. d. c. j. x. q. j. col. ij. ali-
ter declarat Host. dicens ꝙ conuocatio actiua ad sinodum est
de lege iurisdictionis, sed obligatio obediendi vocationi episco
pi est de lege diocesana, q᷑ lex diocesana consistit in recipiendo
honorem, sed hec declaratio dñi Cardi. presupponit doctrinaꝫ
glo. de lege diocesana. ⁊ de lege iurisdictionis esse verã. de qua
egi. s. in prin. huius. q. sed dicta declaratio videtur esse ꝯtra mẽ
tem Host. s. relatam volentis conuocationem sinodi indistincte
esse de lege diocesana, propterea parum curanda est hec decla
63 ratio dñi Car. de turre cremata. † Quid tenenduꝫ? verior ⁊ tu
tior vr̃ mihi opinio vltima que fuit originaliter Host. in. d. c. ꝙ
super his, ex eo ꝙ per eam concordantur opiniones. argu. c. li-
teras. §. sane. de resti. spolia. ⁊. l. adeo. §. cũ ex aliena. ff. de acq.
re. do. ⁊ per id qd not. Anch. consi. cxx. inci. inter ꝯtraria ⁊ va
64 ria. col. j. vbi dicit † iudicem inter varias opiniones bene face-
re si eligat mediam. ⁊ Ancha. sequitur Fely. in. c. i. col. fi. ver.
secundo not. de cõsti. facit glo. in. l. nẽsennius. ff. de nego. gest.
sed tenendo hanc opinioneꝫ mediantur ⁊ concordantur opinio
nes, ergo tutius est eam tenere.

65 ¶ † Duodecimo quero, qui dicantur, ⁊ sint clerici subditi epi-
scopo? Respondeo omnes clerici alicuius diocesis sunt subdi
ti episcopo eiusdem, quia episcopus habet fundatam intentio-
nem suaꝫ super omnibus ecclesijs, ⁊ personis sue diocesis, adeo
ꝙ contrarium asserenti incumbit onus probandi. c. si persone.
§. si vero. vbi ita notant Gemi. ⁊ Phil. francus. i. not. de pri-
uileg. in. vj. fa. c. omnes basilice. xvij. q. vij. c. ꝯstitutus. c. cum
venerabilis. de re. domi. c. cuꝫ venerabilis. de excep. vbi do.
Phil. deci. x. not. ⁊ idem domi. Deci. consi. cxxj. in causa. co
66 lum. i. † Et appellatione clericorum ex larga significatione oẽs
clerici cuiuscunq̃ gradus autore Panor. in. c. bone. el. i. i. no.
de postu. prela. ⁊ in rub. de vit. ⁊ honesta. cleri. col. ij. ad sinodũ
tñ epi nõ tenent̃ venire oẽs clerici subditi epo, vt. ĩ. dicam. in. ij.
67 parte. † Aduerte tñ, ꝙ ex eo ꝙ quis accedit ad sinodum epi,
est signum subiectionis, vt vult Specu. tit. de teste. §. nunc vide
dum. ver. intendit probare, ⁊ ꝓbatur hoc in. c. fi. de cau. pos. ⁊
proprie. autore Nico. de mileis in suo repto. in verbo eps. §. j.

68 ¶ † Decimotertio quero que incumbant cure episcopi? Rñ-
deo, sanctus Tho. ij. ij. q. clxxxiiij. arti. sexto. versi. ad secundũ
dicendum est dicit, ꝙ episcopi principaliter habent curam aia-
rum omnium totius diocesis, presbyteri autem curati ⁊ archi-
diaconi habent aliquas subministrationes sub episcopis, vnde
super illud. i. ad Corin. c. xij. opitulationes, alij alijs guberna-
tiones, dicit glo. opitulationes. i. eos qui maioribus ferũt opẽ.
fa. c. episcopus. xij. q. i. ⁊ hec dicta sequitur. d. Cardi. de turre
crema. in summa. xvij. distin. ver. ad quartum. col. iij. ⁊ in. c. or
dinationes. ver. ad tertium. col. iij. i. q. i. ⁊ in. c. quecunq̃. x. q.
i. vbi hoc probat octo pulchris rationibus, que hic belle pone-
rẽtur, sed non sum merus transcriptor, licet ibi ad verbum refe
rat dñs Cardi. alexan. sicut faciunt pleriq̃ modernorum cupiẽ
69 tes alienis dictis cartas suas implere, sed his † omissis redea-
mus vnde digressi sumus, epi igitur qui habent principalẽ cu-
ram animarum in sinodo, debent precipue tractare cuꝫ presby

teris curatis ⁊ alijs prelatis, de his que spectant ad curam animarum totius diocesis, necnon que sunt ad ecclesie ceterorũq; correctionem, argu. c. non oppꝛet. xviij. distin. ⁊ debet se exercere in meditatione euangeliorum ⁊ canonicorum preceptorum. c. quoniam quidem. ea. dist. incũbũt et plura alia cure episcopi, q̃ enumerat Hoff. in sum. tit. de offi. ordi. col. iiij. ver. officiũ prelatis precipue circa tria scilicet correctionẽ, iudicium, ⁊ animaduersionẽ, ⁊ latius enumerat Hostien. eo. titu. in summa. §. quid pertinet ad officium de omnibus tamen non dz tractari necessario in sinodo episcopi, sed tantum de his que supra dixi, ⁊ de his que infra dicam in tertia parte.

70 ¶ † Decimoquarto quero, ad quid sit vtilis sinodus episcopi? Respondeo, Jo. de imo. in. c. graue. col. vij. de preben. dicit de mente iuris fieri sinodum epi ad intimandũ ea, que facta fuerunt in sinodo prouinciali. allegat c. fi. xviij. dist. ⁊ et probatur in. c. sicut. de accu. sed dic vltra eum sinodum episcopi esse vtilem ⁊ fieri maxime propter alia tria. Primo ad directionẽ per modum regule faciendo statuta, licet enim episcopi non possint facere statuta, quibus ligetur tota fidelium vniuersitas, possunt tamen facere statuta in diocesibus suis, vt dicam. j. in. iij. parte. Secundo ad correctionem malorum, multa enim mala fiunt a clero per diocesim, que male corriguntur a prelatis inferioribus, ideo expedit celebrari sinodos, vt multi congregati cõtra tales insurgant. Tertio fit sinodus episcopi ad eruditionem ⁊ exhortationem paternaz, prelatorum enim est erudire, inferiores sacerdotes maxiẽ, qꝛ in multis est magna simplicitas, que plus periculosa est in his, qui alios regere habent ⁊ ideo fit sermo in sinodo episcopi, vt. j. dicam in. iij. parte, hec in effectu tradit Cardi. de turre in summa. xviij. dist in. ⁊ Joã. gerson. in. ij. parte in sermone habito in concilio Remensi. ij. dominica post Pascha. in prin. que incipit Bonus pastor. ⁊ ex his sit expedita prima pars huius Tractatus.

SVMMARIVM

1 Episcopus in sua sinodo interesse debet.
Et per vicarium ex causa interesse potest.
Uisitare potest episcopus per vicarium.
2 Concilium generale papa per vicarium congregare potest.
Legatus nomine pape in concilio generali interesse potest.
3 Episcopus ex delicto vicarij tenetur.
Episcopus sub pena peccati mortalis residere tenetur, nisi causa subsit.
4 Abbates capellas vel populum subiectas episcopo habentes siue sint exempti, siue nõ, ad sinodũ episcopi venire tenenẽ.
Abbates non habentes capellas vel populuz sub se, si non sint exempti, ad sinodum venire tenentur.
Sinodus est mixta de lege diocesana, ⁊ de lege iurisdictionis.
Abbates non exempti ad sinodum venire non coguntur, nisi de consuetudine soleant venire.
Abbates ad concilium prouinciale accedere bonum est.
Abbates non habentes capellas, vel populum sub se, si exempti sunt ad sinodum quando venire tenentur.
5 Abbates in quibus casibus venire ad sinodum tenentur, etiã si superiores Abbates habeãt venire tenenentur.
6 Abbates quando ad sinodum venire tenentur sufficit ꝙ generaliter vocentur.
7 Sacerdotes per abbates ecclesijs suis prefecti eis auctoribus ad sinodum venire tenentur.
8 Abbates ordinis cisterciensis quando ad sinodum episcopi venire non teneantur.
9 Monachi ad ecclesias parrochiales translati ad sinodum venire tenentur.
Secus in Monachis claustralibus, vt. j. nu. 11.
10 Monachi ecclesie regularis officialis tenentur secundum earum mores.
12 Fratres mendicantes ad sinodum venire non tenentur.
Limita vt. j. nu. 13.
Fratres mendicantes per episcopum ad processionem venire coguntur.
14 Prelati omnes seculares an ad sinodum ire tenentur.
Presbyterorum, ⁊ sacerdotum appellatione prelati seculares veniunt.
15 Prelati stricti dicuntur, qui iurisdictionẽ ꝯtentiosam habẽt.
Prelati stricte dicuntur rectores parrochialium ecclesiarũ.
16 Sacerdotes curam animarum habentes ad sinodũ ire tenenẽ.
17 Secus si non habeant, nec sint beneficiati.
Clerici omnes ad sinodum ire tenentur, qñ episcopus vellet aliquid concernens totum clerum statuere, ⁊. j. nu. 20.
18 Clerici beneficia simplicia habentes ad sinodum ire debent.
Sinodus episcopi ad visitationem est preparatoria.
19 Doctoris dictum intelligitur secundum legem quam allegat.
21 Clerici omnes ad sinodum ire tenentur, quando episcopus in sinodo sua notificaturus est statuta concilij prouincialis.
22 Canonici cathedralium ecclesiarum ad sinodum quando venire teneantur, ⁊. j. nu. seq.
Canonici cathedralium ecclesiarum non dicuntur esse in dignitate, sed in quasi dignitate.
24 Dictio maxime importat idem esse in casu contrario.
30 Canonici collegiatarum ecclesiarum ad sinodũ ire non tenenẽ.
Limita vt. j. nu. 31.
Canonici collegiatarum ecclesiarum ad concilium prouinciale non vocantur.
32 Capita collegiatarum ecclesiarum curam animarum habentium, vel iurisdictionem ab episcopo dependentem ad sinodum venire tenentur.
33 Laici ad sinodum episcopi ire tenentur, quando est notificaturus statuta concilij prouincialis, ⁊ audiant, intellige vt infra numero. 35. et. 36.
34 Laici a sinodo excludi debent quando negotia tantum clericorum tractantur.
Laici electioni cum canonicis interesse prohibentur.
37 Ad sinodum episcopi ire debent illi, qui ex consuetudine accedere debent.
38 Consuetudo veniendi ad sinodum spacio. x. annorum inducit.
39 Ad sinodum episcopi omnes accedere tenẽtur, qui sunt lesi volentes querelam preponere.
40 Ad sinodum ꝙ quis venire non teneatur, prescriptione se tueri non potest.
Obedientia prescribi non potest.
Cathedraticum prescribi non potest.
41 Prelatus alius q̃ʒ episcopus si pscribat ius celebrãdi sinodũ in aliquo loco, ⁊ quod ad eam certi venire teneantur, tales per episcopum cogi non possunt ad suam sinodum venire.
Uisitandi subditos episcopi potestas prescribi potest.
Imperium merum inferior ab episcopo prescribere potest.
42 Ad sinodum venire debentes procuratorem mittere possunt.
Curati in sinodo de duobus rationem reddunt.
Citatus simpliciter per procuratorem comparere potest.
43 Doctor illam opinionem tenere videtur q̃ʒ plenius examinat.
44 Dictio presertim stat comparatiue.
45 Citati personaliter venire ad sinodum, procuratorez mittere non possunt.
46 Curati reddituri rationem de his ad que tenentur, per procuratorem reddere non possunt.
47 Episcopi in concilio generali personaliter comparere debent.
48 Episcopi in sinodo prouinciali an sint vti iudices, vel assessores, vel vt collegium.
Citatus vt compareat vti coniunctus, vt vigore statuti consensum prestet in contractibus minoris, personaliter comparere debet.
49 Ad sinodum non venientes puniuntur.
Limita vt. j. nu. 52.
50 Ad sinodum venientes, sed nõ in termino puniuntur.
51 Idem si veniant, ⁊ illicenciati recedant.
Ad iudicium veniens ⁊ non stans vsq; ad recessum iudicis venisse non dicitur.
53 Monitio in sinodo facta vim trine citationis habet.
54 Citatio vnica sufficit, ⁊ non peremptoria in actibus extraiudicialibus.
55 Excõmunicatio vbi profutura non est fulminanda non est.
56 Ad sinoduz venire qs excusaẽ, si in citatione cã iusta exprimaẽ.
Idem si congregaretur per episcopum ob malam causam.
57 Infirmitas, senectus, ⁊ necessitas ad sinodum venire debentes excusant.
Infirmitas que excuset ad sinodum venire debentem.
Infirmitas leuis ab horis diuinis dicendis non excusat.
58 Pestis excusat non venientem ad sinodum, si sit magna, secus si parua.
59 Infirmitas per medicos, per familiares, ⁊ per iuramentum cũ alijs coniecturis probatur.
60 Etas an excusat non venientem ad synodum.

61 Necessitas

61 Necessitas grauis aliquē ad sinodū venire excusat.
62 Impedimentū nō veniendi ad sinodum per vnū testē probat̄.
Impedimentum tale an per iuramētum probetur.
63 Ad sinodum obligatus venire excusatur, si veniendo cultus diuinus destitueretur.
Diuino cultui fauendum est.
64 Impedimentum non veniendi ad sinodum excusat qn̄ ab eo, qui venire debet, non causatur.
65 Itē excusat, si adhibita fuit diligentia vt remoueretur.
Limita vt ibi.
Impedimētū qui remouere pōt impeditus non dicitur.
66 Impeditus ad sinodū venire coram honestis personis ꝓtestari debet ⁊ .j. nume. seq.
Impedimēta que excusent ad sinodum venire.
68 Impeditus ad sinodum venire procuratorem, vel nuntium mittere non tenetur.
69 Impediti ad sinodū venir̄ excusatio ꝑ nūtios vl̄ cū lr̄is fieri pt̄.
70 Impeditoꝝ ad sinodū venire lr̄e sufficiūt vbi nūtius ñ iueniret̄.
71 Impediti ad sinodum venire nuntius nuntiando impedimentum debet offerre se illud probaturum.
Impeditus scribēs lr̄as impedimēti id probaturꝝ se offerre dz.
72 Impediti nūtius si in latrones incidat mittens excusatur.
73 Impediti ex iusta causa nō veniētes ad sinodum, si excommunicentur sunt excōmunicati, ⁊ absolutione indigent.
Limita vt .j. nu. 75. 76. 77. ⁊ 78.
74 Excōicatio ab intentione excōicatoris regulatur.
79 Iudex sententiam latam declarare potest.
Iudex lata sn̄ia testificari pōt ad animi sui declarationem.
80 Clausula bona in censuris ferendis seruanda.
Contemptus ex inditijs, ⁊ coniecturis probatur.
Contemnere dicitur ille, qui contra ius facit.

Secunda pars.

V Eniendo ad scd̄am partem huius tractatus, quero primo qui debeāt venire ad synodum episcopi, Respondeo.

1 Primo† dz interesse ep̄s. c. ep̄s. in prin. xxxv. q. vj. puto tn̄ ex causa posse ep̄m interesse per vicariū, qui presidebit nomine ep̄i. arg. c. si ep̄s. de offi. ordi. in. vj. vbi probatur ep̄m posse visitare per vicariū. Rō est, qꝛ ex quo visitatio competit iure ordinario, pōt alteri demandari, vt dicit gl. ibi. cum igitur synodus cōpetat ep̄o iure ordinario, vt dixi in .j. parte. q. vj. idem iuris esse dz. l. illud. ff. ad. l. aquil. cū similibus, ⁊ hoc indubitatū videtur, qꝛ de iure canonico ordinarius oia nō ꝓhibita delegare potest, vt not. in. c. quod ad sedem. de offi. ordina. vbi etiam dicit̄ ordinariū de iure canonico posse delegare ea, que sunt mere imperij sed celebratio synodi est meri imperij, vt dixi .s. .j. parte in. ij. questione accessoria ad sextam questionē principalem, sequit̄

2 ergo ꝙ potest delegari. Corroboratur, †qꝛ papa potest celebrare ꝯciliū generale ꝑ legatū. §. porro. iij. dist. c. regula. xvj. dist. ⁊. c. sexta in princ. xvj. distin. puto tamen quod vicarius episcopi vel alius qui pro ep̄o synodo interest, de iure debeat habere speciale mādatū sicuti legatus qui interest ꝯcilio generali noie pape. iuxta gl. in. d. c. regula, quā ibi oēs sequūtur. ⁊ not. Panor. in disputatione incipiente episcopus. col. xvij. versi. itē nō

3 oēs. Sed videat ep̄s cui demādet, qꝛ si vicarius† delinquat in illo negotio tenet̄. arg. legis prime. in prin. ff. de exercito. actio. ⁊. l. obseruari. §. proficisci. ff. ꝺ offic. ꝓcōsulis, ⁊ ita no. Archid. in. d. c. si ep̄s. quē ibi referunt ceteri. ⁊ Hosti. in. c. ad hec. vbi Cardi. zaba. q. v. ⁊ Butrius colū. fi. ꝺ offi. archid. dn̄i ꝺ Rota in antiquioribus decis. j. tit. de offi. vicar. ⁊ in antiquis. deci. cccccxxxij. incip. vtrū, ⁊ in nouis decis. cclxxviij. incip. si vicari⁹ Bertachi. tracta. de episcopo. vij. parte libri. iiij. q. vij. ꝓpterea melius esset ipsum episcopū personaliter interesse qꝛ ad residentiā personalē sub pena pcti mortalis tenet̄ ep̄s, nisi alias sit cōmodū ecclesie vel ꝑsone detrimentum. vt not. Tho. ij. ij. q. clxxxv. arti. v. vbi late dn̄s Cardina. caietanus in cōmentarijs, ⁊ qꝛ sanguis subditoꝝ de manibus prelatorum requiritur. c. irrefragabili. in prin. de offi. or. vbi gl. j. multa allegat ad propositū. hinc ēt dn̄s apud Ezechielē. c. xxxiiij. conquerit̄ dicēs. vos lac comedebatis ⁊ lanis operiebamini, gregē aūt meū non pascebatis, ego dn̄s super pastores requirā gregē de manibus eoꝝ. ⁊ iij. reg. c. ij. dicitur. Custodi virū istū qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima illius.

4 †Scd̄o venire debent ad sinodum episcopi Abbates habētes capellas vel populū subiectū ep̄o sub se, siue ipsi abba. non sint exēpti, siue sint exēpti. quo ad nō exēptos, est gl. in. c. qd̄ su per his. ꝺ ma. ⁊ ob. q̄z oēs ibi sequunt̄. ⁊ no. Imo. i. c. dilectus col. ij. de of. or. ⁊ Car. zab. in. c. graue. q. iij. vbi ⁊ Imol. in p̄n. de p̄bē. quo aūt ad abba. exēptos est tex. i. c. ex ore. de p̄ui. vbi Pano. ij. no. ⁊ in fi. sui cōmēti, ⁊ ēt est tex. in. c. j. iūcta gl. in ꝟbo instituta. de p̄ui. in. vj. ⁊ no. gl. in ꝟbo vr̄ in. c. vt ap̄lice. ⁊ in c. exceptione, in ꝟbo curā. eo. ti. in. vj. Jo. an. in. c. fi. ꝺ cā pos. ⁊ prop. Archi. in. c. abbates. col. fi. xviij. q. ij. Bal. in. l. si qs ad declinādū. §. in oibus. C. de epis. ⁊ cle. Host. in sum. ti. de of. or. §. qd ꝑtinet. col. viij. ver. si aūt. Fede. de senis. ꝯsil. clxxxiij. statuto ep̄i. in prin. ⁊ ꝯsi. lxxxix. reuerē. pr̄. col. j. Alb. i dictionario. in ꝟbo sinodus. Gemi. in. c. ij. col. vj. de ꝯsti. in. vj. ⁊ in. d. c. ep̄s. lo. ij. xviij. di. vbi vterqꝫ Car. ⁊ idē Gemi. in. c. si papa. §. idē. col. j. de priuile. in. vj. Imo. in. c. ꝯquerēte. col. xij. ꝺ of. or. oēs doc. in. d. c. qd̄ sup his. fa. c. cū capella. de priuil. in antiqs. Abbas tn̄ antiquus. in. d. c. ex ore dicit hoc nō seruari ex cōsuetudine. rn̄dens ad illum tex. loqui qn̄ ep̄s in sinodo sua vult publicare statuta concilij prouincialis in quo Abbas non fuit. iuxta. c. fi. xviij. di. ꝓut refert Imol. in. d. c. quod sup his. col. ij. Sz certe cōis opinio est in ꝯtrariū, vt liquet ex adductis supra, ⁊ inconuincibiliter ꝓbat̄ in. d. c. ex ore ibi statuta ipsius. que verba nō p̄nt referri nisi ad sinodū ep̄i. Limita qn̄ abbates exēpti habētes capellas, vel pp̄l'm sub se, haberēt ēt priuilegiū nō veniēdi ad sinodū ep̄i ḃm doctores in p̄allegatis locis, ⁊ probat̄ in. c. qm̄ ꝑ ꝯfessionē. de priuileg. ⁊ in. c. nimis. de exces. prela. ḃm vnū intellectū. vide gl. in. d. c. dilectus. de offi. ordi. Hostiē. in summa. eo. ti. §. qd ꝑtinet. ꝟs. capelle ēt monachorum. Imol. in. d. c. qd̄ sup his. col. j. Alexan. in. d. c. ep̄s. xviij. di. si ꝟo abbates nō habeāt capellas, vel pp̄l'm sub se, tūc dic ꝙ si nō sint exēpti debēt ēt venire ad sinodū ep̄i ḃz Hug. in. d. c. abbates. xviij. q. ij. ⁊ Inno. in. d. c. graue. in p̄n. quos seq̄t̄ Jo. an. in. d. c. ꝙ sup his. in nouella. vbi bonus tex. ⁊ no. Panor. in. d. c. ex ore. ij. not. Gemi. in. c. ep̄s. lo. ij. col. i. vbi Car. de turre circa mediū cōmenti. ⁊ Alexā. col. ij. xviij. di. ⁊ vr̄ ꝓbari in. d. c. abbates. in p̄nci. ⁊ in. c. annis singulis. ⁊ in. c. fi. xviij. di. Cōtrariū vr̄ ꝑ dictū. c. ep̄s ⁊ ꝑ. c. fi. §. fi. xviij. q. ij. vbi dr̄ nō eē cogēdū abbates ire ad sinodum ep̄i. ⁊ ita tz gl. in. d. c. quod super his. Quid tenēdū? prior opinio est cōis ⁊ verior, qꝛ sinodus est mixta de lege diocesana ⁊ de lege iurisdictionis ḃm Hosti. in. d. c. ꝙ sup his. quē ibi seq̄t̄ Panor. col. ij. post Jo. an. vt late dixi .s. in .j. parte. q. xj. ſꝫ abbates nō exēpti subijciunt̄ ep̄o lege iurisdictionis. d. c. abbates. d. c. dilectus. d. c. ꝯquerēte. versi. nos aūt. de offi. or. ⁊ notāt oēs post Inno. in. c. quanto eo. titu. ⁊ in. c. cū cōtingat. de foro cōpe. ⁊ hāc rōnem ponit Car. Alexan. in. d. c. ep̄s col. ij. Non sunt tn̄ hoc casu abbates non exēpti cogendi per ep̄m venire ad sinodū suā. ḃm Archi. in. d. c. abbates, nisi cā rationabilis suadeat. vt dicit gl. in. d. c. ꝙ sup his. vbi. d. Ant. de but. col. fi. Car. zaba. q. j. ⁊ scribunt Gemi. ⁊ Card. alex. in. d. c. ep̄s. Anto. de rosel. in trac. de ꝯcilijs. col. xxix. ꝟs. nunc assumamus. ⁊ hoc clare ꝓbat̄ in. d. c. ep̄s nō dz. xviij. dist. ⁊ in. d. c. fi. §. canonica. xviij. q. ij. que ita debēt intelligi. Fallit hoc nisi ipsi abbates non exēpti ex ꝯsuetudine venire soleāt ad sinodū ep̄i per. d. c. fi. in prin. qꝛ tūc possent cogi. ⁊ ita per illum tex. not. Host. in summa. titu. de offi. ordina. §. quid ꝑtinet. col. vij. ꝟs. item venire. Aduerte ēt ꝙ ēt circūscripta consuetudine, bonum est ꝙ tales abbates ad sinodum ep̄i accedāt pp̄ statuta q̄ in sinodo fieri p̄nt, quibus poterunt resistere si sint p̄ntes. c. nicena. xxxj. di. ita Imol. in. d. c. qd̄ sup his col. ij. vbi. Car. zab. q. i. i fi. dicit tutius esse ꝙ tales abba. vēiāt ad sinodū ep̄i, pp̄ euitādas opi. fa. qꝛ pp̄ statuta bonū ē ēt abbates accedere ad sinodū ꝓuincialē lꝫ regl'r accedere nō teneant̄, autore Gemi. in. d. c. ep̄s. quē ibi sequunt̄ vterqꝫ Car. si aūt abba. nō habeāt capellas vel populū sub se ⁊ sint exēpti, ñ tenent̄ ire ad sinodū ep̄i, ḃz gl. in. d. c. qd̄ sup his. q̄z ibi oēs sequunt̄ ⁊ in alijs locis ꝓxime allegatis, ⁊ hn̄ fac. tex. d. c. qd̄ sup ibi tibi lege diocesana, subditos, ⁊ ꝓbat̄. in. d. c. ex ore. ante fi. rō est qꝛ ex quo tales abbates nō sunt subditi ep̄o nō astringuntur, nec ligant̄ statutis eius, vt not. in. c. j. de ꝯsti. Fallit nisi ex ꝯsuetudine tales abbates venire deberēt ad sinodū ep̄i. c. fi. in p̄n. xviij. q. ij. ꝑ quē ita not. Host. in sum. tit. de of. ordi. §. quid ꝑtinet. ver. sunt aūt .s. allegato. vide que dicā infra ver. nō ire.

5 †Amplia p̄mo, ꝙ abba. tā exēpti, q̄z nō exēpti i casibus i q̄bus dixi eos debere venire ad sinodū ep̄i, ēt debēt venire lꝫ habeāt alios abbates sibi sup̄iores, ḃm Lap. inter ꝯsilia Fed. ꝯsi.

6 lxxxix. inci. reuerēde pr̄. ¶ † Amplia scđo q̄ abbates in casibus p̄missis debēt accedere ad sinodū epi, ēt si nō fuerūt spālr̄ vocati mō gn̄lr̄ vocent̄, vt vult Inn. in. d. c. qđ sup his, sequitur Phil. fran. in. d. c. vt apostolice. iiij. no. de priui. in. vj. qđ intelige verū, qn̄ abbates habēt populū sub se vel capellas subditas epo alias si non habeāt spāliter debēt vocari si credimus Imol. in. d. c. qđ sup his. col. ij. ⁊ vnica citatio seu vocatio sufficit gl. in. c. si eps. xviij. di. quā ibi sequunt̄ doc. ⁊ Panor. in. c. ex literis. col. iiij. de ⁊sti. ⁊ in. c. cū cā. col. ij. ⁊. iij. de offi. dele.

7 ¶ † Limita ⁊ intellige primo predicta procedere, quando ipsi abbates exercent curā aiaꝝ p se, q̄z secus si capellis, ⁊ ecclesijs sibi subditis preficiunt̄ sacerdotes, tūc. n. sufficit ipsos sacerdotes ire ad sinodū epi autore Abbate antiquo in. d. c. qđ super his, quē oēs ibi sequunt̄, ⁊ Car. de turre. ⁊ in. c. j. col. fi. x. q. j.

8 ¶ † Limita scđo qn̄ abbates essent cisterciē. ordinis, q̄z ipsi nō cogunt̄ venire ad sinodū epi in casibus p̄dictis, ɓm glo. in. d. c. eps. lo. ij. xviij. dist. quā sequit̄ Archi. post Lap. in. d. c. abbates. xviij. q. ij. col. ij. in ver. in gl. ⁊ Car. alex. seq vr̄ in. d. c. eps in p̄n. ⁊ p hac limitatione facit. c. cū ɓm ordnie, de resc. sed tn̄ hoc est durū, lȝ doc. simplr̄ sequant̄ q̄z nullibi reperit̄ expressū nec. c. j. de sta. mo. ⁊. c. ex tuaꝝ. de p̄ui. q̄ allegant̄ p limitatione aliqd faciūt vt videre lȝ. Nō ob. d. c. cū ɓm ordinē, q̄z in casu illius. c. sunt expresse p̄uilegiati de iure, nō aūt in casu huius limitationis reperiunt̄ de iure p̄uilegiati, ergo nec nos eos priuilegiatos facere debemus arg. c. ⁊suluisti. ij. q. iiij. l. de ptio. ff.

9 de publicia. cogita. ¶ † Tertio ire debēt ad sinodū epi monachi trāslati ad ecclesias parrochiales. c. de monachis. xvj. q. j. not. Archi. in. d. c. abbates. xviij. q. ij. col. ij. Gemi. ⁊ vterqȝ Car. in. d. c. eps. lo. ij. xviij. dis. dicētes hoc iō esse, q̄z tūc rōne

10 ecclesiaꝝ, ⁊ populi subditi sunt epo, facit † q̄z tales monachi debent officiare ecclesias illas seculares nō ɓm morē monachalē sed ɓm morē attributū illi ecclesie, gl. pe. in cle. fi. de cele. mis. vbi Car. zab. q. vi. gl. i. c. iij. xvi. q. i. ⁊ no. vterqȝ Car. in. c. qn̄.

11 xxxviij. di. ¶ † Simplices aūt monachi claustrales nō tenent̄ venire ad sinodū epi gl. in. c. ⁊ueniētib⁹. i. q. vij. ⁊ tradit vterqȝ

12 Car. in. d. c. eps. Fely. i. d. c. qđ sup his. col. i. nec pariter † mēdicātes tenent̄ venire. c. nimis. lo. ij. de exces. pla. ⁊ not. Host. in sum. eo. tit. §. qualiter. ver. ordo aūt, ⁊ scribūt Gemi. vterqȝ Cardi. ⁊ Fely. in locis p̄xime allegatis, lȝ ipsi mendicātes possint cogi p epȝ venire ad p̄cessiones gn̄ales q̄ fiūt ex magna cā, vt scribit Gemi. in. d. c. qn̄. xxxviij. di. Panor. i. d. c. nimis. ⁊ i c. dilectus. col. fin. vbi Fely. de offi. ordi. Ang. đ clauas. i sum. in verbo eps. §. xi. deci. Tholo. ccccl xxxiiij. inci. vtꝝ archieps.

13 ¶ † Ex h̄ vr̄ posse iferri ipsos mēdicātes posse cogi venire ad sinodū epi qn̄ fieret ex magna cā, puta fidei vel alia simil. arg. eius q̄ no. Archi. in. d. c. qn̄. i fi. vbi dicit ire ad letanias seu p̄cessiones ⁊ venire ad siondū seu ⁊ciliū eqparari, ⁊ seqt̄ Felyn.

14 in. d. dilectus. col. iij. ver. circa vndecimū. de of. or. ¶ † Quarto ire debēt ad sinodū epi oēs p̄elati seculares ɓȝ Imol. in. d. c. graue. col. vj. ver. ad sinodale. de p̄bē. ⁊ de boꝝ ⁊silio eps q p̄est in sinodo ⁊ hȝ ordinariā iurisdictionē dȝ oia gerere autore eodē Imol. ibi. col. vj. ⁊ idē repetit ibi col. pe. nihil alle. Imol. p p̄batione p̄dictoꝝ, ego intelligo h̄ de p̄latis secularibus nō exēptis, ⁊ puto p̄bari in. d. c. fi. xviij. dist. ibi p̄sbiteros ⁊ in. d. c. qđ sup his. ibi sacerdotes diocesana. de maio. ⁊ ob. nā appellatione p̄sbyteroꝝ, ⁊ sacerdotū cōp̄rehēdi p̄nt p̄lati seculares. ar. c. legimus. xciij. di. ⁊. c. olī idē. xcv. di. ⁊ gl. in ꝟbo cōione in. c. qm̄. xvij. di. nā ex quo nō sunt exēpti subijciunt̄ epo. vt dixi. s̄. in. j. pte. q. xij. liganturqȝ statutis epi, ⁊ ab eoꝝ sn̄ia appel-

15 lari dȝ ad epm̄. c. romana. §. j. de appel. i. vj. † Prelati aūt stricte dicunt̄ oēs q habēt iurisdictionē ⁊tētiosaȝ gl. in verbo plati. in cle. dudū. de sepul. gl. i verbo p̄latis. i. d. §. j. vbi Gemi. ⁊ Phi. fran. dicūt tales p̄latos esse subditos epo. adde Pan̄. idē tenētē q̄ gl. p̄alle. in. c. fi. vl. no. de pe. ⁊ re. ⁊ in. c. cū ab ecclesiaꝝ. de of. or. đ. meū. Phi. deci. in rub. de po. p̄la. col. j. large aūt p̄lati dicūr ēt rectores parrochialiū eccl'iaꝝ ɓm Pan̄. in locis p̄alle. de qbus si intelligant̄ p̄dcā planū est p ea q̄ statim dicā, sed puto Imol. itelligere đ p̄latis stricte dictis, ⁊ sic đ his q habēt iurisdictionē fori ⁊tētio. vt. s̄. dixi. Hi. n. p̄lati cū ligent̄ statutis epi, debēt corrigeř clericos sibi subditos ɓȝ statuta epi, ex quo sunt subditi epo debēt p̄stare epo obedientiā q̄ p̄stat̄ epo in sinodo. d. c. q̄ sup his. Cōsequēs est igit̄ q̄ venire debēt ad sinodū epi, ⁊ h̄ apte vult Collectarius. i. c. sicut. ꝟ. lȝ qd suppo

16 sito. đ acc. ¶ † Quito ire đbēt ad sinodū epi sacerdotes hn̄tes curā aiaꝝ. d. c. qđ sup his. đ ma. ⁊ ob. vbi ita itelligit Jo. an. in nouel. supplēs ad verbū sacerdotes. s. curatos, quē ibi seqtur Car. zab. iij. op. Imol. ⁊ Pan̄. j. no. ⁊ p̄bat̄ ēt i. c. qn̄. xxxviij. di. vbi Gemi. ⁊ Car. alex. no. Inn. in. d. c. graue. in p̄n. vbi oēs de p̄b. q̄ p̄cedit ēt si sint p̄ntati p exemptos ɓm Arc. ⁊ Jo. an. in. c. j. §. illū. p illū tex. đ ver. si. in. vj. vbi Ge. ⁊ Frā. alij aūt sa-

17 cerdotes † nō habētes curā aiaꝝ nec b̄n̄ficiati nō tenent̄ ire ɓm gl. j. in. d. c. qđ sup his vbi. d. Ant. q. j. seqt̄ Car. zab. iij. op. ⁊ Imo. j. no. Si tn̄ eps vellet aliqd statuere in sinodo ⁊cernēs totū clerū, vel p̄cedere ad reformationē moꝝ, possent oēs clerici diocesis cogi venire ad sinodū autore Panor. in. d. c. qđ sup his. j. no. Inn. in. d. c. graue. quē ibi seqt̄ Jo. an. col. ij. ⁊ zab. col. iij. qn̄ dicūt q̄ vocandus est totus clerus ad sinodum epi.

18 ¶ † Sexto venire debēt ad sinodū epi oēs clerici b̄n̄ficia simplicia habētes q̄uis n̄ habeāt cura aiaꝝ. Ita dicūt aliq p. c. fi. de censi. vbi a ⁊rio sensu ɓȝ Inn. Car. zab. ⁊ alios p̄bat̄ b̄n̄ficiatos q instituunt̄ ppetuo in oratorijs ⁊ capellis visitari posse per epm̄ loci, ⁊ obligari ad solutionē p̄curationis, facit q̄z sinodus epi est p̄paratoria ad visitationē ⁊ quedam visitatio gn̄alis preambula visitationis p̄ticularis ɓm Frā. pauinū in trac. de ptāte. c. sede vacā. j. pte. q. vij. col. j. ⁊ p̄bat̄ ɓm eū in. c. sicut. de accu. ergo si b̄n̄ficiati possint visitari seqt̄ q̄ debēt venire ad sinodū epi ipsius visitationis p̄ambulā, q̄z cui iniūgit̄ ⁊ns iniūgit̄ āncedēs. l. ad rē mobilē. ff. de p̄cu. Sed q̄ tales nō teneant̄ venire affirmat Car. zab. in. d. c. qđ sup his. in. iij. oppo. sufficit. n. curatos ire q postea publicāt populo ⁊ ceteris ecclesiasticis statuta in sinodo epi facta, sicuti faciūt epi de statutis ⁊cilij gn̄alis vel p̄uincialis, vt dicā. j̄. in. iij. pte. ver. sextus actus. Preterea tales b̄n̄ficiati nō subsunt epo lege diocesana, cū nō habeāt ecclesias quaꝝ rōne teneant̄ ad cathedraticū, ⁊ ad quartā decimarū, ⁊ similia, vt in. c. ⁊querēte. de of. or. ɓm Panor. in. d. c. qđ sup his. j. no. post Host. ⁊ Jo. and. ibi nō obstāt allegata in contrarium, q̄z multi tenent contra Inno. in. d. c. fi. ⁊ forte melius autore Panor. ibi in finalibus verbis. vel pōt dici diuersā rōnē eē in visitatione, ⁊ ex separatis nō fit illatio. l. papinianus exuli. ff. de minori. Nō ob. dcm̄ dn̄i Pauini, q̄z. d. c. sicut allegatū p ipsuȝ hoc nō p̄bat si recte inspiciat̄, nā q̄ ibi fit mentio de testibus sinodalibus instituēdis nihil ad p̄positū visitationis fit, q̄z illi nō dicunt̄ visitare ſȝ inuestigare absqȝ vlla iurisdictiōe q̄ correctiōe, vl' reformatiōe digna sunt, de qbus dicā latius. j̄. in. iij. parte. in. xj. actu. cū igit̄ ille tex. nō p̄bet intētionē

19 Pauini, seqt̄ dcm̄ eius nō eē veꝝ, q̄z dcm̄ doctoris † intelligit̄ ɓȝ tex. quē allegat, vt inqt Bar. in. l. nō solū. §. liberatiōis. col. j. ff. de lib. lega. ⁊ idē Bar. in. l. cū qdā. ff. de his qbus vt indig. ⁊ in. l. j. in p̄n. ff. de vulga. ⁊ pu. col. pen. Lepol. in auc. nouo iure. col. x. C. de ser. fugi. Jo. an. in. c. cū nūtius. de testi. ⁊ ifinita ⁊silia allegare possez que alias addidi ad Bar. meū in. d. §. liberationis. ſȝ prudēs omitto, vti nō multū necessariū nec vtile.

20 ¶ † Limita primo qn̄ eps vellet aliqd statuere in sinodo ⁊cernēs totū clerū, vel p̄cedere ad reformationē morū, vt. s̄. p̄xie dixi ꝟs. quinto ire, q̄z tūc simpliciter beneficiati venire tenerent̄.

21 ¶ † Limita scđo qn̄ eps notificaturus eēt in sinodo sua, statuta ⁊cilij p̄uincialis, q̄z hoc casu oēs clerici debēt accedere ad sinodū epi ɓȝ Hug. in. c. fi. xviij. dist. quē refert ⁊ seqt̄ Car. de turre. ⁊ ille tex. hoc p̄bare vr̄ ibi diacones ⁊ clericos ⁊c. facit qa h̄ laici debēt venire vt dicā. j̄. hac eadē parte. ꝟsi. septimo ire.

22 ¶ † Primo ex p̄dictis inferēdū vr̄ canonicos cathedraliū ecclesiaꝝ nō teneri vnir̄ ad sinodū epi, q̄z canonicatus dicunt̄ simplicia b̄n̄ficia ⁊ canonici dicunt̄ simpliciter b̄n̄ficiati. vt no. panor. in. c. nouū genus. col. ij. in fi. de deci. vn̄ canonici cathedraliū ecclesiaꝝ nō dicunt̄ eē in dignitate. c. statutū. in p̄n. vbi Gemi. no. iiij. de rescrip. in. vj. lȝ dicant̄ esse in quasi dignitate, vt scribit dn̄s Fran. de Ripa. in. j. li. respon. c. xxiij. col. j. nu. vij.

23 ¶ † Limita primo qn̄ in sinodo epi tractarent̄ tangētia canonicos cathedraliū eccl'iaꝝ, q̄z tūc debēt inuitari. arg. d. c. fi. vbi p̄bat̄ cathedraliū eccl'iaꝝ canonicos dēre vocari ad sinodum p̄uincialē si tractent̄ ea q̄ ipsa capl'a ⁊tingūt. ⁊ idē vr̄ dđȝ đ sinodo epi, hoc velle puto ibi Jo. an. in nouella sup ꝟbo inuitari. dum dicit canonicos eccl'iaꝝ cathedraliū debere inuitari ad sinodū epi, si tractent̄ tāgētia eos, q̄z de eoꝝ ⁊silio fieri debēt. c. nouit. c. sequēti. eo. ti. ⁊ idē q̄ Jo. an. dicit Car. ibi. q. iij. facit q̄z doctores sepe arguūt de sinodo p̄uinciali ad sinodū epi. vt. j̄. dicā i. iij. pte i. vij. actu. Aduerte tn̄ q̄z lȝ ɓȝ Vincē. Inn. Hos. ⁊ Jo. an. in. d. c. fi. in. d. c. graue. de p̄bē. tex. i. d. c. fi. itelligat̄ mō p̄dicto. s. canonicos cathedraliū ecclesiaꝝ debere vocari ad sinodū p̄uincialē, si tractent̄ tāgentia eos, tn̄ tex. ibi probat q̄ siue tractent̄ tangentia eos siue nō, qđ sunt inuitandi, q̄z di-

24 ctio † maxime ibi posita importat idē esse i casu ⁊rio, ɓȝ Panor.

noꝛ.in.c.dānamus.col.pe.de sum.tri.ꝛ fid.catho.vbi additio
plura allegat loca.itē in.d.c.fi.ponit̄ verbū debeāt, qđ impoꝛ
tat necessitatē.gl.ij.in.c.ꝑposuit.de appel.vbi docto.ꝛ ꝑ hec
Car.zaba.in.d.c.fi.iij.q.ꝛ in.d.c.graue.q.v.ꝫ semp vocan-
dos ad ꝯciliū ꝓuinciale canonicos cathedraliū ecclesiaꝝ ꝓ tu
tioꝛi.idē ꝫ Panoꝛ.in.d.c.graue.col.fi.ꝛ in.d.c.fi.j.ꝛ vl.no.
Et per hec ꝛ supꝛadicta vr̄ idē dōm in sinodo epi, arg.d.c.fin.
Quid tenēdū? Ego puto canonicos cathedraliū ecclesiaꝝ de-
bere ꝑ epm vocari ad suā sinodū de necessitate iuxta haꝫ opin.
sed ipsi non tenent̄ venire nisi de honestate vel nisi tractent̄ tan
gentia eos, vel nisi eps indigeret ꝯsilio ipsoꝝ canonicoꝝ, iuxta
25 primā opi. qđ latius statim declarabitur. ¶ †Limita.ij.illatio
neꝫ ꝑdictā, qñ canonici cathedra.ecclesie haberēt sub se popu
luꝫ subditū epo, vel sub se hērēt capellas subditas epo, qꝛ siue
sint exēpti siue nō, puto eos ire debere ad sinodū epi, arg.c.cū
capella.de priui.ꝛ ꝑ ea q̄ dixi.s.de abbatibus in ꝑn.huius scđe
26 partis.nu.iiij. ¶ †Limita.iij.qñ eps in sinodo suo vellet face-
re statuta, qꝛ ex quo tūc dꝫ eps requirere ꝯciliū capituli sui ꝛ sic
canonicoꝝ cathedralis ecclesie, vt not. Archi.in sum.xviij.di.
ꝛ in.c.ij.de cōst.in.vj.ꝛ late dicā.j.in.iij.pte.actu.xviij.nume.
cxxxvij.puto hoc casu canonicos cathedralis ecclesie debere
venire ad sinodū epi. Sublimita qñ eps ꝯ capitulū ꝑscripsisset
ꝙ nō teneat̄ requirere cōsiliū capituli ſm Pet.de anch.in re
pe.c.j.in.v.q.ix.q.ꝑn.ꝺ ꝯsti.ꝺ quo vide qđ diffuse dicā.j.i.iij.
pte dicto actu.xviij.nu.cxxxix.qꝛ hoc casu nō haberet locū li-
27 mitatio ꝑdicta. ¶ †Limita.iiij. in duobus casibus quos.s.po
sui añ hāc illationē, ꝛ capitulū cathedralis ecclesie nō esset exē
ptū a iurisdictione epi, qꝛ sicuti clerici simpl'r bñficiati i illis ca
28 sibus tenerent̄ venire ad sinodū epi. ¶ †Limita.v.qñ canōici
cathedralis ecclesie haberēt iurisdictionē depēdētē seu resoꝛ-
tissantē ab epo, vt qꝛ appellaret̄ ab ipsis ad epm, iuxta.c.roma
na.§.j.de apel.in.vj. qꝛ hoc casu puto ꝙ deberēt ire ad sinodū
29 epi, ꝑ ea q̄ dixi.s.hac eadē pte.ver.iiij.quero. ¶ †Limita.vj.
qñ canonici cathedralis ecclesie haberēt iudisdictionē cōeꝫ in
aliqbus locis diocesis cū epo, vt est dare exēplū i dñis meis ca
nonicis ecclesie Lugdu.q in ciuitate Lugduni habēt sup cleꝝ
iurisdictionē cōem cū reuerēdissimo.d.Archiepo, nā cū i sino
do epi debeāt coꝛrigi moꝛes clericoꝝ, c.annis singulis.c.qm̄ ꝗ-
dē.xviij.dist.ꝛ late dicā.j.in.iij.pte.ver.ix. actus. puto ꝙ tali
casu dēberēt venire canonici cathedralis ecclesie ad sinodū epi,
qꝛ quo ad illos qui sunt iurisdictionis cōis, sunt cōiudices, pro
ptera venire debēt, sicuti epi deberēt ire ad sinodū ꝓuincialē,
qꝛ ibi sunt ꝯiudices, vt scribit Car.alex. in.c.pp ecclesiasticas.
30 lo.j.col.fi.xviij.dis. ¶ †Scđo ex ꝑdcis isero, canonicos colle
giataꝝ eccle.ñ teneri venire ad sinodū epi, qꝛ si cano.cathedra
liū ecclesiaꝝ nō tenent̄ venire, vt.s.dixi qꝛ dñr habere simplicia
beneficia, a foꝛtioꝛi rōne non tenentur venire canonici collegia
taꝝ ecclesiaꝝ q nō solū dñr hēre simplicia benefica, sed ēt dñr
clerici scđi gradus autoꝛe gemi.ꝛ Car.alex.in.c.epos.xvij.di.
col.ij.vꝫ.n.argu.a maioꝛi ad minus negatiue.gl. i ꝟbo multo
foꝛtius.in.c.cū in cūctis.in ꝑn.de elec.vbi doc.ꝛ in auc.multo
magis.C ꝺ sa.san.ec.facit qꝛ canonici collegiataꝝ eccle.nō vo
cant̄ ad ꝯciliū ꝓuinciale, vt no.Car.zab.in.d.c.fi.j.not. ꝺ his
q̄ fi.a pl.sine ꝯsensu ca.ꝛ tñ canonici cathedraliū ecclesiaꝝ vo
cant̄ vt ibi. ¶ Limita.j.in duo.casibus i qbus oēs clerici bñ-
ficiati tenent̄ venire ad sinodū epi, quos posui.s.añ ꝑmā illatio
31 nē ꝑcedētē. ¶ †Limita.ij.qñ canonici collegiataꝝ ecclesiarū
haberēt populū subditū sub se vel capellas subditas sub se, vt
dixi.s.in ꝑcedenti illatione de canonicis cathedralis eccl'ie in.
32 ij.limitatione. ¶ †Limita.iij.in capitibus ipsaꝝ collegiataꝝ
ecclesiaꝝ habētibus curā aiaꝝ vel iurisdictionē depēdētē ab
epo, nā hoc casu ipsa capita tenent̄ ire ad sinodū epi, vt.s.ver.
iiij.ire.ꝛ ver.v.ire.ꝛ in pcedēti illatione limitatione quinta.
33 ¶ †Septimo ire ad sinodū epi debēt oēs ēt laici qñ eps in sua
sinodo notificaturus ꝛ publicaturus est statuta edita in sinodo
ꝓuinciali seu archiepali.c.fi.xviij.dist.vbi ait Archi.queꝫ ibi
sequit̄ vterqꝫ Car.ꝙ tñ hoc casu venire laici debēt ad sinodū
epi, idē scribit Panoꝛ.in dispu.inci.eps.col.xviij.ver. ad ꝯci
liū, ꝗ Pañ.in.d.c.qđ sup his.j.no.de ma.ꝛ ob.vult laicos ēt
ex alia cā vocari posse ad sinodū epi, ꝛ maxime qñ tractarent̄
negotia tāgētia ipsos laicos, idē vult Gemi.in.d.c.fi.v.not.di
cens laicos posse intromitti in sinodo epi, qñ fiūt actus tāgētes
ipsos, vt qꝛ publicantur cōstitutiones tangentes omnes de dio
cesi, sed itellige ꝙ in dictis casibus intromitti pñt non quidem
vt iudicēt vel doceāt, ſꝫ vt audiāt.c.dicēdus.lxij.dis. fac.c.pp
ecclesiasticas.in ꝑn.xviij.dist.ꝛ qđ no.Car.ꝯs.viij.inci.qđ sta
34 tutū sub rub.ꝺ ꝯsti. †Sed vbi tractarent̄ coꝛrectiones, vel ne-
gotia tm̄ clericoꝝ debēt laici excludi a sinodo, autoꝛibus Joā.
and.Car.zab.ꝛ Pan.in.d.c.fi.de his q̄ fi.a pla.sine ꝯsensu
ca.ꝛ eo.Pan.in.d.dispu.eps.col.xvj.Fely.in.c.aplice.col.
v.de exce.ꝛ in.c.j.in ꝑn.de spōsa.Car.alex.i.c.i. col.xiij.xv.
dist.mouent̄ isti arg.c.massana.de elec.vbi laici ꝓhibent̄ inter
esse electioni ꝑlati cū canonicis, ꝛ expressius ꝓbat̄ in extraua.
Bonifacij octaui.q̄ inci.debēt superioꝛibus sita inter extraua.
cōes.tit.de offi.oꝛdi.vbi eps visitās monasteria dꝫ tm̄mō du-
35 cere secū ꝑsonas clericali caractere insignitas. ¶ †Intellige
tñ primo ꝑdicta ꝙ laici debēt in casu.j.ꝑdicto venire ad sino-
duꝫ epi de ꝯgruitate, qꝛ de necessitate nō debēt venire, qꝛ suffi-
cit clericos ire ꝛ postea nūtiare laicis autoꝛe Archi. in.d.c.fi.
quē ibi sequnt̄ Gemi.ꝛ Car.de turre dicētes, ꝙ laici veniunt
ad maioꝛē fidē habēdā, qꝛ magis credit̄ verbis epi ꝙ̄ clericoꝝ.
36 ¶ †Intellige.ij.ꝑdicta vera ꝙ laici debēt ire ad sinodū epi in
predicto ꝑmo casu esse vera, qñ in sinodo archiepali aliqđ noui
statutū fuit, alias nō cogunt̄ venire ad sinodū epi, ēt qñ publicā
tur statuta ꝯcilij ꝓuincialis vt not. Archi.in.d.c.fi.quē ibi se-
37 quunt̄ Gemi.ꝛ Car.de turre. ¶ †Octauo ire ad sinodū epi de
bēt illi q ex ꝯsuetudine accedere solēt vt ꝓbat̄ i.fi.c. i ꝑn.xviij.
q.ij.vbi dr̄ ꝙ monasteria debēt epo ꝯsueta seruitia, ꝛ ꝑ illū tex.
ita no.Host.in sum.tit.ꝺ offi.oꝛdi.§.qđ pertinet. col.vij. ver.
sint añt qdā. ibi itē venire cogunt̄ seqt̄ Astesanus in sum. lib.
vj.tit.xliij.arti.iij. Cōfirmo.j.qꝛ iurisdictio acqrit̄ ꝯsuetudine.
c.cū ꝯtingat.de fo.cōpe.l.i.C.de emā.multa ad hoc allegat.d.
Rochus de cur.in.c.fi.col.xvj.ver.viij.infert̄, ꝺ ꝯsue. ſꝫ sino
dus est mixta de lege iurisdictionis ꝛ de lege diocesana vt dixi
.s.in.i.pte.q.xj.ergo seqt̄ ꝙ ex ꝯsuetudine pñt aliq obligari ve
nire ad sinodū epi, ꝛ eiusdē subijci iurisdictioni sinodali, ꝯfirmo
scđo qꝛ alius ab epo, pōt ꝑscribere ptātē ꝯgregādi sinodū quo
ad certos ecclesiasticos vt dicā statim hac eadē pte. ꝟ.his ꝑli
batis, ergo eps quo ad certos q ad suā sinodū venire nō tenebā
tur pōt acqrere ex ꝯsuetudine ꝙ venire teneant̄ licet cessante
ꝯsuetudine de iure nō tenebant̄.ꝛ puto ꝙ ad inducendā talem
38 † cōsuetudinē sufficiāt.x.anni, qꝛ est ꝑter ius iuxta glo.in ꝟbo
ꝯsuetudo in.c.fi.de ꝯsue.in.vi.gl.in verbo statuimus. in.c.vt
litigātes de of.oꝛ.co.li.de qbus gl.vide Panoꝛ.in.d.c.fi.co.
vij.ꝟsi.ꝙ̄tū vero de ꝯsue.vbi.d.Rochus col.xlij. ꝟ.ij.ꝯclu.
multa alleg.nisi foꝛte talis ꝯsuetudo esset ꝯ abbates exemptos
nō habētes populū vel capellas sub se, vel ꝯ mēdicantes quos
.s.dixi de iure nō teneri venire ad sinodū epi, qꝛ tūc regreret̄ cō
suetudo ꝑscripta spacio.xl.anno.qꝛ est ꝯ ius ꝑ ea q̄ dñr in dcis
locis intelligo ēt ꝙ in tali ꝯsuetudine interueniāt alia reqsita
ad inducēdā ꝯsuetudinē de qbus lege doctoꝛes in.d.c.fin.qꝛ
39 nō est materia peculiaris huius ꝓpositi. ¶ †Nono accedere
ad sinodū epi debēt oēs lesi q querelas suas in sinodo epi ꝯtra
aliquos ꝓponere, ꝛ de eisdē rōnem habere volunt.c.pp eccle-
siasticas.in prin.lo.ij.xviij.dist.qui tex.licet loquat̄ in his qui
ꝓponere volūt suas querelas in sinodo prouinciali, tñ idē iuris
est in istis qui querelas suas proponere volunt in sinodo epi,
ꝑ ea que dicaꝫ.j.in.iij.parte huius tractatus in.viij.actu. Ra-
tio huius esse pōt, qꝛ in omni iudicio debēt esse tres ꝑsone, scꝫ
actoꝛ, reus, ꝛ iudex, vt not.in rub.extra de iudi.sed si isti nō ve
niunt nullus esset actoꝛ, ergo venire debent.
40 ¶ †His prelibatis, incidēter ꝑrio quero, an quis ex.s.dictis
se possit tueri ꝑscriptione, ꝙ non teneat̄ venire ad synoduꝫ epi,
vr̄ prima facie dōm ꝙ sic, qꝛ iura epalia pñt prescribi ꝑ inferio
rē.c.auditis.c.cū olim de ꝑscrip.vbi oēs doctoꝛes, ꝛ plura ad
hoc allegat dñs Balbus.in tracta.ꝑscriptionū.j.parte.v.par
tis.q.xj.que videri pñt, multa certe dici possent circa hāc qō-
nē.paucis tñ absolnendo ꝛ capiendo ea que magis stringūt, pu
to ꝯriū verius, scꝫ ꝙ qs ex.s.dictis nō pōt se tueri ꝑscriptione.
Moueoꝛ primo, qꝛ in synodo epi dꝫ prestari obedientia.c.qđ
super his.de maioꝛ.ꝛ obed. sed obedientia non potest prescri-
bi.c.cum non liceat.de maioꝛ.ꝛ obe. Scđo moueoꝛ qꝛ in syno
do epi dꝫ solui cathedraticū vt dicam.j.in.iij.pte, sed cathedra
ticum non potest prescribi.vt ibi dicā, ergo nec obligatio veniē
di ad synodum.arg.auc.moltomagis.C.de sacrosan.eccle.vbi
potentioꝛ est prohibitio in causa quam in causato.
41 ¶ †Limita qñ alius prelatus ꝙ̄ eps siue ille sit extraneus, siue
subditus epo, ꝑscripsisset ius celebrandi synodū in aliquo loco,
qđqꝫ ad eā certi venire debeāt, nā hoc casu puto illos certos
nō posse cogi ꝑ epm i cuius diocesi sunt, ire ad synodū suā, cū in
ꝯsequentiā prescripserint libertatē nō eūdi ad synodū epi, cum
sint obligati ire ad synodū alterius prelati. Moueoꝛ primo ex

notatis in.d.c.cũ nõ liceat, vbi ɔcludit̃ q lз plena exẽptio ab obedientia superioris nõ possit prescribi p subditũ, tñ põt pscribi q alteri q̃z epõ supiori debeat̃ obediẽtia, quo casu subditus pscribit libertatem ɔ̃ suũ supiorẽ. scd̃o moueor ex eo quod not. Fely.in.c.cũ ex officij.col.v.vſ.limita.iij.eo.ti.⁊ dñs Baldus loco pxime alleg.q̃.xvj.vbi ɔcluditur ptãtẽ visitãdi subditos epi, exigẽdiq3 ab eisdẽ pcurationẽ, posse prescribi p inferiorẽ, adeo q hoc casu subditi epi nõ pñt visitari aut pcurari p epm, q̃uis in dictis duobus casibus iura clamant obedientiã ⁊ pcurationẽ nõ posse pscribi, vt pз in dictis.c.cum non liceat ⁊.c.cũ ex officij. Tertio moueor qꝛ inferior ab epõ potest prescribere merum impiũ in certa parte alicuius diocesis nomine sue dignitatis, vt late not. Panoꝛ.post antiquos in.c.cũ ɔtingat.col.j.de foro cõpe. sed sinodus est meri imperij autore Jnno.in.c.trãsmissaз.in fi.verbis de electio.ergo sequit̃ q põt pscribi, put posset dari exẽplũ in Lausanẽsi capi.q̃ i certis parrochijs, vt accepi, hз iurisdictionẽ epalẽ ⁊ ibi exercet oĩa q̃ sunt iurisdictionis epalis ex pscriptione tãti tp̃is, de cuius initio nõ extat memoria, iuxta.c.j.de pscrip.in.vj.⁊ in casu huius limitationis pcedere pñt iura.j.loco adducta que p hec sunt soluta.

2 rem. c. ne pro defectu. de elec. qꝛ maior est † coniunctio in proprijs ꝙ̄ in deuolutis per ea q̄ habent̄ in. c. requisisti. §. secus. de test. ⁊ qđ habet̄ per Inno. ⁊ alios in. c. cū in cunctis. de electio. super vltima glo. sed Jo. an. in. d. c. ꝗꝗ. dicit sibi videri ꝯtrium arguendo, qꝛ ratio quare non confert capitulū sede vacan. beneficia spectantia ad collationē epi est, qꝛ collatio non est de iurisdictione episcopali proprie. multi enim non episcopi beneficia conferunt ⁊ aliqui episcopi sunt qui nulla conferunt, sicut ⁊ feudales casus cognoscere ⁊ inuestire feuda, vt scripsit in. c. verū. de foro competen. super. j. glo.

Confirmare aūt electos vel instituere pśentatos sūt proprie iurisdictionis epalis. ⁊ iō bene transeunt in capitulum se. vacan. c. cū olim. de maio. ⁊ obe. c. j. de institu. lib. vj. cū ergo deuoluta conferre sit proprie iurisdictionis vr̄ ꝙ illa cōferre possit capitulū se. vacan. Nec mirum ꝙ alterius iurisdictionis sint beneficia deuoluta vt not. in cle. si de beneficio de prebē. in gl. antepe. ⁊ no. idem Jo. an. in. c. fi. ij. responso de ꝯsuetu. lib. vj. ⁊ in. c. pen. de offi. leg. eo. lib. super verbo, prelationis qꝛ est

3 casus aduentitius. † Item in deuolutis ad epm non succedit capitulum epo negligenti vel peccanti. In his aūt que proprio iure ꝯfert succedit, vt scripsit idem Jo. an. in. d. c. cū in cunctis. super vltima gl. ⁊ in. d. c. j. ne sede vacante. lib. vj. Et simile qđ allegat Jo. mona. facit pro hac parte. deuolutio enim est additamētum ad iurisdictionem non ad collationē vt pꝫ in epo qui non haberet aliqđ beneficium cōferre. Sed in iurisdictiōe succedit capitulū. c. his que. ⁊. c. cū olim. de maio. ⁊ obedi. ⁊. c. ad abolendā. de hereti. ergo ⁊c. Et subdit qđ in hoc dubio ⁊ similibus procedit qđ dicit in cle. j. de hereti. lꝫ per Jo. mona. faciat cle. statutum. de elec. que tñ facit ꝯ rationem ipsius, cum ibi nō sit eadem rō principalis ⁊ accessorij. ⁊ similiter. d. cle. si de beneficio. vbi si impetratur ad collationem epi executor prouidet de proprio vel de deuoluto. ⁊ in hoc per Joā. mona. sed si trāsiuit ad manus pape secus, ⁊ in hoc ꝯ eum. Collectarius aūt in. d. c. cum olim. dicit non esse tutum tenere opinio. Jo. mona. qꝛ sic etiam de alijs beneficijs dici posset.

Et licet aliquibus displiceat secūda opinio qꝛ per eam inferret̄ quod

4 † capitulū ecclesie metropolitane vacantis prouideret de episcopatu per negligētiam deuoluto. hoc tñ non vr̄ absurdū ipsi Jo. an. attento qđ citius expediret̄ ecclesia ⁊ quod est integrū iudicium qđ plurimorum ⁊c. c. prudentiam. de offi. deleg. facit quod no. in. c. pe. de appella. lib. vj. qđ ēt sequitur in. d. c. illa. confirmando eam noua ratione. Opinio Jo. mona. vr̄ fuisse de mente Bal. in. d. c. cum olim. dum dixit ꝙ potuit illis papa restituere ius eligendi sine preiudicio alicuius, qꝛ ptās erat deuoluta ad archiepm Exoñ. ⁊ sede tunc vacante ⁊ sic non preiudicabat capitulo, ⁊ sic dicit ibi Abb. transire doc. quod dicit ēt sibi plus placere pp idētitatem rationis ex quo datur regula negatiua in collatione ⁊ qđ restrictio hmōi regule quā facit Joā. an. non placet. ⁊ hoc ēt vr̄ tenere Rota ꝯclusio. cccxj. vt refert Mil. in repertorio pro ⁊ econtra vr̄ facere quod dictum est. §. in. q. de iurisdictione generaliter a iure delegata. ⁊ quod disputat Jo. an. in simile de vicario epi in addi. Spec. de offi. vica. sup rubrica. idē tñ Abb. in. d. c. cum in cunctis. de elect. vr̄ in hoc dicere sibi satis placere opinio Jo. an. Uerūtamē Anto. de but. in. d. c. cū in cunctis in fi. vr̄ reducere opiniones ad cōcordiam velle ⁊ conari certo modo per quē vr̄ in proposita que-

5 stione firmare opinio. Jo. distinguendo sic. nā † quedā sunt que deuoluunt̄ ad epm iure accidentali cum quibus tribuitur noua iurisdictio vt in feudalibus, ⁊ in his non succedit capitulum sede vacante. iuxta ea que habentur in. d. c. verum.

Quedam vero sunt que deuoluuntur iure non accidentali cum quibus non tribuitur noua iurisdictio, sed ꝑpter generalem iurisdictionē quam hꝫ eps a iure legis diocesane. ideo eps illa exercet ⁊ in his succedit capitulum. Sicut est qñ subditus negligit conferre beneficia, episcopus supplet per naturalē ⁊ generalem iurisdictionem quā hꝫ, ⁊ in tali succedit capitulum sede vacante. per. c. his que. de maio. ⁊ obedien. ⁊ in hoc membro distinctionis vr̄ approbare opinio. Jo. and. Sed qñ sedes non vacat ⁊ episcopus negligit vel male confert, ⁊ tunc ad capitulū non deuoluitur hec potestas, cum hec causa immediata ꝑpter quam fit deuolutio est negligentia vel delictum epi, qꝛ in istū capitulum non hꝫ connexitatem vel

tem vel communionem cuz episcopo. Sed in deuoluto sede va
6 cante sic, cum illud eps † conferat ratione gnalis iurisdictionis epalis in qua capitulũ succedit sede vacãte, & iõ illa cõfert & ita procedit dictũ Jo. and. fm eum, cũ qua distinctione vr̃ transire Domi. in d. c. q̃q̃. & vide Bel. in decis. ccccxxvj. Sz in hoc tertio membro nõ credo eos bene dicere, qm̃ per negligentiam epi deuoluitur potestas ɔferendi ẽt epo viuente ad capitulum. vt in. c. nulla. in fi. & c. qꝛ diuersitatẽ. de cõces. preb. & tũc capitulum ɔfert vt capitulũ & nõ vt administratoꝛ epi, excepto casu capituli. j. iij. respõso. ne sede vacante. lib. vj. ¶ Unde ad pleniorem notitiam premissorum subijcio aliam questionem.

7 **Quero an** eps † Eboraceñ. & Cantuarieñ. qui sunt legati nati. vt in. c. j. de offi. lega. habeãt duo semestria ad conferendum beneficia ad ipsos per negligentiam inferiorum prelatorum vel sui capituli deuoluta, puta capitulum suum neglexit aliquod beneficium spectans dumtaxat ad eorum collationem vel presentationẽ infra sex menses, & sic deuoluebatur collatio ad archiepm eorum immediate superiorem per. c. nulla. de concessio. preben. qui ẽt fuit negligens in conferendo per alios sex menses. & sic videbatur per hmõi negligentiam quã fecit vt archieps qd̃ esset deuoluta collatio ad ipsum tanq̃ ad legatum. per. c. postulasti. de concessio. prebẽ. & c. a collatione. de appella. lib. vj. & sic dz habere aliud semestre. Rota decisio. cccviij. in nouis incipit. Item fuit dubitatuz vtrum archieps concludit qd̃ non, qꝛ legatus ẽt de latere posset concurrere cum ordinario in conferendo beneficia vacantia ad collationem epi spectantia iure proprio. de offi. lega. c. j. ij. & iij. lib. vi. tñ nusquam reperitur iure cautum q̄ concurrat vel succedat in beneficijs ad epm̃ spectantibus iure deuoluto. In
8 quibus ẽt dicit qd̃ † capitulum non supplet negligentiã episcopi prout deducit Inno. in. c. cuz maritus. de elec. super verbo, per capitulũ. quam glo. recitat & approbat in. c. j. ne sede vac. lib. vi. sup verbo, intromittere. & Jo. and. in nouella. in. c. q̃q̃ eo. tit. pro quo inducit. c. lz. de supplen. neglig. prela. vbi papa reputabat collationem archidiaconatus in ecclesia Eboraceñ. ad se deuolutam pp duo semestria lapsa, puta anno qꝛ archiepiscopus Eboraceñ. non hz aliũ superiorẽ, puta patriarcham vel primatem quã papam vt ibi dicit text. tñ ille archieps est legatus natus, vt probatur in. d. c. i. de offi. legati.

Si igitur fuisset deuoluta collatio ad ipsum tanquam legatum, papa dedisset sibi adhuc semestre anteq̃ de collatione illius archidiaconatus se intromisisset qd̃ non fecit vt ibi apparet, lz legatus natus sit superioꝛ per respectum ad alios infra legationẽ suam existentes vt ad eum possit appellari & adiri super simplicem querelam, vt in. d. c. j. tñ non
9 credit compilatoꝛ qd̃ † sit superioꝛ suijpsius vt archiepi. argu. in. c. Romana. de appella. & in. c. ij. de appella. lib. vi. ad cap. postulasti. & c. a collatione. respondetˀ q̄ vt solus non processit sed cum alijs, & ideo a collatione & grauaminibus non tantum ipsius solius, sed ẽt aliorum quorũ erat immediate superioꝛ põt appellari vt de facto ipsoꝛuz & de suo tanquã minime partis vt epus poterit cognoscere. secus vbi solus neglexit vel deliquit. Bel. aũt conclusione. ccccxxxvi. incipit. Quando eps plura circa hanc deuolutionem concludit de quibus multuz dubito maxime in confirmatione & institutione circa quas satis mihi placet ratio dñi Nicolai quã ibi ponit. Et si bene attendunẽ verba Inno. in. d. c. cum in cunctis. vult quod saltem eo casu quo archiepiscopus vel eps deliquit confirmando scienter electum per scienter eligentes indignum ptãs deuoluitur ad capituluz. per dictum. c. cum in cunctis. in fine. quod non patitur responsionem Hosti. vcz q̄ ibi episcopus consenserit fieri electionem de indigno interessendo vt canonicus per ea que dicta sunt in
10 decisio. Rote. & hoc casu prouisus per capitulum habetur † p confirmato, sicut si episcopus prouidisset de eo quicquid dicat Hosti. per ea que habentur in. c. cum inter canonicos. in fi. de elec. Et propterea in tanta varietate docto. non videtur mihi quod in tota hac materia sit aliquis articulus qui tantum indigeret declaratione sicut iste.

Et adde quod Abbate vel prelato seculari vel regulari ecclesie negligẽtibus cõferre beneficiũ non deuoluitˀ facultas ad conuentũ vel capitulũ suũ sed ad superiorẽ. p cle. qꝛ regulares. de supplen. negli. pla. vt vult deci. Jo. q̃ incipit. Nunqd &c. eo. ti. q̃ restringit. c. cũ in cũctis. in fi. de elect. & c. ij. de pbẽ. in ecclesijs cathedralibus. ar. iij. q. ix. scimus. ad qd̃ deci. in antiqs. cccxxxiij. incipit. Nũ qd Abb. Et tene mẽti q̄ Bal. in. c. ne p defectu. de elec. dicit q̄ si eps ad quẽ est facta deuolutio electionis abbatis pp negligẽtiã capituli monasterij moritˀ eius ptãs non deuoluit ad suuz capitulũ, qꝛ hoc ius non ɔpetit epo nãliter sed accidentaliter & preter nãm, & in talibus capitulũ ecclesie vacantis non supplet vices epi. allegat. c. j. ne sede vacan. lib. vj. Alia questio.

11 **Quero** an capitulũ sede † vacãte possit recipe & admittere resignationẽ simplicẽ in manibus eorum factã alicuius bñficij spectantis ad instõnem epi defuncti vel collationẽ seu aliã quã iuri dispositionẽ. Rñdeo q̄ maioꝛ pars dominoꝛũ de rota deci. cccvj. incipit. Itẽ fuit dubitatũ. inclinauit in partẽ affirmatiuã vcz qd̃ capitulũ sede vac. possit recipere resignationẽ bñficij spectantis ad instõnẽ epi defuncti, qꝛ hoc est iurisdictionis cũ in manibus illius faciẽda sit resignatio beneficioꝛũ ad quẽ pertinet instõ & destitutio & non in manibus collatoris. put legitˀ & notatˀ in. c. admonet. & c. qd̃ i dubijs. de renũ. vbi dicit Inn. renũtiationẽ faciendã in manibus illius q ipsum inuitũ possit destituere. cũ igitˀ capitulũ possit se. vacã. priuare quẽ bñficio suo pp crimen vel aliã cãm legitimã, ergo & resignationẽ ipsius recipe, presertim ex causis legitimis. de qbus in. c. nisi cũ pridẽ de renun. quẽadmodũ resignationem ex cã pmutationis factã in manibus eorũ sede vac. de bñficio ad tertium & non ad epm̃ spectãte admittere põt hmõi pmutationẽ auctori-
12 zare, qd̃ pcedit in bñficijs † quoꝛũ collatio ad epm̃ & capitulum simul ptinet. put legitˀ & no. per Jo. an. in cle. j. de rerũ permu. & p hoc cessat opinio & non vr̃ vera illoꝛũ antiquoꝛũ doc. s. Joã. & Lau. de qua. lxxi. di. c. fraternitatẽ. vcz q̄ capitulũ sede vac. nõ possit dare licẽtiã trãseundi clerico de vna ecclesia ad aliã.

Preterea cũ ad instituẽtẽ non ad ɔferẽtẽ bñficiuz ptineat hmõi resignationis admissio, vt. s. deductũ est, & in hoc casu nõ ad collationẽ sed ad instõnẽ epi ptineat bñficiũ de cuius resignatione agitˀ, quã instõnẽ põt facere eps sede vac. vt in. c. j. de instõ. lib. vi. ergo & accessoꝛiũ eius qd̃ ad instõnẽ spectat. de reg. iu. accessorium. & c. cui maius. &
13 no. d. c. j. non solũ pmittere instõnẽ presentati, sed ẽt † admissionẽ q̃ est ipsius instõnis preambula. siue ergo dicatˀ resignatio pambula siue accessoria credẽdũ est qd̃ ex quo ɔceditˀ instõ, ergo & resignationis admissio p quã deuenitˀ ad illã. Loratio. de sponsa. c. cũ inter. de excep. cũ simili. qd̃ simplr̃ Jo. de imo. in cle. j. de rerũ pmu. Lap. tñ in additione ad tractatũ Fed. de pmut. bñficioꝛũ in. xxxvi. q. vr̃ velle qd̃ si gratiose fiat resignatiõis receptio nõ poterit eã facere capl'm sede vacã. si vero fiat in resignãtis penã, tunc possit facere p. d. §. ceterũ. in extraua. execrabilis. ɔcludendũ ergo est ex premissis qd̃ capl'm sede vacã. põt admittere resignationes bñficioꝛũ spectãtiũ ad instõnẽ epi defuncti. Itẽ spectãtiũ ad collationẽ vel receptionẽ cõem epi & capituli, vel ad collationẽ capituli cũ ɔsensu epi qd̃ est idẽ. Itẽ ẽt spectantiũ ad collationẽ tertij lz cũ ɔsilio epi. & tam si resignatio fiat simpliciter q̃ si fiat ex cã pmutatiõis, lz ẽt ratio decisionis videatˀ gnaliter cõcludere. idem in omni alia resignatione. qd̃ mihi vr̃ posse ɔcludi per rationes Fede. adductas in. q. de ptã-
14 te dispensandi. vbi pz qd̃ † capitulum sede vacan. põt facere ẽt ea que sunt iurisdictionis voluntarie tantum.

Similiter cessat illud qd̃ dr̃ de alienatione psone per ea q̃. s. dicta sunt in. q. de ptãte dandi lr̃as dimissorias trãseuntibus &c. fm Jo. an. & Jo. mo. & qꝛ capl'm sede vac. põt priuare quẽ bñficijs suis &c. Et p hac opi. vr̃ bñ facere tex. hodie in extraua. execrabilis. in. §. ceterũ vbi glo. not. h esse pp administrationẽ in qua succedit capl'm se. vac. Subdit ẽt ɔpilatoꝛ dicte decisionis q̄ si resignatio se. vac. fiat coꝛaz capitulo & capl'm taceat & nõ expressa admittat. & nihilominus patronis presentat & capl'm admittit & instituit presentatum, qd̃ credit instõnẽ valere, qꝛ instituendo vr̃ tacite renuntionẽ admisisse. p notata in. c. ex oꝛe. de his que fiũt a prela. Itẽ qꝛ ex quo ille resignauit beneficiũ suũ in manibus illius qui potuit illum inuitum restituere, per id nedum perdidit possessionem sed ẽt titulum & proprietatẽ per no. per Inno. in dictis. c. admonet. & c. quod in dubijs. de renun. & c. super hoc. eo. tit.

15 **Item** qꝛ † tacendo & pmittẽdo aliũ institui vr̃ suã resignationẽ & factũ capituli approbare p not. p Hosti. in d. c. ex oꝛe. & p Archi. in. c. si seruus. liiij. di. faciunt no. in. c. j. de ɔces. prebẽ. & in. c. ɔtingit. de do. & ɔtu. & in. c. trãsmissaz. de elec. Et lz capitulũ sede vac. possit cõmittere alteri receptionẽ resignationis bñficioꝛũ, spãliter tñ ɔmittendo p hec verba damus tali ptãtẽ ɔferẽdi tale bñficiũ vel qd̃cunq; bñficiũ cum vacabit p resignationẽ q̄ p hoc non vr̃ illi data ptãs admittẽdi resignationẽ. vt vult decisio in antiqs. cl. incipit, vtrũ si eps. bene

facit deci. cxl. incipit, ordinarius &c. & Calde. in consi. iij. incipit, An renuntiatio, sub rubrica de renuntia. & Cap. in allegatione. xiiij. in fi. qui alleg. Jo. cal. & sic dicit se obtinuisse per. c. cum ex
16 iniuncto. de here. Et an beneficium † dicatur vacare in loco vbi est facta resignatio, vel vbi est ille qui beneficium habet, vide Archi. in ea. si electio. super verbo, ex eo. de electio. li. vj. & in ca. commissa. super verbo, pacifica. eo. tit. & li. &. c. licet in magna. de pb. per Jo. an. in nouella. & in cle. si duobus. vt li. pen. Similiter de priuato beneficio quod obtinet. vide deci. in antiqs. xcix. incipit. Item no. quod vbi aliqs. Et adde quod non potuerunt admittere resignationes exemptorum habet Cal. in consi. iij. sub rub. de renun. & no. in. c. cum venerabilis. de consue. & vide per Jo. an. in. c. dilectus. eo. tit. & de elec. c. quamuis. lib. vj. Et quod patronus laicus non debet vocari quando presentatus per eum & postea per epm institutus vult renuntiare beneficio, quia iura de renuntiatione loquentia loquuntur tantum de epo vel prelato habente instituere. d. c. admonet. & c. quod in dubijs. de renuntia. non ergo est necessarium eum vocare, cum hoc non reperiatur iure cautum secundum Calderi. in consi. vj. sub rubrica de renuntia. quod incipit. An patronus.

17 **Quero subsequenter** † an capitulum sede vacante possit volentibus ad inuicem permutare beneficia consentire & eorum renuntiationem ex causa huiusmodi permutationis admittere illisque auctoritatem prestare sicut posset prelatus viuens.

¶ Respondeo quod Jo. and. putat quod sic in cle. j. de rerum permuta. cum hoc sit iurisdictionis epalis in qua succedit capitulum. c. his que. & c. cum olim. de maio. & obe. & eod. titu. c. 1. lib. vi. cum concordan. Hoc tamen verum esse dicit, nisi beneficia illa vel alterum ipsorum spectarent ad collatione epi solius sine capitulo, quia cum in talium beneficiorum collatione non succedat capitulum, ergo nec in consensu quem habet necesse prestare collator. Et idem si habet eligere vel presentare de quo in. c. ij. ne sede vac. & ne vna via concedatur quod altera prohibetur. de reg. iur. cum quid lib. vi. Si vero vna cum capitulo haberet prelatus facere predicta cum †
18 capitulum eo casu possit conferre, eligere & presentare. c. j. ne sede vac. lib. vi. ergo poterit vt capitulum consentire & vt prelatus auctorizare secundum eum ibidem. pro hoc alleg. Jo. de imo. ibidem. c. cum inter vniuersas. de elect. & l. si pater. §. quos. ff. de adop. Et idem si beneficia ad collationem tertij spectarent, quia cum talis auctorizatio sit iurisdictionis, pertinet ad capitulum & ad eum deuoluitur habet Pau. & Pet. de ancha. in cle. j. de here. Quod an possit electus confirmatus. no. Hosti. in. c. accedentibus. de excessib. prelatorum. & idem videtur sentire Abb. in. c. cum olim. de maio. & obedi. Et idem Fede. in tractatu permu. q. xxvi. Sed amplius hoc firmat in. q. xxxvi. dicens quod etiam beneficia spectantia ad collationem solius epi si in manibus eius renuntietur potest cum permutantibus conferre, quia †
19 capitulum sede vacante tanquam vice gerens epi potest beneficiatos priuare, & per consequens renuntiationem beneficiorum recipere. & quia super his potest statutum facere. Et idem dicit domi. in quadam sua additione ibidem. Adde no. per Archid. lviij. di. c. j. & Hosti. in summa de rerum permuta. §. quis potest. ver. & nunquid. vide eundem Archidi. xvi. q. i. ecclesia. super ver. & sic capitulum. & lxiij. di. c. literas. in addi. dicunt quidam. Inno. tamen in d. c. cum olim. videtur sentire contrarium, quia recipere resignationem est gratiosum & epale. c. admonet. de renun. de quo ibidem, Bal. remittit ad Jo. an. in. c. ij. de filijs presby. quia ea que sunt gratie & dispensationis non deuoluuntur. Et quia ista questio dependet a questione precedenti. Ideo dico in ea concludendum pro eius veritate sicut in superiori questione conclusum est. Dicit tamen Collecta. in d. c. cum olim. se credere quod resignationi ex causa permutationis recipere non possit cum ibi sit necessaria dispensatio. per. c. quesitum. de rerum permu. & quod simpliciter loquendo securius est stare cum Jo. and. in nouella. in. c. ij. de filijs presby.

20 **Adde** quod non promotus † vltimo die anni de quo in c. licet canon. & c. commissa. lib. vi. de elect. non potest permutare, secundum Joan. and. in questione per eum disputata in regula mora. libro. vj.

¶ Item quod si priuatus per. c. licet canon. obtinuit habilitatem & gratiam de nouiter facienda prouisione sic quod antea dimitteret ecclesiam & quod. j. annum a data gratie se faceret promoueri ad sacerdotium, casu quo ei fieret promissio currit annus cum repetitione pene dicti. c. licet canon. a data literarum sicut in. c. cum ex eo. eod. titu. vide Belem. deci. clxxviij. que incipit, non promotus. ¶ Adde etiam quod beneficia resignata ex causa permutationis in curia Romana, in manibus epi ibidem agentis etiam non alias generaliter reseruata solus papa conferre potest & non alius secundum Fede. in tractatu permuta. vbi vide multa circa hec. & adde deci. in nouis. nu. xxx. que incipit. Item fuit dubitatum vtrum beneficia &c.

21 **Adde** etiam quod non valet † permutatio de beneficio iurepat. laicorum facta in curia Romana nisi de patronatu fiat mentio vt vult Cap. alleg. xcvi. que incipit, beneficia. & sic dicit se vidisse obseruari tempore Greg. xj. in ecclesia sancti Romuli Florentie super qua etiam nunc pendet causa coram me in secunda instantia. circa quod vide decisio. nu. ccxxvij. in antiqs. que incipit. an sub constitutione execrabilis. etiam si pars pro ea vice derogaret iuripatr. laicorum quia per hoc non faceret beneficium reseruatum a iure in preiudicium precedentis presentationis facte per patronum, & institutionis facte de alio per ordinarium, & ita consuluit maior pars dominorum tempore meo & sic obtentum fuit in Rota.

SVMMARIVM

1 Beneficia commendare vel adinuicem vnire, vel vnita dimembrare an possit capitulum sede vacante.
2 Verbum intromittere generalius est quam verbum prouidere & disponere.
3 Deuolutio quando ad superiorem fieri non possit.
4 Beneficia spectantia ad collationem pape an possit capitulum sede vacante commendare. 5.
6 Beneficia non debent dari ad tempus sed in perpetuum.
7 Verbum intromittere quomodo exponatur.
Commenda quid sit. Item & titulus. 8.
9 Beneficium non desinit vacare per commendam.
10 Titulus commende non dat ius in beneficio. 11.
12 Commenda & sequestrum equiparantur.
13 Ecclesia commendata & si de iure vacet an dicatur vacare de facto.
14 Commendatarius an possit presentare clericum ordinandum ad titulum ecclesie.
Eligere & conferre beneficia, est fructus iuris eligendi.
15 Vacare an dicatur beneficium per mortem commendatarij.
16 Rescriptum impetratum contra commendatarium an valeat.
17 Plura beneficia simul inuicem vnire an possit capitulum sede vacante.
18 Titulus supprimitur per vnionem.
19 Solennitas omnis requisita in alienatione rei ecclesie, requiritur etiam in dimembratione alicuius ecclesie vel bonorum suorum.
20 Vnio quot modis fieri possit.
21 Vnio est species alienationis.
22 Tractatus in vnione non requiritur.

¶ Questio. iij. Secunde partis principalis.

¶ Capitulum sede vacante an possit beneficia commendare vel adinuicem vnire, vel vnita dimembrare.

1 **Tertio quero an capitulum** sede vacante † possit beneficia commendare ad solius epi collationem pertinentia sicut potuisset eps defunctus. Rndeo secundum Alex. & Vinc. quos referunt & sequuntur Archi. xxiiij. di. c. presbyteri. & Jo. an. & alij. c. ij. ne sede vac. & in. c. j. ne sede vac. li. vj. quod potest commendare beneficia que habent onus annexum. allegat de prebe. c. significatum. facit. c. ij. de insti. li. vj. & intelligere videntur de commenda ad custodiam tantum. dum dicunt, commendare custodienda. Et sic concludit Abbas in. c. cum olim de maiori. & obe. dum subdit saltem donec fuerit ecclesie prouisum per Abbatum pratem. Ratio ipsorum est, quia huiusmodi commenda est iurisdictionis, iuxta no. in. c. nemo deinceps. de elec. lib. vi. & certum est quod capitulum succedit in iurisdictione sede vaca. c. cum olim. & c. his que. de maio. & obe. Et hoc videtur probare text. a contrario sensu in d. c. j. ne sede vac. lib. vj. §. ceterum. in verbo, intromittere. quod
2 verbum † generalius est quam verbum prouidere & disponere. de quibus per Jo. an. in. c. cum in illis. de preben. lib. vj. in nouella. per no. in c. cum apostolica. in fi. de his que fiunt a prela. & propter naturam dictionis nisi &c. de quo plene in. c. preterea requisiti. de appel. vt sic detur intelligi quod epo negligente petere absolutionem possit capitulum se intromittere & sic commendare.

Et propterea limitant doct. quod dictum est supra de potestate capituli in commendando verum esse subsistente mora & negligentia epi de qua supra. Illa vero non subsistente non possit capitulum commendare beneficia ad solius epi collationem spectantia, vel epi cum consituto capituli, vel cum consilio vel assensu alternatiue propter verbum intromittere de quo ibi quod excludit omnem modum prouidendi,

dendi, vt predixi. Licet post moram in odium excōicati vel suspē si possit ɔferre propter verbum nisi de quo ibi exceptiue de sus-
3 penso tantum, et qꝛ ad superiorem† tunc non pōt fieri deuolutio cum non reperiatur iure cautum, vt probat tex. in. c. j. de supp. negl. prela. lib. vj. dicit Collec. in. d. c. cum olim. post Archid. in. c. j. ne se. vac. lib. vj. ꝙ opin. Archi. probaṫ per. c. significatum. de preben. et. xxiiij. dist. presbyteri. Et sic transit cum eo. et dicit in. c. dudum. de elec. qꝺ ad cōmendā dꝫ vocari patronus, ƀm oēs. de ver. cōmittere, vide in cle. qꝛ regularis. de sup. negl. prel. et in cle. qꝛ ɔtingit. de relig. do. et in cle. j. de sta. regu. et cōmendare nil aliud est quā deponere. l. cōmēdare. ff. de ver. sign.

Quandoqꝫ tamen idē est ꝙ rogare. l. libertis. ff. de ali. et cib. leg. Fe. de. tamen in trac. permutat. q. xxxvj. tenet expresse ꝙ capitulū sede vac. pōt cōmendare beneficia quorum collatio pertinet ad solum epm. alleg. not. Archid. in. c. j. de insti. lib. vj. plus dicit
4 †ꝙ pōt etiam cōmēdare beneficia spectātia ad collationem pape. alleg. not. in. c. nemo. de elec. in fi. magne glo. idēꝫ sequitur Domi. post Archi. in. c. presbyteri. in fi. xxiiij. dist. et Abb. in. c. bone. de appel. et in. d. c. illa. et quō cōmenda differat a vicaria quia non potest fieri de curatis nisi sacerdoti. nota. in clem. j. de offi. vicar. in glo. in verbo promouendis. Et an commendator possit locare possessiones cōmende. vide Cald. ɔs. viij. in ti. de loca. Et an impetrans beneficium debeat facere mentionem de cōmenda. vide eundem in ɔsi. vj. et in. xxx. in ti. de preb. Item adde quod commenda non potest permutari cum titulo ƀm obseruātiā cācellarie ɔequid dicat Fed. in trac. pmu.

Premissa credo vera qn̄ capitulum sede vac. cōmendaret alicui beneficiūꝫ custodiendum et seruandum tm̄ donec superior prouideret, et sic economum constituere, de quo in. c. cum vos. de offi. vi. et in. c. cum teneamur. de appel. et not. glo. magna in fi. in. d. c. nemo.
5 †Quod fieri potest etiam post cōmendam sex mensium. Et similiter quando constitueret visitatores, iuxta. c. obitum. et. c. catanense. et. lxi. dist. de quo per Hostiē. et alios in. d. c. dudum. et in. d. c. nemo deinceps.

¶ Et similiter premissa credo posse procedere in cōmenda ecclesie parrochialis ad sex menses. de qua in. d. ca. nemo. quia tunc cessat ratio denominationis et alienationis preiudicij successoris. Licet talis cōmenda interiꝫ non posset reuocari per ipsos cōmendādos, neqꝫ forte per successorem. Neqꝫ interim cōferri beneficium ƀm Gaspa. nisi cessaret causa ex qua fieret, qꝛ interim non dr̄ vacare cum titulus iste sit canonicus sicut et alij. d. c. dudū. et. d. c. qui plures. qn̄ debito mō fit, vt no. glo. in. d. c. nemo. Et impetrans talem ecclesiā teneaṫ facere mentionē de hmōi cōmenda per. c. cum nostris. et. c. literas. de ɔces. preben. Utruꝫ tm̄ in cōmenda alterius beneficij non parrochialis non credo hoc verum si fieret perpetuo ƀm doct. in. d. c. xxj. q.
6 j. qui pluris. et. c. si constiterit. de accusat. prout debet fieri, †qꝛ beneficia non debent dari ad tempus sed in perpetuum, vt nor. in. c. veniens. in fi. de fi. presby. Ne sic fieret fractio regule. de qua in. d. c. ij. ne sede vac. et in. c. i. eo. tit. lib. vi. et in. c. i. de insti tu. eo. lib. vbi prohibetur in talibus beneficijs dari per capituluꝫ sede vacante titulus canonicus cum hoc non reperiatur iure cautum, et iste titu. cōmende sit canonicus, vt in predictis iuribus habetur, et in. c. cum nobis olim. in fi. de elec. et per Archid. in. c. si propter. de rescrip. in. vi. et Fede. in tract. permuta. q. xv. Facit regula. cuꝫ quid vna. de regu. iu. in. vi. Nec obstat. d. §. ceterum. qꝛ cum dictio nisi, de qua ibi veniat exceptiue ad verbum intromittere, potius probat cōtrarium, vcꝫ ꝙ ex ceptoillo casu nouo. c. alias non possit commendare.

7 **Pretera verbum** †intromittere debet exponi id est cōferre vt dicitur de verbo cōmittere in cle. qꝛ contingit. de relig. domi. cle. qꝛ regularis. de sup. negli. prel. Quid autem sit cōmenda not. in. d. c. si constiterit. per glo. in. d. c. nemo deinceps. et quod simplex administratio etiam si fiat per papam probat text. in. d. c. cum nobis olim. in fi. de elect. nec est cōmendatarius prelatus, sed procurator tantum habens legitimam, vt ibi, et. xxi. q. i. relatio. Nec facit fructus suos sed custos est, nec in ecclesia ius habet, nec in fructibus nisi ad colligendum, et gubernandum, et prouidendum sibi et ministris, et ꝙ superest in vtilitatem ecclesie conuertendum sicut visitator. lxi. dist. obitum. et. c. catan̄. ƀm Host. in. d. c. dudum. et Io. and. in. d. c. nemo. licet dicat fieri contrariū de facto. dicit tamen Archid. in. d. c. nemo: quod potest ēt eligere et ɔferre et c. qꝛ ista oia sunt in fructibus de qbus pōt di-
8 sponere in vtilitatē ecclesie et c. †Quid sit titulus no. in. d. c. dudū. adde Bal. in. c. i. si eps. vel alias in vsi. feu. et in auc. de eccle. ti. in pn̄. et in. c. fi. de offi. archip. ¶ Ad pleniorē doctrinaꝫ dic ꝙ bn̄ficia cōmēdata nō vacāt durāte cōmēda, qꝛ est canonicus tit. Sed ea sublata remanet antiqua vocatio. Ideo si an̄ cōmēdā ptinebat collatio ad ordinariū sublata cōmēda fcā p papā redibit collatio ad ordinariū, ɔ̄uis Cōpo. inuat ɔ̄riū, vt no. Fede. in trac. pmuta. q. xv. Cap. aūt ibi in addi. dicit ꝙ si commendatarius decedit in curia bn̄ficiū vacabit in curia ex quo sequitur qꝺ non remanet ibi antiqua vacatio sꝫ inducit noua.

¶ Sūt tn̄ qdā ꝙ bn̄ficiū vacās reseruatū sꝫ alteri cōmēdeṫ nō expirat reseruatio, qꝛ donec durat vacatio durat reseruatio. de
9 preb. statutū. de elec. si eo tpe. lib. vi. pꝫ in decis. cxxiij. †sꝫ p cōmēdā nō desinit bn̄ficiū vacare, ergo et c. ex quo p ɔmēdā nō acqriṫ ius in bn̄ficio. no. in. d. c. nemo. de elect. li. vi. et bn̄ficiū vacans nō desinit vacare no. in cle. i. vt li. pēd. ex hoc seqṫ ꝙ bn̄s cōmēdā plature nō dr̄ platus, vt no. in. d. c. nemo. et. xxi. q. i. q plures, qꝛ platus est q hꝫ ius in re, qꝺ nō hꝫ cōmēdatarius, ƀm Inn. in. c. si ɔstiterit. de accu. imo nec hꝫ possessionē, vt pꝫ i. d. c. si ɔstiterit. ꝙ tn̄ nō fateor, qꝛ tn̄ cōmēdatarius nō hꝫ ius in bn̄ficio. Permittūt iura ꝙ qs possit eodē tēpore sine dispensatione tenere duas ecclesias parochiales, vnā in titulū, et aliā in cōmendā. per ca. dudū. ij. de elec. et. d. c. q plures. xxj. q. j. p quos tex. pꝫ ꝙ ɔcedens cōmendam non confert tituluꝫ in beneficio, quod ergo dicit in. d. c. nemo. intelligitur de titu. quo ad ministrandum tantum, non quo ad ius in bn̄ficio querendum.

Non obstat ꝙ durāte cōmenda non vacet ecclesia scilicet de facto propter titulū cōmen-
10 de sed vacat de iure eo ꝙ†titulus cōmende non dat ius in beneficio, et ita distinguit Archid. in. d. c. qui plures. Posset tn̄ apertius dici ꝙ cum titulus cōmende sit iuris, ꝙ ecclesia cōmēdata non vacet simpliciter sed vacat ƀm quid, vcꝫ respectu tituli beneficij per qꝺ queriṫ ius in re. et ista vr̄ fuisse mens Io. an. lꝫ non sic aperte declarauerit in. d. c. nemo. in nouel. Et ex hoc sequitur ꝙ cū per cōmendā non cessat perfecta vacatio non esset ēt reseruatio. vbi enim aliqua dispositio duratiua est ex substantia alicuius rei. Licet pars illius rei pereat. Si aliqua tn̄ pars subsistit, tota dispō durat. l. si cui. ff. de vsufr. l. domū. §. si vero. ɔ̄ ɔtra. emp. Donec ergo papa de beneficio reseruato pfecte puideat per titulū ex quo ius in beneficio queriṫ, et p qꝺ vacatio perfecte extinguit reseruatio nō expirat. Unde ɔcludiṫ ꝙ per mortē cōmendatarij, lꝫ expiret titulus ɔmēde, tn̄ non inducitur noua vacatio quo ad titulū beneficij que semp durauit, et p illaꝫ
11 etiā durauit reseruatio. †Et ppea lꝫ cōmēdatarius decedat nō pōt inferior a papa obstāte reseruatione de illo bn̄ficio puidere, per que defenditur opin. Fede. de sen. qui idem tenuit in. d. trac. q. xv. Rot. decis. in antiq. dicit ꝙ qn̄ cōmenda fit ad tempus certum, tunc reseruatio non expirat. Secus si ad tempus incertum. sed Domi. in. d. c. nemo. dicit ꝙ aut papa reseruat beneficium puisioni, vel dispositioni, tunc per cōmendam expirat reseruatio, aut collationi et tunc secus. pro quo faciunt que habentur in. c. cum in illis. de preben. lib. vj.

Sed aduerte ꝙ licet beneficiuꝫ cōmendatū nunqꝫ fuisset reseruatum, tn̄ ex quo papa in eo apposuit manum illud cōmendando nō pōt inferior de illo se intromittere anteqꝫ papa perfecte prouideat. arg. in. c. vt nostrum. de ap. et qꝺ not. Io. an. in. c. inter dilectos. de exces si. prela. Quod tenet Compost. in. c. cum nobis olim. de elect.
12 quod placuit dn̄is meis in rota. ¶ †Adde ꝙ cōmēda et sequestrum equiparantur. Oldra. in consi. cxvj. incipit, Ordinarius. et Alber. in suo alphabeto iuris. ij. in versic. sequestrum. ¶ Et adde ƀm Uincen. et Archi. in. d. c. qui plures. ꝙ quicquid dicant alij cōmenda non sequitur ex toto naturā depositi. Quia clericus cui cōmendatur potest facere expensas, idem et sumere alimenta, et soluere debita sicut et qui nōdū adijt hereditatē, et deliberat an adeat lꝫ ius nō habeat soluēdi debita. ff. de iu. de lib. si filius. et. l. aristo. §. fi. et si necessarias expēsas fecerit in ecclesia de suo, pōt retinere donec sibi soluaṫ. ff. de pig. l. necessarias. §. j. qꝺ nō est in re deposita. Similiter si fuisset ecclesia cōmēdata pp tenuitatē ɔtendere posset, vt nō amoueretur ab ea nisi ad minas suas meliorationes recipet. c. ad aures. de reb. ec. nō alie. c. potuit. ɔ̄ loc. et ita no. Uin. i. d. c. dudū. ɔ̄ elec. ij. vbi ēt dicit ꝙ commenda nō parit ius ei cui commendatur, adeo ꝙ non pōt presentare clericos ad titulum ecclesie commendate. ff. locat. l. si quis domū. §. j. de quo satis per Inn. in. d. c. si ɔstiterit. dicit etiā Archi. cum Egidio Bo. ꝙ†ecclesia cōmendata
13

& si de iure vacet, nō tñ de facto. c. literas. & c. cū nostris. de cō cess. preben. c. querelā. de elec. c. cōsultationibus. de iure patr.

Propterea impetrans tale beneficiū debet de cō menda facere mentionem, alias litere nō valent nec sufficeret clausula cōtineta amoto &c. qz cōmenda est canonicus tit. & in fauorem ecclesiarum. d. c. qui plures. &. c. pastoralis. vij. q. i. & ideo cancellaria non dat vacationem per cōmendā. sed per tit. predecessor. Nec cōmenda facit expirare reseruationem generalez, vt vult deci. in antiquis, que incipit, vtrū p cōmendā. ēt si fiat ad certum tēpus vt ibi, & nu. xl. que inci. itē nota q beneficium. adde Lu. in cōsi. cccl. vbi multa di cit de cōmēda. & qđ cle. fi. de. pcu. habeat locū ēt in pcu. cōmē

14 datarij not. Jmo. ibidē post Joc. Adde q cōmēdatarius† po test presentare clericū ordinandū ad titulū ecclesie, ꝑm Archi. in. d. c. nemo. qz pōt fructus ecclesie sibi cōmēdare, recipere, & presentare est fructus iurispatronatus ꝑm doc. ibidē. p qz rōnē pz q ēt pōt eligere & cōferre beneficia, qz eligere & cōferre est fructus iuris eligēdi. Quod dicunt moderni fore verz, maxime qñ cōmendatario ꝯcedit qđ possit fructus nedū in vtilitatē ec clesie, sed ēt in suos vsus ꝯuertere, prout hodie cōiter fiunt cō mende, iuxta not. in. c. cū olim. de maio. & obe. & in. c. relatum. de preb. & in. c. ꝗuis. eo. ti. lib. vj. sup ver. pensioñ. Et qz is cui ꝯfertur obligat ꝯferenti ad antidora. iuxta not. in. l. sed si lege. §. ꝯsuluit. ff. de peti. here. faciunt not. in. c. fi. de offi. vic. lib. vj. Jtē pōt locare pro pluribus annis possessiones ecclesie cōmen date qz dr̄ hr̄e legitimam & liberam administrationez. xxj. q. j. relatio. de elec. c. cum nobis olim. Cald. in ꝯsi. iij. in ti. de loca

15 to. §. j. & quod per † mortē cōmendatarij non dicat vacare bene ficium. not. deci. in antiq. cccxliij. & Lud. ꝯsi. cccl. vbi plene tra ctat de materia cōmende. Jtē si dispensatuz est cum illegitimo quantum ad ordines, & beneficia sine cura sibi nō poterit eccle. curata cōmēdari, qz titulus est cōmēda. Jmmo nec vt vicarius vel minister curam gerere, arg. in. c. auaritie. de elect. lib. vj. & qđ not. Archi. & Jo. mona. in. c. j. de fi. presby. lib. vj. & qđ hr̄ eo. ti. c. j. & per Collect. in. c. fi. eo. ti. ideo etiam non poterit de putari sequestrator per not. per Old. consi. cxvj. &c.

Adde q cōmendatarius pōt locare pro pluribus annis possessiones ecclesie ꝑm Gasp. de cal. in ꝯsil. viij. in ti. de loca. & qđ de cōmenda dz fieri mentio in impetrationi

16 bus &c. vide eundē in ꝯsi. vj. in ti. de preben. †Jtem q valet re scriptū impetratū ꝯ cōmendatariū solū, hr̄ in. c. edoceri. de re scrip. cū ipse possit agere & ꝯueniri, vt in. c. querelam. de elect. alienare aūt non pōt, not. Jnno. in. c. venerabili. de offi. deleg. ¶ Et adde q in ecclesia cōmendata non hz locum extrauagās Boni. incipit. Jniuncte. ꝑm Old. in ꝯsi. cxxx. qđ incipit, vtruz extrauagans &c. ¶ Jtē q vni non pñt fieri due cōmende, sicut nec duo tituli, lz idem possit habere duo beneficia. Unum in ti tulū, & aliud in cōmēdā. d. c. qui plures. quod nō est hodie cor rectū. itē q cōmenda nō pōt renouari ad alios sex mēses pri mis finitis vt cesset fraus iuxta. c. cōmissa. de elec. & c. quanto. de diuor. & q nō expirat morte cōmēdātis nec expirante iurisdi ctione capituli. de quibus oibus per gl. & doc. in. d. c. nemo.

17 **Quero subsequenter** an capitulū † sede va. possit plura bene ficia simul inuicem vnire, vel alias de eoz ꝑprietate disponere quēadmodū potuisset eps defunctus si viueret &c. ¶ Rñd. q lz Lap. in. d. c. j. de maio. & obed. dixerit sibi videri q sic. sicut pōt facere permutationē, illud tñ intelligit verz esse dummodo nō preat aliquid iuri epi, & ita videat ibi trāsire Domi. nihilomi nus tñ Jo. an. & alij teneant ꝯrīā sniam in. c. j. ne se. va. li. vj. et est ratio ꝑm eos, qz tex. ille collationē pmittēs loquitur tātū de titulo beneficij qđ datur in collationē. Et ideo spāliter pōderat picnlū vacationis. sed melior est ratio, qz vnio & dispositio in p prietatē est alienatio, vel extinctio bñficij que est oino phibita sede vac. vt in. c. j. ne se. va. in antiquis. Hoc lz ēt Jo. đ Joc. in c. his que. đ maio. & obe. qz nō pōt esse q nō deperеat iuri epi,

18 † qz per vnionē supprimit titulus &c. Que rationes videntur ēt militare vbi vnio, vel suppressio bñficij, vel alia datio in proprie tatē fieret in vita alicuius tantū, vt. j. dicā de vnione ad vitā, vi de glo. in. c. si tibi absenti. de preb. lib. vj. & Fede. ꝯsi. cxc. & Be lē. deci. ccccl xxxviij. incipit, Jtem si impetrans. Et si bñficium taliter vnitū postea renunciatur in manibus pape & alteri con feratur in curia hmōi reseruatione nō obstante si non est facta mentio de vnione tenuimus vnionē preferri per ea que deter minat Oldr. in cōsi. ccxxvj. incip. quidā eps. & Jo. an. in addi. Spe. in rubric. de preben. & deci. in antiquis. xix. incipit, Jtem

nota qđ. vbi alleg. c. cum accessissent. de const. qz non erat bene ficium, nec per ꝗs vacabat. & c. consultationibus. de dona. Et quod dicitur de vnione vendicat sibi locum ēt in dimembratio

19 ne, nam omnis solēnitas † requisita in alienatione rei ecclesie requiritur ēt in dimembratione alicuius ecclesie vel suoz bono rum, vt vult decis. in nouis. cxxij. incipit, Jtem in dimembratio ne. & Lap. alleg. xxij. incipit, disputa. item causa debitoz & one rum importabilium est sufficiens cā vnionis per. c. dudū. de re. eccle. non alie. & ibi not. ꝑm Belen. decis. ccclxxvj. incipit, cau sa debitorum. Jtem quod in vnione per legatū non requirit cō sensus capituli etiam si fiat vnio episcopali dignitati &c. Belē. decis. dxiiij. incipit. conclu. quod de vnione. Quod maxime ve rum puto in beneficijs spectantibus ad solaz dispōnem prelati, nec per indirectum faciant quod directo facere non possunt. ar gu. not. in. c. si tibi absenti. de preben. lib. vj. in glo. in versi.

20 ¶ † Et adde quod quinqz modis fieri potest vnio.

Primo quo ad cōionem spūalium vt faciunt quedam monasteria que mor tuo alterius monacho vtrobiqz faciunt officium. Et hoc modo hz quis locum in pluribus monasterijs, & dicitur vnio charita tis, & non diuisio ambitionis, de qua in. c. fina. de relig. domi.

¶ Secundo cum vna ecclesia subijcitur alteri de quo per glo sam in. c. primo. ne sede vacante.

¶ Tertio cum duo collegia vniunt in habendo vnum prelatū. xvj. q. j. c. & temporis. & si altera est cathedralis, vtrumqz colle gium ibi ꝯueniet & eliget, & nominabit quasdaz ecclesias sic vni tas. Goffre. & dicebat q vtraqz vel neutra cathedralis, vel pri cipalis sibi deferant circa locum, & si de more non apparet con uenire possent q alternis vicibus in ipsaruz qualibet fieret col latio prelati, argu. de rescrip. c. pastoralis. de iu. pat. c. pluris. ij. in cle. & quod not. Jo. and. in. c. referente. de celeb. missa. & si non concordarent de prima vice nec sibi deferent, posset primo nominatus in vnione preferri. l. quoties. de vsufr. c. fi. de elec. lib. vj. ver. vel si concordaris. vel satis posset expediri per sor tem. non obst. c. fi. de sorti. vbi de electore, & non de loco querit & ꝯstat picnlū in vno & nō in alio vsari. Et hoc tertio casu colle giata non efficit cathedralis nisi papa aliud exp̄mat ꝑm Host.

¶ Quarto cum simul vniuntur de quo in eadem glosa.

¶ Quinto quando conuentualis in cathedralez erigitur & hāc facit solus papa, & de hac loquitur dictum. c. j. ne se. vacan. de quo per Hosti. in sum. eo. ti. §. fi. Et neutram istaruz dico capi tulum se. vac. posse facere per illum tex. & rationem ibi positam etiam si fieret ad vitam tñ de qua per Jo. an. in addi. Specu. in ti. de reb. eccle. non alie. in rub. in simili de donatione facta ad vitam donatarij per prelatum propter benemerita &c. Nisi forte subesset causa debitorum & onerum importabilium per. c.

21 dudum. de reb. eccle. non alien. lib. vj. & ibi no. † quod vnio est species alienationis, vide Cald. in ꝯsi. iij. in ti. de reb. eccle. nō alie. & q vnio immutat naturam beneficij, & tanqz odiosa est re stringenda, vide eundem consi. xiij. ibidem.

Multis etiam alijs modis potest fieri vnio de q bus plenissime, & de materia vnio nis vide in trac. Pe. de peru. qui incipit, postqz perfeci tracta tum canonice episcopalis &c. ¶ Adde q si eadem res vniatur pluribus sub nomine collectiuo quibus tertius adiungitur, tan tum habebit tertius quantum alij omnes ꝑm Ang. in. l. ꝗuis. C. de impub. & al. substi. vbi tñ per ꝯiecturas aliud non appa ret per. l. lucius. §. lucius. ff. de leg. ij. Et idem si ecclesia mater & filia copulentur in vna oratione, quibus postea adiungitur ter tius per. l. si quis titio. ff. de vsufru. accrescen. & de materia vide plene per doc. in. d. l. fi. & in. l. si ita. §. regula. ff. de lib. & posthu. & in. l. qui concubinam. de leg. iij. & per Ang. plene in. d. l. quā uis. C. de impube. & alijs substitutio. in simili.

22 ¶ † Adde q in vnione non reqrit tractatus, vt vult deci. elix. que incipit, Jtē nota q vbi fit vnio. & ccclxij. incipit, Utrum in vnione reqrat &c. & an vniri possit beneficium reseruatum, vide Lap. alleg. xxvij. & quō presumendum sit de vnione vnius bene ficij ad alterū accesso. in. c. super eo. đ preb. lib. vj. & in cle. per literas. de prescrip. in glo. in verbo ecclesias. vide Pet. de pe ru. in trac. de vnio. & in deci. in antiq. xxij. incip. item no. q vbi & deci. xxxij. incipit, item nota q reseruatio.

SUMMARIUM

1 Electiōes factas p inferiores an capitulū se. va. possit ꝯfirmar.
2 Confirmare minus est qz conferre.

3 Edictum

3 Edictum gñale de necessitate dz precedere confirmationem.
4 Archidiaconus post episcopum an presit capitulo.
5 Capitulo circa inferiores lz inueniamus permissuz supplere vices epi, circa superiores tñ non reperitur concessum.
6 Confirmatio an suppleat defectũ forme nõ seruate in eligẽdo.
7 Metropolitanus dum vacat ecclesia cathedralis an possit delegare ꝯfirmationẽ, vel infirmationez electionis in ea fiẽde.
8 Postulationem an admittere possit capitulum sede vacante.

¶ Questio. iiij. secunde partis principalis.

¶ Capitulum sede vacante an possit confirmare electiones factas per inferiores.

1 Quarto quero an capitulũ se. vac. possit ꝯfirmare electiones †factas per inferiores ad quos de iure, ꝯsuetudine, statuto, priuilegio, vel alia qualibet rõne ptinet electio beneficiorum electinorum prout potuisset et debuisset ꝯfirmare prelatus viuens &c. ¶ Rñdent cõiter doc. post glo. in hoc concordare scz ꝙ capitulũ possit hmõi ꝯfirmationes facere no. gl. in. c. cũ olim. de maio. et obe. et in. c. sicut tuis. de simo. Inno. in c. ij. ne se. va. et in. c. ad abolẽdam. de here. Hosti. in. c. cũ oliz. et. c. ij. et ibi Jo. an. et in. c. j. de maio. et obe. lib. vj. et in. c. de insti. et in. c. ꝗꝗ. de elec. eo. lib. et cõiter oẽs. Licet gdaz antiq tenuerunt ꝯriuz. quos refert idem Jo. and. in. d. c. cũ olim. Rõ cõis est, qr hoc est iurisdictionis que transfertur in capitulũ sede vacante, vt sepius. s. pbatũ est. Rõ aũt Inno. est, qr eps hz ius cõfirmandi a sede epali et intuitu ecclesie, et iõ succedit capitulum, vt in. d. c. cũ oliz. et in hoc differt a iure ꝯferendi ꝙ cõpetit epo speciali iure quod hz a fundatione, priuilegio, vel alio mõ, non ab ecclesia vel capitulo, argu. not. in. c. veruz. de fo. cõpe. et pptera subdit Inno. collationem reseruari successori, et si periculum esset in vacatione recurrendum foret ad superiorẽ. c. qr diuersita. de ꝯces. preb. Quod intelligit Hosti. de papa solũ p. c.
2 romana. de sup. neg. prela. lib. vj. Ratio aũt Hosti. †et aliorum est, qr minus est ꝯfirmare quam ꝯferre, cum ꝯfirmatio habeat actum precedẽtem quã collatio non hz infixum, et ius ꝯferendi spectat ad epm, et non ad aliũ. de insti. c. ij. de renũ. c. admonet. de cleri. pereg. c. fi. et lz ex regis vel alterius donatione ad eum perueniat, censet tamen ecclesiasticum. c. dilectus. ij. de prebẽ.

Subdit tamen ꝙ lz hoc ius dicat esse de iurisdictione, non tñ ꝯcedit, sed phibet electo nundũ ꝯfirmato. c. nosti. de elec. dicit Collect. d. c. cum olim. ꝙ si vacat decanatus, qui maior est in ecclesia, et in capitulo, ꝙ capitulum poterit ꝯfirmare eius electionẽ. alleg. Hostiẽ. ibi, et Archi. et Jo. and. in. d. c. si eps. et poterit admittere pñtatum. per. c. j. de insti. lib. vj. et qd dr de ꝯfirmatione, pcedit et in infirmatione cũ capitulum habeat de viribus electionis tanꝗ eps, et de his que obijciunt ꝯ electũ et cassare electionẽ si cassan-
3 da est, vt not. glo. in fi. in. d. c. cum olim. quaz cõiter sequuntur doc. †qr ꝯfirmationẽ dz de necessitate precedere edictum generale de quo in. c. fi. de elec. lib. vj. qd non hz precedere in collationibus, vt ibi not. neqz in pñtationibus et insti. ẽm Bellen. in decis. dcxx. que incipit, capitulum fir. de elec. Licet glo. ibi dicat ꝯrium. Et premissa dicit in tm Jo. an. esse vera ꝙ et capitulũ ecclesie metropolitane posset confirmare electum per capitulum ad ecclesiam suffraganeam vacantez et primatis vacantis, capitulum similiter posset confirmare electum in archiepiscopum, quod non videtur sibi absurdum etiaz in simili, in. c. ꝗꝗ. de elec. lib. vj. in nouella. etiam indeuolute.

Premissa tñ vera intelligit Inno. quem cõiter sequũtur doct. in. c. ad abolendam. de here. vbi ꝯfirmatio spectat ad solum prelatum defunctũ, sed vbi ad eum spectabat cũ aliqbus collegis alijs vr velle ꝙ hec potestas deuoluatur ad collegas tm, si tñ bene ꝯsiderent vba sua, potius vr voluisse sentire ꝙ deuoluat simul ad collegas, et ad capitulũ iuxta ea que hñr in. c. cũ in cunctis. de elect. in fi. et in. c. i. ne se. vac. lib. vj. et in. c. ij. de exces. prela. c. relatum. de test. c. qm̃. de of. deleg. et. lxvj. dist. c. vlti. cum si. Nisi ꝯsuetudo hret ꝙ tunc adiret supior, vt no. glo. in. d. c. sicut tuis. de simo. sup vbo. ad collationẽ. facit qd no. Jo. an. in. c. i. de pscri. sup vlti. gl. in noue.

Quero insuper cũ glo. in. c. si eps. de sup. negl. prela. lib. vi. sup verb. debebit.
4 pone Archi. †post epm preest capitulo, demũ a scismaticis capit eps, et postmodum mortuo Archi. quez capitulũ hz eligere, et eps ꝯfirmare, elegit capitulũ. N. in Archidiaco. Querit an idem capitulum possit eum ꝯfirmare. Hosti. c. cum olim. de maiorita. et obedi. tenet ꝙ capitulum confirmabit. Licet enim canonici in eo ꝙ canonici sint inferiores, tamen in eo ꝙ capitulum superiores sunt. ff. quis et a quo ap. l. fi. facit de offi. ord. c. irrefragabili. §. excessus. et. c. ad abolendã. de hereti. et maxime in eo qd epi vices gerunt in. c. sane. ij. de offi. delega. xciij. dist. c. fi. xciij. disti. c. i. Quod verũ credit glo. in. d. c. si eps. per. c. pen. de ap. lib. vi. als sequeret ꝙ eps q esset et canonicus vel canonicus vice vel delegatus epi illum confirmare non posset qd esset inconueniens ẽm Jo. an. ibidem in nouella. Et idem tenet Archi. in. d. c. si episcopus. et tenet Domi. ibidem.

Quidam tamen dixerunt solum papam, et non alium posse illum ꝯfirmare p c. i. de offi. vic. lib. vi. ¶ Alij de archiepo dixerũt, ꝗuis enim
5 †circa inferiores inueniamus permissum capitulo supplere vices epi in tali iurisdictione. Circa superiores tñ non reperit cõcessum, ergo vr prohibitum. c. cum inferior. de maio. et obe. xxi. di. cum inferior. credo tñ primam opi. veriorem attenta deci. roto in nouis. cccviij. que incip. Item fuit dubitatum an archiepiscopus, et his que dicta sunt. s. in. q. de benefic. deuol. ¶ Adde ꝙ si ad epm spectat ꝯfirmatio ex priuilegio, puta in ꝯfirmando gñalem ordinis seruorũ, de quo Jo. an. in. c. publicato. de electio. et in. c. si postꝗ. de elec. lib. vi. Licet hodie sunt exempta. per Urba. vj. An illã se. vac. capitulũ possit ꝯfirmare. dic attendenda verba priuilegij per. c. porro. de priuil. Et sic eps poterit taz ordinaria ꝗ delegata auctoritate ꝯfirmare. de quo ibi per Joã. and. et in. c. licet. de offi. ordi. super. iiij. glo. et in. c. cũ ex officij. de prescrip. vide ꝙ dixi. s. in. q. de iurisdictione gñali-
6 ter dlegata. ¶ †An aũt ꝯfirmatio suppleat defectũ forme nõ seruate in eligendo. Inno. et Compost. in. c. ꝙ sicut. de elect. et Hosti. in. c. fi. de accus. dñt ꝙ sic. licet Archi. contra per multas rationes in. c. si cui. de elec. lib. vj. vbi vide per Jo. and.

Adde ꝙ ꝯfirmatio electiõis reddit nulla pro eo qr is ad quẽ spectabat ꝯfirmatio ꝯfirmauit nõ expectato termino edicti ẽm Jo. an. Cal. in ꝯsi. j. sub rub. de elec. ꝙ incipit, an ꝯfirmatio. Licet ꝯrium ibi videat sentire Gas.

¶ Adde ꝙ valet confirmatio si eps mãdat vicario vt ꝯfirmet electionẽ canonicam, lz electus nõ esset idoneus tpe electionis, sed per dispensationẽ superueniẽtẽ est effectus idoneus tpe cõfirmationis ẽm eundem Gaspa. de cal. in ꝯsi. i. sub eadez rub. quod incipit, an confirmatio. vide doc. in. c. innotuit. de elec. et in. c. nisi. §. persone. de renunc. et Specu. in tit. de lega. §. nunc de episcoporum. circa fi. versic. quid si electus.
